

Hieronymi. In vitaſ patrum.



Diui Hieronymi in vitaſpatrum percelebre

opus oculos mortalibus celumq; aperiēs cuius lectura peccatoris etiam ſaxeum cor emollit deq; hunc peractis criminibus compungi et dolere compellit: ſed et ad meliorē ipſum reducit vitam. Terſum eſt autē hoc preclariſſimū opus tantis nouiter mendis vix vt in hoc antiquorum voluminū ſtigmata cōperias. In illis enim innumere pro aliis (que in hoc habentur) dictiones poſite autoris ſepius peruertebant mentem. Sed et pro ſillabis ſillabas diuerſas. Proq; elementis in hoc (ſenſum q̄m immutabant) elementa volumine inſeruimus diuerſa.

Scandere celſa volens ſupremi ſydera celi.
Me planum lecto quiſquis habebit iter.
Hic cernet magno celum ſubiiſſe labore
Antiquos: leuior ad datur aſtra via.

Venūdātur Lugduni abs Jacobo Huguetan In vico mercuriali ad angiportum: qui in ararim ducit.



¶ Reuerendo in Christo patri et domino Domino Johāni de Pourpeto iuris celeberrimo doctori Cabilonēsisq; episcopo: ac abbatialis monasterij sancti Petri prope et extra muros cabilonēsis. Commendatario administratoriq; perpetuo Celsus Hugo dissutus in vtroq; iure doctor. Cathedralisq; prefate vrbis canonicus creat⁹ omni cum humilitate Salutem.

Demosthenes ille Orator philosophusq; maximus (quem) vt inquit Juuenalis (mirabatur athene torrentem et pleni moderantem frena theatri) dicere solitus erat. Reuerēdissime presul: se id hominum genus qui brutorū instar viuentes animam cūctaq; cum vita interire putarent non laudare. Ex diuerso magna se credere esse laude dignos qui preclara facinora factitātes eternam post cineres acquirerent famā. Quid enim belli (dicebat) ducibus triumphi: quid statue: picti ve triumphantes arcus: quid oleagine: laureetum victores cum poetas remanentes conducerent corone. quid celeberrimi (a summis etiam principibus ac induperatoribus exoptati) historiarū tanto studio appeterentur scriptores. quid qui heroico eorum fortia facta celebrarent versu poete. Cuncta enim si cū corpore interirēt Epicuree quisq; secte imitator esse studeret: et hoīes inter ac bruta interesset nihil. cum eadem homini eadē quoq; morienti pecudi condictio esset. Hanc ergo (ni fallor) ob rem priscorū alijs triumphi) ad preclara vt facta cogerentur) victoribus ducibus: alijs corone: alijs pario de marmore statue rerum bene gestarum premium quia dabantur: sibi quisq; cōmissam eo studio prouinciam agere satagebat. Propterea vt rebus postpositis varia (mortis etiam nōnunq̄) pericula imperterritus subiret perpetuā vt tantum ipse famā suis posteris relinqueret. Quāobrē qui flagitijs (vt Herostratus qui) vt sui nominis famā dilataret (clarissimum Ephesie diane templum incendit seq; mox ipsum prodidit) egregijsq; patratis delictis famam acquirere sunt nisi nō defuere. Exquisitos eni quiq; ad eorū describēda acta iure vates cū oratores vt maxima queq; bona petebant. Eamobrem magnus ille Alexander inscio Cherilo (qui eum illius vt facta scriberet sequebatur) aliquādo dixisse fertur se male Homeri esse Thersitē (Grecorū qui vilissimus) et si nobilis (erat) q̄ huius Achilem. Tanto igitur si studio gentilium tum prosa cum versu (qui multa vt plurimum poetico more effingunt aut falsa veris inuoluunt) historiarum scriptores auemus: qui nec quod viderunt sed quod multo ante actū est eo scribunt. Hos inter proculdubio noster erit Hieronymus dignior ac primus qui antiquorū patrum proprijs quos cōspexit luminibus artissimam vitam: paupertatemq; varias pro eterna (non vt gentilibus fama) beatitudine consequēda eloquentissimo lepidissimoq; stilo completus est: nisi quod maxima pro parte vidit: aut a fidedignis sanctis patribus hoc in volumine scribens nihil. Huic ergo non iniuria veridico veluti qui visa scitaq; oculatim dicat precq; cunctis sanctissimo hystorico adherēdum censeo. Plus eni (vt Plautus ait) valet oculatus vnus testis: q̄ auriti decem. Cui Bar. dicto in. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi. et Bal in. l. solam. C. de testi. et in. l. data opera. in. xviij. col. C. qui accu. non pos. et Abb. in. c. j. in. v. col. de iudi. astipulantur. Nam segnius irritāt (ait Flaccus) demissa per aures q̄ que sunt oculis subiecta fidelibus: et que ipse sibi tradit spectator. Tam celebre igitur (ne te plus equo presul dignissime rememorer) non voluit nos celare volumen vir egregius Jacobus Huguetan Lugdunensis opulentus bibliopola. quod (quia is mendosum offendit) mihi (etsi inscio) elimandum dedit. Tantis eni erat (vt in titulo predixi) mēdis refertum. In hoc vt antiqui vix libri vestigia comperiat quispiam. Pro enim dictionibus alie etiam diuerse posite dictiones sensū diui (quod iam dixi) Hieronymi peruertebant. Nec deerāt pro alijs syllabe proq; veris diuersa seu impressorum incuria correctorūue inertia pretermissa elementa vim dictionis ac sensum permutantia. Hoc tandem sed nec prius q̄ vetustissimo adhibito exēplari tātis extersum mēdis: tue ideo paternitati et reuerētie volumē dicaui: vt extremas p te (cuius lrās in Parrhisiano tecū et vltramontano studio conuersatus nouerim) vbi spacij loco legens congruum videris patiatur limam) neq; eni omnia) vt ait Maro) possumus omnes) et tanti presulis numine tutum vt liberius ire queat. Tue reuerentie (id si acceptum sensero) alia que paucos post dies emissurus sum volumina dicaturus. Et vale.

Ne occasiõe stili hoc in opere obseruati quicq̃ legẽtiũ: aut audiẽtiũ offendiculũ patiat: q2 non p ordia procedit vti antea huius materie exemplaria perspexit: facile veniam dabit: postq̃ multorũ diuersitatem confusam intuetur Ea propter idipsũ in quattuor partes diuisas discretelq3 distinxi. In cuius prima collegi in vnum hystorialia. In parte secunda libellos et doctrinalia. In parte tertia de regulari obseruantia. Et finali parte de laude et virtutum efficacia. Ita sane vt pars prima per hystorias secunda per libellos: et. §. pars tertia p rubricas: et quarta pars per rubricarum capitula distinguatur. Et vt clarior noticia tabule super eo habeatur numerũ folijs connumeraui. Hec exordio presentis operis ad generalem eius noticiam sufficit premisisse ad cuius complementum me promoueat illa que omniũ est artifex sapientia increata in seculum seculi benedicta. Amen.

Tabula

Tabula

Hieronym⁹ · In vitas · patrum.



Diui Hieronymi in vitaspatrum percelebre

opus oculos mortalibus celumq; aperiēs cuius lectura peccatoris etiam saxeum cor emolit deq; hunc peractis criminibus compungi et dolere compellit: sed et ad meliorē ipsum reducit vitam. Tersum est autē hoc preclarissimū opus tantis noviter mendis vix ut in hoc antiquorum voluminū stigmata cōperias. In illis enim innumere pro aliis (que in hoc habentur) dictiones posite autoris sepius pervertebant mentem. Sed et pro sillabis sillabas diversas. Proq; elementis in hoc (sensum qm̄ immutabant) elementa volumine inseruimus diversa.

Scandere celsa volens supremi sydera celi.
Me planum lecto quisquis habebit iter.
Hic cernet magno celum subiisse labore
Antiquos: levior ad datur astra via.


Venūdātur Lugduni abs Jacobo Huguetan In vico mercuriali ad angiportum: qui in ararim ducit.



¶ Reuerendo in Christo patri et domino Domino Johãni de Poupeto iuriũ celeberrimo doctori Cabilonẽsiq; episcopo: ac abbatialis monasterij sancti Petri prope et extra muros cabilonẽ. Commendatario administratoriq; perpetuo Celsus Hugo dissutus in vtroq; iure doctor. Cathedralisq; prefate vrbis canonicus creat⁹ omni cum humilitate Salutem.



Emosthenes ille Orator philosophusq; maximus (quem vt inquit Juuenalis (mirabantur athene torrentem et pleni moderantem frena theatri) dicere solitus erat. Reuerẽdissime presul: se id hominum genus qui brutorũ instar viuentes animam cũctaq; cum vita interire putarent non laudare. Ex diuerso magna se credere esse laude dignos qui preclara facinora factitãtes eternam post cineres acquirerent famã. Quid enim belli (dicebat) ducibus triumphi: quid statue: picti ve triumphantes arcus: quid oleagine: laureatum victores cum poetas remanentes conducerent corone: quid celeberrimi (a summis etiam principibus ac induperatoribus exoptati) historiarũ tanto studio appeterentur scriptores: quid qui heroico eorum fortia facta celebrarent versu poete. Cuncta enim si cũ corpore interirẽt Epicuree quisq; secte imitator esse studeret: & hoies inter ac bruta interesset nihil. cum eadem homini eadẽ quoq; moriẽti pecudi condictio esset. Hanc ergo (ni fallor) ob rem priscorũ alijs triumphi (ad preclara vt facta cogerentur) victoribus ducibus: alijs corone: alijs pario de marmore statue rerum bene gestarum premium quia dabantur: sibi quisq; cõmissam eo studio prouinciam agere satagebat. Proprijs vt rebus postpositis varia (mortis etiam nõnunq̃) pericula imperterritus subiret perpetuã vt tantum ipse famã suis posteris relinqueret. Quãobrẽ qui flagitijs (vt Herostratus qui) vt sui nominis famã dilataret (clarissimum Ephesie diane templum incendit seq; mox ipsum prodidit) egregijsq; patratis delictis famam acquirere sunt nisi nõ defuere. Exquisitos eñi quiq; ad eorũ describẽda acta iure vates cũ oratores vt maxima queq; bona petebant. Eamobrem magnus ille Alexander inscio Cherilo (qui eum illius vt facta scriberet sequebatur) aliquãdo dixisse fertur se male Homeri esse Thersitẽ (Grecorũ qui vilissimus) et si nobilis (erat) q̃ bellus Achilem. Tanto igitur si studio gentilium tum prosa cum versu (qui multa vt plurimum poetico more effingunt aut falsa veris inuoluunt) historiarum scriptores auemus: qui nec quod viderunt sed quod multo ante actũ est euo scribunt. Hos inter proculdubio noster erit Hieronymus dignior ac primus qui antiquorũ patrum proprijs quos cõspexit luminibus artissimam vitam: paupertateq; varias pro eterna (non vt gentilibus fama) beatitudine consequẽda eloquentissimo lepidissimoq; stilo complexus est: nisi quod maxima pro parte vidit: aut a fidedignis sanctis patribus hoc in volumine scribens nihil. Huic ergo non iniuria veridico veluti qui visa scitaq; oculatim dicat preq; cunctis sanctissimo hystorico adherẽdum censeo. Plus eñi (vt Plautus ait) valet oculatus vnus testis: q̃ auriti decem. Cui Bar. dicto in. l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi. et Bal in. l. solam. C. de testi. & in. l. data opera. in. xviij. col. C. qui accu. non pos. et Abb. in. c. j. in. v. col. de iudi. astipulantur. Nam segnius irritãt (ait Flaccus) demissa per aures q̃ que sunt oculis subiecta fidelibus: et que ipse sibi tradit spectator. Tam celebre igitur (ne te plus equo presul dignissime rememorer) non voluit nos celare volumen vir egregius Jacobus Huguetan Lundunensis opulentus bibliopola. quod (quia is mendosum offendit) mihi (etsi inscio) elimandum dedit. Tantis eñi erat (vt in titulo predixi) mẽdis refertum. In hoc vt antiqui vix libri vestigia comperiat quispiam. Pro enim dictionibus alie etiam diuerse posite dictiones sensũ diui (quod iam dixi) Hieronymi peruertebant. Nec deerãt pro alijs syllabe proq; veris diuersa seu impressorum incuria correctorũue inertia pretermissa elementa vim dictionis ac sensum permutantia. Hoc tandem sed nec prius q̃ vetustissimo adhibito exẽplari tãtis extersum mẽdis: tue ideo paternitati & reuerẽtie volumẽ dicaui: vt extremam p te (cuius sfa8 in Parrhisiano tecũ & vltramontano studio conuersatus nouerim) vbi spacij loco legens congruum videris patiatur limam) neq; eñi omnia (vt ait Maro) possumus omnes) et tanti presulis numine tutum vt liberius ire queat. Tue reuerentie (id si acceptum sensero) alia que paucos post dies emissurus sum volumina dicaturus. Et vale.



Ne occasiōe stili hoc in opere obseruati quilibet legētiū: aut audiētiū offendiculū patiat: q: non p oia procedit vti antea huius materie exemplaria perspexit: facile veniam dabit: postq̄ multorū diuersitatem confusam intuetur Ea propter idipsuȝ in quattuor partes diuisas differēterq̄ distinxi. In cuius prima collegi in vnum hystorialia. In parte secunda libellos et doctrinalia. In parte tertia de regulari obseruantia. Et finali parte de laude et virtutum efficacia. Ita sane vt pars prima per hystorias secunda per libellos: et. ℣. pars tertia p rubricas: ⁊ quarta pars per rubricarum capitula distinguatur. Et vt clarior noticia tabule super eo habeatur numerū folijs connumeraui. Hec exordio presentis operis ad generalem eius noticiam sufficit premisisse ad cuius complementum me promoueat illa que omniū est artifex sapientia increata in seculum seculi benedicta. Amen.

Tabula

Tabula

¶ Incipit registrum secundi libri de vita sanctorum patrum.



Finis.

Jesus saluator sit Benedictus Amen.

¶ Incipit prologus sancti Hieronymi Cardinalis presbyteri in libros Vitaspatrum sanctorum Egyptiorum: etiam eorum qui in Scithia Thebaida atq; Mesopotamia morati sunt: non solū quos oculis vidit: maximoq; labore cōspexit verum ⁊ q̄ plura a fide dignis relata conscripsit notabili diligentia. Deniq; aliorum etiam autenticorum libellos fideliter e greco in latinum trāstulit: ⁊ ab aliis trāslata pro sui perfectione huic operi inseruit.



Benedictus deus qui vult omnes homines saluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire: qui etiam nostrū iter direxerat ad egyptum. Et ostendit nobis mirabilia magna ad posteritatis memoriam profutura. ⁊ quibus non solum nobis causa salutis oriretur verum et hystoria salutaris: atq; ad doctrinam pietatis aptissima oderetur que virtutis iter agere volentibus gestorum precedentium fide amplissimum tramitem pendat. Quāuis ad tantarū rerum narrationē minus idonei sumus: nec dignū videatur ingentium rerū exiguos ac paruos fieri autores: precelsasq; virtutes humili narrare sermone: tamen quoniam fratrum charitas: eorum qui in monte sancto oliueti commanent: hoc a nobis frequenter exposcit: vt egyptiorum monachorū vitā virtutesq; animi: et cultum pietatis: atq; abstinentie robur: quod in eis coram vidimus: explicemus precibus ipsorum qui hoc imperant adiuuandum me credens aggrediar. non tam ex stilo laudem requirens q̄ ex narratione rerum edificationem futuram legentibus sperans: dum gestorū vnusquisq; inflammatus exemplis: horrescere quidem seculi illecebras: sectari vero quietem. et ad pietatis imitatur exercitia. Vidi ergo ⁊ vere vidi thesaurū xp̄i in humanis absconditum vasculis: quemq; thesaurum repertum nolui tanq̄ inuidus occultare: sed quasi pro multis inuentum proferre in medium: et facere communem: certus q̄ quāto plures ex eo fuerint ditati tāto mihi amplius acqreretur. Ego eñ locupletior fiam cum aliorum salus ministerii mei fuerit quesita mercimonio. ¶ In principio ergo narrationis nostre adesse nobis precamur gratiā domini nostri Iesu christi: cuius virtute omnia hec pietatis exercitia apud egypti monachos habenē Vidimus enim apud eos multos patres celestem vitam in terra positos agentes: ⁊ nouos quosdam prophetas tam virtutibus animi q̄ vaticinādi officio suscitatos: quibus ad testimonium meritorum nec signorū quidem ac prodigiorum deerat efficatia. Et merito. Cur enim qui nihil terrenum: nihil carnale cupiunt: non accipiant celestem potestatē? Nonnullos namq; eorū ita ab omni malicia et cogitatione ⁊ suspitione vidimus alienos vt nec si aliquid mali adhuc gereretur in seculo meminissent. Tanta in eis erat tranquillitas animi tātusq; inolescerat eis bonitatis affectus vt merito de eis dictū sit. Pax multa diligentibus nomen tuum domine. Commanent autem per heremum dispersi ⁊ separati cellulis: sed charitate connexi. Ob hoc autem dirimuntur habitaculis: vt silentii sui quietem ⁊ intentionem mentis diuina sectātes: nec vox aliqua: nec occursus vllus' aut sermo aliquis ociosus obturbet. Intenti ergo in suo quisq; loco animis velut boni patres christi expectant aduentum. Aut tanq̄ miles paratus in castris imperatoris presentiam: vel vt fideles serui aduentantem dominum sustinent libertatem sibi pariter ⁊ munera largiturum. Omnes ergo hi nullam cibi aut indumēti: aut vllius horum sollicitudinem gerunt. Sciunt eñ q: scriptum est. Hec omnia gentes cogitant: ipsi vero iusticiam ⁊ regnum dei requirunt: ⁊ hec omnia s̄m promissionem saluatoris apponuntur eis. Deniq; eorū plurimi forte si aliquo necessario ad vsus corporis eguerint: nō ad humana pfugia: sed ad deū verum: et ab ipso tanq̄ a patre poscentes: que poposcerint illico consequuntur. Tanta nanq; in eis fides est: que etiam montibus vt transferantur valeat imperare. Unde ⁊ nonnulli eorum irruptiōes fluuii in perniciem vicinarum regionū concitatas orationibus repressērunt. Et pede incedētes aluei eius pfunda digressi sunt immanesq; eius bestias peremerunt. Et plura atq; immensa signa: que a p̄phetis et apostolis antiquitus gesta fuerant: consumauerunt. vt dubitari non debeat ipsorum meritis adhuc stare mundum. Sed illud valde mirum est: cum semper optima queq; rara sint ⁊ difficilia: in illis tamen vtriq; pariter conuenisse: vt ⁊ numero immensi sint: ⁊ virtutibus incomparabiles. Sūt enim ⁊ alii in suburbanis locis: alii per rura plures autem ⁊ egregii per heremum dispersi et velut quidam celestis exercitus in procintu: positus: atq; in tabernaculis degens ad obedientiam preceptorū regi semper intentus: armis orationum pugnans et scuto fidei ab inimico insidiante pfectus regnū sibi celeste conquirunt. Sunt ergo ornati moribus quieti: lenes: tranquilli: et charitatis vinculis velut quadam germanitate constricti. Ad emulationem vero virtutum certamen ingens exercent ⁊ agones Studet enim vnusquisq; clementior altero: alio benignior: hoc humilior: illo patientior inueniri. Si quis autem sapiētior ceteris fuerit: hic ita communis erga omnes et mediocris existit: vt s̄m mandatum domini omnium minimus: ⁊ omnium seruus esse videatur. Quia ergo dei munere donatum mihi est videre eos: et interesse conuersationi eorū ⁊ de singulis iam nunc: que ad memoriam dominus reduxerit enarrare tentabo: vt hi qui non viderūt eos in corpore: opera eorum discentes vitamq; eorum perfectam lectionis iudicio colligētes: ad emulationem sancti operis inuitentur: ⁊ perfecte patiētie palmam requirant.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit narratio.

¶ De sancto Joanne egyptio heremita.



Rimum igitur tamq̄ vere fundamentum nostri operis ad exemplum bonorum omnium sumamus egyptium Joannem: qui vere etiam solus satis superq̄ sufficiat religiosas: et deo devotas mentes ad virtutum culmē erigere: et ad perfectionis vestigia concitare. Hunc enim vidimus in Thebaidis partibus in heremo: que adiacet civitati Lyco. in rupe quadam montis ardui commanētem. Ascensus ad eum difficilis: aditus monasterij eius obstrusus et clausus: ita vt a quadragesimo etatis sue anno vsq̄ ad nonagesimum quem tunc gerebat cum eum vidimus: monasterium eius nullus intrauerit. Aduenientibus vero per fenestram se vidēdum prebebat: et inde eis vel verbum dei ad edificationem. vel si qua fuissent cōsolationis respōsa reddebat. Mulierum tamen illuc nulla: nec ad conspectum quidē eius accessit: sed et viri raro et certis quibusq̄ temporibus. Cellam sane hospitalem extrinsecus fieri permisit: in qua aduētātes e longinquis regionib⁹ paululum requiescerēt: ipse vero intrinsecus solus soli deo vacans: non diebus non noctibus a colloquijs dei et oratione cessabat. diuinū illud: et qd̄ sup̄ omnem mentem est: tota mētis puritate consectās. Quāto em̄ se ab humanis curis et colloquijs sequestrabat: tāto illi vicinior et ppinquior deus erat. In tanta deniq̄ mentis sue sinceritate profecerat: vt non solum eorum que erant scientiam consequeret̄ a domino verum et eorum que futura erant prescientiam mereretur. Evidenter nāq̄ ei dominus prophetie gratiam contulit. ita vt non tātum ciuibus et prouincialibus suis si forte percuntaretur: futura prediceret: sed et impatori Theodosio: vel quos belli exitus habiturus esset. vel quibus modis victoriam caperet de tyrānis: sed et quot irruptiōes passurus esset gentium barbarum sepe predixerit. Quodam etiam tempore cum gens ethyopum romanuꝫ militem circa cirenē (que prima est ex ethyopie partibus Thebaidis ciuitas) incursaret: et strages plurimas nostrorum dedisset: predāq̄ duxisset venienti a se romano duci: et metuēti confligere cuꝫ eis: eo q̄ exiguus ei erat militum numerus: et hostilis cōtra se innumera multitudo. Joannes statutū designans diem: perge (inquit) securus die em̄ qua dixi et hostem psternes: et spolia capies: predamq̄ reuocabis. Quod cum fuisset impletum etiā apud augustum: q̄ charus acceptusq̄ futurus esset predixit. Hec apud illum pphetie gratie habebat: vt magis hoc illorum qui percunctabātur q̄ suis meritis ascriberet. Dicebat em̄ nō pro se hec sed pro illis qui audiunt a dn̄o pnūciari. ¶ Aliud quoq̄ p eum mirum valde dn̄s ostendit. Tribunus quidem ad agendum militem pergens venit ad eum et obsecrare eum cepit: vt permitteret etiā cōiugem suā venire ad se. Multa nāq̄ eam dicebat ptulisse pericula ob hoc tm̄ vt faciem eius videret. Tunc ille negat vmq̄ moris fuisse videndi mulieres et precipue ex quo in illi⁹ rupis se monasterio cōclusisset. Tribunus persistit. obsequēdo et confirmādo: q̄ nisi videret eū: esset sine dubio in multa tristicia peritura. Cumq̄ iterum ac sepius eadem precaretur: et cām mortis eum sue cōiugis cōfirmaret futurum: atq̄ inde eam interitum: vnde salutem sperauerat accepturam. Tunc fidem et importunitatē eius aspiciēs senior. Uade inquit videbit me cōiunx tua hac nocte: nō tamen veniet huc: sed in domo sua atq̄ in lecto suo manebit. Post hec vba abscedit vir: ambiguitatem respōsi in pectore suo vsans. Cumq̄ hec etiam cōiugi nūciasset: simili modo nihilomin⁹ etiā mulier sermonis incerto fatigabatur. Sed vbi somni tempus aduenit: adest homo dei per visuꝫ: et adsistens mulieri fides inquit tua magna est o mulier: et ideo veni desiderio tuo satisfacere: te tamē moneo: nō vt faciē corporaleꝫ seruorū desideres dei: sed vt gesta et actus p spm̄ cōtempleris. Spiritus em̄ est qui viuificat. nam caro nō pdest quicq̄. Ego autem nō quasi iustus aut ppheta vt putas sed pro fide vestra intercessi pro vobis apud deum et concessit tibi oim̄ morborum (quos in corpore tuo pateris) sanitatem. Eris ergo ex hoc sana et tu et vir tuus: et benedicetur domus vestra. Sed et vos memores estote beneficij adeo vobis collati: et timete dominum semp: nec amplius q̄ stipēdijs vestris debetur aliquid requiratis. Sufficiat ergo tibi hoc q̄ vides me in somnis: et amplius non requiras. Euigilans autem mulier indicauit viro suo que viderat queq̄ audierat. sed et habitum viri et vultum: atq̄ omnia signa eius exposuit. Super que ammiratus vir eius: regressus ad hominem dei gratias refert et accepta ab eo benedictione prexit i pace. ¶ Alio quodam tempore prepositus quidam militum venit ad eum cuius vxor grauida ab eo relicta est in domo sua. At illa ipsa die qua ille ad beatum ioannem venerat: partu edēs periclitabat̄. Tunc sanct⁹ homo dei: si scires inquit donum dei: et quia tibi hodie natus est filius gratias ageres domino. Sed cito matrem pueri periclitatam aderit tamē dominus: et inuenies eam sanam. Festina ergo et redi in domum tuam: et inuenies puerum septem dierum: et vocabis nomen eius Joānem hic nutriatur in domo tua absq̄ vlla cōtaminatione gentili septem annis: quibus peractis trade eum monachis erudienduꝫ sanctis et celestibus disciplinis. ¶ Multis preterea ad se venientibus siue prouincialibus siue peregrini: cum res poposcisset: occulta cordis eorum indicabat: et si quid forte peccati ab eis in occulto fuisset admissum secretius corripiēs arguebat: et ad emendationem ac penitentiam prouocabat. Nili quoq̄ fluminis abundantia siue aquarum penuria futura esset predicebat. sed et si orte ex offensa hoim plaga aliqua et correctio a domino immineret: simi

liter premonebat:⁊ si quid cause esset:pro qua itro
duceretur fames:aut castigatio designabat. Sani-
tates quoq; ⁊ curas corporum:ita de poscentibus
conferebat vt omnem ex hoc iactantiam fugeret.
Non enim permittebat ad se incommodatos de-
ferri:sed benedicens oleum dabat:ex quo peruncti
sani fierent a quacunq; infirmitate tenerentur. Se-
natoris cuiusdam aliquando vxor excecata est: hec
deprecabatur virum suum vt eam perduceret ad ho
minem dei. Cui cum responderet vir suus non ei
esse moris videndi mulierem rogat vt indicaret ei
tantummodo imbecillitatis sue causam et deprecare
tur vt orationem faceret pro se. Cumq; legationem
pertulisset vir eius ad eum orans ⁊ benedicēs oleū
mittit ad illam. Ex quo per triduum inungēs ocu
los suos visum recepit:⁊ deo gratias egit. Sed et
multa eius sunt gesta que narrare satis longum est
Unde omissis his interim que auditu comperimus
ad ea que oculis nostris conspeximus veniamus.
Septem fuimus simul fratres comitantes qui ad
eum venimus. Cumq; salutassemus eum omnesq; nos
leticia suscepisset ⁊ vnumquenquam nostrum gratifi
ce alloqueretur rogatus a nobis orationem simul
ac benedictionem dare (Hoc enim moris est apud
egyptios monachos:vt ibi aduenerint fratres:sta
tim per orationē sibi inuicem federentur) interroga
bat si quis in nobis esset clericus. Et vt omnes ne-
gauimus. respiciens ad singulos intellexit esse iter
nos quendam qui huius erat ordinis sed latere cu-
piebat. Erat enim diaconus et hoc preter vnum so
lum qui ei fidus erat etiam ipsi itineris comites
ignorabant. Uisurus enim tales ac tantos viros
humilitatis gratia celare voluit gradus sui honorē
vt inferior haberetur in ordine his quibus se lon-
ge inferiorem esse meritis indicabat. Sanctus ergo
Joannes vt eum vidit equidem cum esset adolescē
tior ceteris digito ostendens eum. Hic inquit dya
conus est. Et cum adhuc negaret : apprehendens
eum manu sua exosculatus est ⁊ dixit. Noli fili ne-
gare gratiam dei:ne incurras pro bono malum:pro
humilitate mendacium. Cauendum namq; est om-
ni modo mendacium:siue pro malo:siue etiam pro
bono proferri videatur:quia omne mendacium nō
est a deo: sed sicut saluator dicit a malo est. At ille
his auditis quieuit:blandam namq; eius correptio
nem equanimiter tulit:⁊ cum orationem domino
obtulissemus: post finem vnus ex fratribus no-
stris tertiano typo.id est febre grauissime vexaba-
tur: ⁊ rogabat hominem dei.vt ab eo curaretur.
Qui ait ad eum. Rem tibi necessariam cupis abijce
re:vt enim corpora nitro vel alijs huiusmodi linia
mētis abluuntur a fedibus:ita anime languoribus
alijsq; huiusmodi castigationibus purificantur. Et
postq; de his nobis multa per doctrinam mysticā
disseruit:benedicens tandem oleum dedit ei. Quo
perunctus eger omnem continuo abundantiam
fellis euomuit:⁊ sanissimus redditus : pedibus suis
ad diuersorium redijt. Post hec iubet officia erga
nos humanitatis atq; hospitalitatis expleri ⁊ cor
pori curam geri. Ipse vero sui negligens nostri sol
licitus erat. Iam enim continuo vsu ⁊ iugi consue-
tudine nec recipere cibum nisi in vesperum poterat
⁊ hunc exiguum. Erat autem attenuati ⁊ aridi cor
poris pre abstinentia capilli eius ⁊ barba quasi ex
langore nimio rara ⁊ tenuis:vtpote quem nullus
sufficiens cibus nutriret:nec letior aliquis humor
infunderet. Obseruabat enim tunc:cum iam nona-
genariam (vt supra diximus) ageret etatem.vt nul-
lum vt paucis vtar verbis per ignem paratum su
meret cibum. Igitur post hec hospitalitatis officia
regressos ad se sedere nos iubet:⁊ tunc demum qui
dem vnde vel cur aduenerimus inquirit:. cum iam
nos letos ⁊ omni cū gaudio tanq; notos proprios
suscepisset. Cumq; respondissemus q; de hierosoly
mis ad eum vtilitatis ⁊ profectus anime nostre cau
sa venissemus:vt ea que olim ad auditum nostrum
fama pertulerat:⁊ ipsi nūc oculis nostris cernere-
mus:quoniam quidem tenacius solēt inherere me
morie ea que oculus viderit q; que auris audierit.
Tunc beatus Joannes vultu placidissimo ⁊ quasi
subridēs ex abundantia leticie hoc modo respōdit
ad nos. Miror inquit ad modum dulcissimi pueri
laborem vos tanti itineris suscepisse:cum nihil ad
hec dignum in nobis videre possitis. Homines enī
sumus humiles ⁊ exigui:nihil habētes i nobis vel qđ
expecti debeat vel mirari. Et tū etiam si esset aliqđ
in nobis sm opinionem vestram:non tale quale le-
gitis in prophetis dei et apostolis. Qui vtiq; ob
hoc in oibus dei ecclesijs recitantur:vt exempla vi
te hominibus nō de longinquis ⁊ peregrinis locis
querantur.sed domi vnusquisq; ⁊ apud se habeat
quod debeat imitari. Unde plurimum miror inten
tionem vestri laboris ac studij:q; profectus anime
vestre causa tantas superare regiones:tantosq; la-
bores subire voluistis cum nos vsq; pigritia desi
diaq; constringat:vt nec cellulas nostras pergredi
audeamus. Uerūtamē quoniam putatis esse in no
bis aliquid ex quo proficere debeatis:hoc primum
vobis indicādum est:vt hoc ipm q; venistis ad nos
⁊ tantum laborem videndi nos suscepistis:ne iactā
tiam alicuius habeatis prospectus vt non tam pro
ficere ad animi virtutē q; proferre se:⁊ iactare vnus
quisq; vestrum velit:pro eo q; viderit eos:qui apud
alios ex auditu solo cogniti videantur. Graue est
iactātie vitium:⁊ periculosum nimis ⁊ quod de ipso
etiam perfectionis fastigio deijcit animas:⁊ ideo
hoc vos primo oim cauere volo. Est autē species
mali huius duplex quidē. Nōnullis enī accidit in
ipsis statim initijs cōuersiōis sue:cū parū aliquod
vel abstinētie impēderint vel pecunie in pauperes
erogauerint:⁊ cū de eis ita sentire debeāt:quasi qđ
impediret abiecerint ita agunt ⁊ ita sentiunt:quasi
eminentiores sint illis:quibus aliqui elargiti sunt.
¶ Alia vero est iactātie species cū quis ad summā
virtutē perueniēs.nō totum deo:sed suis laboribus
ac studijs deputat:⁊ dū ab hominibus gloriam que

rit: perdit eam que a deo est. Propter quod filioli mei fugiamus omni genere iactantie vitium ne fortè incurramus eum lapsum: quem dyabolus incurrit. Tūc preterea cordi nostro et cogitationibus precipua adhibenda est diligentia. Obseruādum namqȝ est ne qua cupiditas: ne qua voluptas praua: ne qđ desiderium vanum: et quod non est ſm deum radices in corde nostro defigat. Et huiusmodi enī radicibus continuo pullulant vage et inutiles cogitationes: et intantum moleste sunt: vt nec orantibus nobis cessent: nec in conspectu dei consistentibus nobis et precibus pro salute nostra offerentibus excāt sed rapiunt a nobis captiuam mentem. et cum corpore stare videamur in oratione sensu et cogitatione euagemur et ducimur per diuersa. Si quis ergo est qui se putat renunciasse mūdo et operibus dyaboli: non sufficit in eo renunciasse: vt possessiones et predia ceteraqȝ seculi negocia reliquerit: nisi etiam proprijs vitijs renunciauerit: et inutiles ac vanas abiecerit voluptates. Hec enī sunt de quibus apostolus dicit. Desideria vana et nociua que mergūt hominem in interitum. Hoc est ergo vere renūciasse dyabolo et operibus eius. Dyabolus enim per alicuius vitij et occasiones et praue voluptatis aditum irrepit in cor nostrum: quia vitia ex parte illi sunt: sicut virtutes ex deo sunt. Si ergo sint vitia in corde nostro: cum venerit princeps eorum diabolus: quasi proprio autori dant locum et introducūt eum velut ad possessionem suam. Et inde est qȝ nūqȝ huiusmodi corda pacem habere possunt: nunqȝ quietem sed semper conturbantur: semper terrent: et nunc vana leticia: nunc inutili tristicia deprimuntur. Habent enim intra se habitatorem pessimum cui introeundi ad se locum per passionem suas et vitia fecerunt. Econtra vero mens que vere renūciauit mūdo hoc est que abscidit et amputauit a se omne vitium: et nullum introeunti ad se diabolo reliquit aditum: iracundiā cohibet: furorem reprimit mendacium fugit execratur inuidiam et non solum non detrahere sed ne malum quidem sentire: aut suspicari de proximo suo patitur: que fratris gaudia sua dicit et tristitiam eius suam tristiciam deputat Que hec ergo et horum similia obseruat mens: spiritui sancto aperit in se locū. Qui cum ingressus fuerit et illuminauerit eam semper ibi iam gaudia: semper letitia: semper charitas: patientia: longanimitas: bonitas et omnes qui sunt fructus spirit⁹ oriūtur. Et hoc erat quod dicebat dñs in euangelio. Nō potest arbor bona malos fructus facere: neqȝ arbor mala fructus bonos facere. Ex fructibus enī probatur arbor et cognoscitur. ¶ Sunt autem nōnulli qui videntur seculo renunciasse et curam non adhibent ad mundiciam cordis: neqȝ vt vitia et passiones resecent et anima sua moresqȝ componant sed hoc tantum student. vt videant aliquos sanctorum patrū et audiant ab eis aliqua verba: que narrantes alijs glorientur se ab illo vel illo didicisse: et alicubi forte vel audiendo vel legendo parum aliqđ scientie acquisierint: continuo doctores fieri volūt et docere non ea que egerint sed que audierint et viderint despicientes ceteros. Affectant ipsi sacerdotium atqȝ immergere se conantur ad clericatum: nescientes: quia minoris cōdēnationis est si quis ipse virtutibus polleat et alios tamen docere non audeat: qȝ si ipse passionibus et vitijs pmatur: et alios de virtutibus doceat. Sic ergo filioli mei neqȝ fugiendum omni modo dicimus clericatum vel sacerdotium: neqȝ rursus omnimodis expectandum sed danda opera est vt vitia quidem a nobis depellantur et virtutes animi conquirant dei autem iudicio relinquendum est: quem velit et si velit assumere sibi: ad ministerium: vel ad sacerdotium. Non enī qui seipsum ingesserit sed quem dñs assumpserit ille probatus est. ¶ Monachi autem illud opus est precipuum vt orationem puram offerat deo nihil habēs in conscientia reprehensibile sicut dñs dicit in euāgelio. Cum steteritis ad orationem remittite fratribus vestris si qđ habetis contra eos ex cordib⁹ vestris: nisi enī remiseritis fratribus vestris nec vobis remittet pater vester celestis. Si autem remiseritis fratribus vestris et vobis remittet pater vester qui in celis est. Si ergo mundo (vt supra diximus) corde astiterimus ante deum: et liberi ab omnibus his vitijs et passionibus quas sup: adiximus: poterimus inqȝtum possibile est etiam deum videre: et orantes oculos cordis nostri in ipsum dirigere et videre inuisibilem mente non corpore: intellectu scientie non carnis aspectu. Nemo enim se putet posse ipsam (sicut est) diuinam substantiam contueri: ita vt speciem sibi aliquam aut imaginem fingat in corde corporeā alicuius imaginis similem. Nulla forma in deo cogitetur nulla circūscriptio sed sensus et mens que sentiri quidem possit: et perstringere mentis affectu: non tamen comprehendi aut describi aut enarrari valet. Et ideo oportet cū omni reuerentia et metu accedere ad eum et ita in eū librare mentis intuitum: vt omne quicquid potest splendoris claritatis: fulgoris maiestatis mens humana conspicere: super omnia esse eum sentiat semper: et hoc sicut diximus si pura mente fuerit: nec vllis praue voluptatis sordibus occupata. Et ideo in hoc maxime oportet operam dare eos qui renūciare seculo volunt et deum sequi vidētur sicut scriptum est. Vacate et cognoscite quoniam ego sum deus. Si ergo cognoueritis deum inqȝtum homini possibile est tunc demum etiam reliquorum qȝ sunt scientiam capiet et misteria dei agnoscet: et qȝto purior in eo fuerit mens: tāto plura ei reuelat deus et ostendit ei secreta sua. Amicus enim iā efficitur dei sicut illi quibus in euangelio dicebat saluator. Iaȝ non dico vos seruos: sed amicos. et omne quicqđ petierit ab eo tanqȝ ab amico charo prestat ei deus Ipse quoqȝ virtutes angelice et cuncta mysteria diuina tanqȝ amicum dei diligunt eum et obsequunt eius petitionibus. Et hic est quem a charitate dei (que est in xpo Iesu) neqȝ mors separat: neqȝ vita:

neqꝫ angeli: neqꝫ ꝑncipatus: neqꝫ potestates: neqꝫ alia creatura. Et ideo charissimi quādo quidē hoc elegistis vt deo placeatis: ⁊ ad charitatem eius perueniatis date operam alieni effici ab omni iactantia: ab omni vitio animi: ab omnibus delitijs corporibus. Delitias autem corporales nō solū illas putetis quibus homines seculi fruuntur: sed abstinenti delitie credende sunt quicquid pro cupiditate sumpserit etiam si vile illud sit: ⁊ quod in vsu esse abstinentibus solet. Aqua deniqꝫ ipsa vel panis si cum cupiditate sumatur. id est non vt necessitate corporis sed vt animi desiderio satisfiat. Hec etiam abstinenti in delitiarum vitium ducitur. Oportet enim in omnibus consuescere: animam vitio carere. Ideo deniqꝫ dominus docere volens animam desiderijs ⁊ voluntatibus suis resistere: dicebat. Intrate per angustā portam: quia lata est ⁊ spaciosa via que ducit ad mortem: angusta autē ⁊ arcta via est que ducit ad vitam. Lata est ergo via anime cū quālicūqꝫ desiderio suo satisfecerit: angusta vero est cū voluptatibus suis repugnat. Multum tamen prodest ad hec obtinenda secretior habitatio. ⁊ conuersatio solitaria: q: interdum per occasionem aduentantium fratrum ⁊ euntium ac redeuntium frequētiam abstinentie ⁊ parsimonie frena laxantur: ⁊ per huiusmodi occasiones venitur paulatim in consuetudinem ⁊ vsum delitiarum: ⁊ sic interdum etiam ꝑfecti iam viri capiuntur. Ideo deniqꝫ ⁊ Dauid dicebat. Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitudine. expectabam eum qui saluum me faceret a pusillo animo ⁊ tempestate. ¶ Postꝙ autem multa nobis sanctus Ioannes de iactantie vitio alijsqꝫ ꝙplurimis vtiliter disseruit: ad vltimum dixit. Referam autem vobis quid etiam nuper cuidam ex fratribus nostris acciderit: vt cautiores vos precedentia exēpla cōstituant. Erat quidā apud nos monachus in hac vicino heremo commanens: cui habitaculum spelunca erat: vir summe abstinentie quottidianum victū labore manuū querens in orationib⁹ die noctuqꝫ persistens: cunctisqꝫ animi virtutibus florens. Sed hic letis successibus elatus confidere quasi in profectibus suis cepit: ⁊ non deo totū: sed sibimet ipsi quod profecerat deputare. Hanc autem eius intuens animi presumptionem tentator: continuo accendit: ⁊ laqueos parat. Quadam nāqꝫ die ad vesperam fingit speciem decore mulieris oberrantis per heremum: que velut fessa post nimium laborem accedens ad ostium spelunce monachi se lassabundam simulans ac fatigatam intrinsecus semetipsam proiecit: atqꝫ aduoluta genibus viri vt sui misereatur exorat. Nox enim me infelicem inquit in heremo latitantem comprehēdit: iube me requiescere in angulo cellule tue: ne forte efficiar nocturnis bestijs preda. At ille primo miseratiōis obtētu recepit eā intra speluncā: requirēs que ei causa errandi per heremum fuerit. Illa causam fingit satis accurate: ⁊ interim venena blandimentorū atqꝫ illecebre virus per omnē textum narrationis inserit nunc se miserādam: nunc etiam defensione dignam ostendēs elegantia ⁊ suauitate sermonis inclinat animum hominis: ⁊ in affectum sui illecebroso amore deflectit. Hinc iam inter blandiora colloquia iocus risusqꝫ miscētur manus etiā procax ad mentum barbāqꝫ quasi venerandi specie protenditur: tum vero palpare ceruicem mollius colliūqꝫ lenigare. Quid multa? Ad vltimum captiuum ducit militem xp̄i. Continuo enim perturbari intra semetipsū: ⁊ libidinis fluctibus estuare cepit: nequaꝙ laborum preteritorum: nequaꝙ professionis ac propositi sui memor. Paciscitur cum cordis sui cōcupiscentia: ⁊ intra archana cogitationum suarum fedus cū falsa cupiditate componit. Inclinat stultus latera sua: ⁊ efficitur sicut equus ⁊ mulus quibus non est intellectus. Atqꝫ vbi obscenos iam conabatur inire complexus illa vlulatum teterrimū dire vocis emittens vmbra vt erat tenuis per manus amplectentis elabitur: ipsum quoqꝫ de decorosis motibus inanes auras sectantem fedissima cum irrisione deseruit. Tunc preterea multitudo demonū in aere ad hoc ipsum spectaculum congregata. clamore ingenti: cum cachinno exprobationis eleuato (inquiunt) o monache monache: qui te vsqꝫ ad celū extollebas: quomodo demersus es vsqꝫ in infernū. Disce ergo: quia qui se exaltat humiliabitur. Tunc ille velut amens effectus: ⁊ deceptionis sue pudorem non ferēs grauius a semetipso decipitur: quā fuerat a demonibus deceptus. Cū enim debuisset reparare semetipsum et renouare certamen: ac satisfactione sui lachrymis ⁊ humilitatis fructibus: prioris elationis culpam delere: hoc nō faciens sed desperans semetipsum (sicut apostolus dixit) tradidit omni impudicitie ⁊ inquinati. Regressus est enī ad vitam secularem: preda demonum factus. Refugit nāqꝫ conspectus oīm sanctorum: ne quis posset cum salutaribus monitis de precipitio reuocare. Si enī reddere semetipsum priori vite ⁊ abstinentie voluisset recuperasset sine dubio ⁊ locum et gratiam. ¶ Deniqꝫ audite quid ⁊ de alio viro gestum sit: similiter cuidam tentato: sed non simili exitu tentationis effuso. Fuit quidam vir in hac proxima ciuitate vitā turpissimā per omne facinus ducens: ita vt opinatissimus in flagitijs haberetur. Hic aliquando de miseratione compunctus ad penitentiā conuertitur: ⁊ intra sepulchrū se quodāmodo concludens priorū scelerū pollutionis lachrymarū fontibus diluebat: diebus ac noctibus in faciē prostratus ⁊ nec subleuare quidē ausus oculos ad celū: neqꝫ vocē emittere: ⁊ nomen dei nominare: sed in solis gemitibus ⁊ flectibus perdurabat: ⁊ tāꝙ viuens sepultus de inferno iā quodāmodo mugitum cordis gemitūqꝫ reddebat. Cūqꝫ in his posito eo septimana vna transisset: noctu venerūt ad eū demones in sepulchro clamantes ⁊ dicētes. Quid est hoc quod agis o impurissime ⁊ flagitiosissime? post eaꝙ omni spuricia: omniqꝫ īpuritate satiatus es: nunc vis castus ⁊ religiosus ꝓcedere? ⁊ posteaꝙ

cõsenuisti in celeribus: nec iã sufficiunt vires ad faci
nora delēda: nunc christianus videri vis: ꝛ pudicus
ꝛ penitens: quasi vero alius tibi iã vllus possit da
ri locus satiato in malis: nisi ille qui tibi nobiscum
debetur. Unus ex nobis es: alius iam esse non po-
teris. Redi ergo magis: redi ad nos ꝛ qđ superest
tibi tempus in perfruenda voluptate non perdas
preparamus abundātes delitias preparamus scor
ta nobilissima: ꝛ cuncta alia. que florem tibi possint
reparare gratissime iuuentutis. Quid temetipsum
vanis ꝛ inanibus conficis cruciatibus? Quid temet
ipsum ante tempus suppliciis tradis? Quid enim
aliud eris passurus in inferno: nisi hoc quod nunc
tibiipsi concitas? Si te pena delectat expecta pau-
lulum ꝛ inuenies paratam. nunc interim fruere mu
neribus nostris: que dulcia semper ꝛ grata duxisti.
Hec et huiusmodi plura exprobrantibus eis ille ia
cebat immobilis: nec auditum quidem suum cõuer
tens ad eos: nec vllum penitus sermonem respon-
dens. Cũqꝫ ille sepius hec eadem repeterent ꝛ alia
duriora: nec ille omnino moueretur in furorem pro
lapsi demones: vbi viderunt verba contemni: verbe
ribus eum aggressi sunt: multisqꝫ suppliciis excru-
ciatum semineçem reliquerunt. Nec tamen in tot tā
tisqꝫ cruciatibus moueri saltem potuit a loco: in
quo orationis causa iacuerat. Postera die quidam
suorum requirentes eum humanitatis duntaxat
gratia: inueniunt penis incredibilibus affectum et
causam percunctantes eum didicissent. rogabāt vt
cure gratia reportari se ad domum propriam pate
retur. Abnegat ꝛ in eodem permanet loco. Tunc ve
ro ꝛ sequenti nocte repetentes demones grauiori-
bus eum verberibus cruciabant. Sed nec sic quidē
moueri voluit a loco melius esse dicens morte sub-
ire ꝙ vltra demonibus obedire. Nihilominus ter
tia nocte multitudo conuenit demonum. et absqꝫ
vlla miseratione irruentes in eum omnibus penis
cruciatibusqꝫ conficiunt. Cumqꝫ iam corpus defe-
cisset in suppliciis extremus tamen spiritus obsi-
stebat imperio demonum. Quod vbi impii perui-
derunt exclamantes voce magna vicisti inquiunt
vicisti. et mox velut virtute quadam celitus fugati
precipites abscedunt. nec vltra ei quicqꝫ sue artis.
aut sceleris intendunt. Ipse vero intantum virtuti
bus animi profecit. ꝛ ita ornatus moribus effectus
est. ac totius diuine gratie gloria repletus. vt om-
nis hec regio quasi e celo eum lapsum videret et
vnum esse ex numero crederet angelorum: omnes
pene simul atqꝫ vno ore dicentes hec est mutatio
dextere excelsi. Quanti exemplo eius qui iam semet
ipsos desperauerant: rursus per penitentiam ad
spem salutis regressi sunt ꝛ emēdationem sui: quā
prius desperauerant: presumpserunt? Quanti am-
miratione eius de ipso iam inferno peccatorum re-
tracti sunt ꝛ ad virtutis idolũ reparati? Illo nāqꝫ
tanta immutatione conuerso: omnibus omnia vi-
sa sunt possibilia. Non solũ autem emendatio mo
rum florebat in eo ꝛ assumptio virtutum: verũ gra
tia dei plurima ei collata est. Signis eni ꝛ prodigiis
que ab eo facta sunt: quantum apud dominum ha-
beret meritum testabantur. Sic humilitas ꝛ conuer
sio bonorum omnium materiam prebet. Elatio et
desperatio interitus ꝛ mortis est causa ad effugien
dum vero periculi lapsum ꝛ conquerendam dei gra
tiam atqꝫ ipsius diuinitatis euidentiorem notitiā
capiendam plurimum prodest secretior conuersa-
tio. ꝛ heremi interioris habitatio. Quod vos non
tam verbis ꝙ rebus ipsis ꝛ exemplis melius doce
re puto. ¶ Fuit quidam monachus qui in heremo
hac (que pre ceteris interior est) habitabat. Hic cũ
plures annos in abstinentia perdurasset: ꝛ proue-
ctus tempore prope iam ad senilem venisset etatē
omni virtutum flore adornatus ac totius continē
tie magnitudine sublimatus. Qui cum in orationi-
bus ꝛ hymnis sedule deo deseruiret. tanꝙ e merito
militi suo dominus remunerationes parat: vtpote
qui in corpore adhuc positus instar angelorum in
corporee vite officiis fungeretur dignum iudicans
annonam celestem prebere ei in deserto. qui celestē
regem peruigilibus presto labatur excubiis: vt di-
gne frueretur celestibus alimoniis. ¶ Volens er-
go deus etiam in hoc seculo remunerare eius fide-
le propositum: ad prouidentie sue sollicitudinem
quottidiani victus eius reuocat curam. Ut enim ci
bi vsum poposcisset nature necessitas: ingrediens
speluncam suam inueniebat mense panem superpo
situm: mire suauitatis: miriqꝫ candoris. Ex quo re
fectus ꝛ gratias diuine prouidentie referens rur-
sus ad hymnos ꝛ orationes conuertebatur. Ad
quem multe etiam reuelationes multeqꝫ de futu-
ris rebus a deo premonitiones fiebant. In his er-
go talibus ac tantis profectibus positus: quia glo
riari quasi de meritis suis cepit: et celestis benefi-
cii munus: vite sue meritum dixit. Continuo subin
trat cum parua quedam desidia animi tam parua
quam nec posset aduertere. Post hec creuit maior
negligentia: ita vt tardior iam fieret ad hymnos:
sed ad orationem pigrius surgeret. Psalmi quoqꝫ
ipsi (non ea qua prius vigilantia) ab ipso canerent-
tur sed vbi parum quid exhibitum fuisset soliti mi-
nisterii anima eius quasi nimio labore fatigata re-
quiescere festinabat: quia sensus eius reprobus effe
ctus: de sublimioribus ad inferiora corruerat: ꝛ co-
gitationes sue per diuersa eum precipitia rapiebāt
Erat enim iam in corde eius clandestina quedam
et turpis ac nephanda cogitatio: consuetudo tamē
prior velut si decursus aque etiā cessante remigio
adhuc priore impetu nauigiũ ferat: ita ꝛ vetꝰ insti-
tutio ad cõsueta hoiem officia trahebat. Ob quam
cām ꝛ adhuc stare in suo statu videbatur. Hic ergo
cum post orationes cibum solitum requisisset ad ve
speram ingressus loci. in quo refici cõsueuerat: in-
uenit solitum panem mēse suppositum: ex quo refe
ctus nihil de eorũ ꝙ in corde suo versabatur emēda
tione curauit: neqꝫ immutationis sue dāna p̄sensit
sed spernendo minima paulatim se casurum nõ in
tellexit. Interea cum graui iā libidinis incēdio sti-
mularetur: ꝛ inflammatus turpis concupiscētia

raperetur rursus ad seculum: illa interim die cohi buit: se et solita hymnorum et orationum mysteria ex more persoluit: atque ingressus vt cibum sumeret panem quidem inuenit mense superpositum. sed aliquantulum sordidiorem. Ammiratus est. et tristis effectus intellexit quod ipsum respiceret hoc genus monstri: tamen cibo sumpto refectus est. Post in diem tertium replicatis vigeri stimulis cepit occupauerant eum cogitationes eius quasi iam presentis et secum posite: secumque accumbentis imago mulieris: quam et complecti sibi videbatur tad turpes vsus habere substractam. Processit tamen et sequentis die absoluta psallendi et orandi officia: sed stabat vagus oculis: et mente captiuus. Cumque solito ingressus ad vesperam requireret cibum: panemquidem inuenit super mensam: sed sordidissimum ac aridissimum. et quasi a muribus vel canibus vndique corrosum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit: et lacrimas fudit: sed nõ ita ex corde: nec ita vberes que possent flammam tanti ignis extinguere. Veruntamen sumit cibum: sed neque qualem consueuerat: neque quantum solebat. Cum interim cogitationes eum tanquam cohors barbarica vndique circumuallant et omni ex parte in eum tela iaculantur ac victum captiuumque eum ad seculum trahunt Exurgens ergo cepit iter agere noctu per heremum: et tendere ad ciuitatem suis vbi dies facta est: ciuitas quidem adhuc longe aberat. Ipse vero cum rapidissimo estu torqueretur et fatigaretur in heremo vndiquaque versus considerare oculis cepit et requirere: sicubi esset in vicino monasterium. Et cum respexisset fratrum quorundam cellulam: tendebat illuc: vt apud eos requiesceret. Quem vbi adesse sensere serui dei: continuo procurrunt in obuiam. et velat angelum dei excipientes adorãt: pedes lauãt ad orationem inuitant: mensam ponunt atque omnia secundum diuinum mandatum complent charitatis officia. Uerum vbi refectus est. et paululum requieuit: ex more quasi ab eruditissimo patre ceperunt verbum edificationis expetere: ac monita salutis inquirere. Interrogauerũt quoque eum quomodo quis diaboli laqueos possit effugere: aut si quando turpes iniecerit animo cogitationes: quomodo depelli possint et abijci. Tum ille vt compulsus est monita fratribus dare: et salutis eos vias docere ac de insidijs demonũ (qua serui dei intendũt facere sermonem: illos quidem plane et sufficienter docuit. sibi vero ipsi stimulos cõpũctionis ĩfixit et ĩ semetipsum regressus ait. Quomõ ego alios moneo: et ipse decipio aut quomodo alios corrigo: qui me ipsum nõ emendo? Age ergo miser facito ipse prior que facere alios doces Cumque huiusmodi increpationibus vteretur aduersus semetipsum: et intellexisset se miserabiliter supplantatum. Uale dicẽs fratribus cõtinuo se cursu rapidissimo in heremum dedit: et ad speluncam de qua discesserat: reddit prosternens se domino in oratione dicens. Nisi dominus adiuuisset me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Et iterum: paulominus fui in omni malo: et paulominus consummauerunt me in terra. In hoc vero completum est quod ait scriptura. Frater fratrem adiuuans exaltabitur: sicut ciuitas munita et fortis. Post hec ergo permansit omni vita sua in luctu et lachrimis vidẽs diuinitus sibi cõcessum celestis mẽse bñficiũ pdidisse cepit enim in labore rursus et sudore vultus sui manducare panẽ suũ. Conclusit autẽ se intra speluncam: atque in cilicio et cinere iacẽs tandiu lugens flensque pmansit in orationibus: donec assistẽs ei angelus domini diceret ad eũ Suscepit dominꝰ penitẽtiam tuã et repropiciatus est tibi: sed caue ne vltra elatus decipiaris. Ueniẽt ad te autẽ fratres quos tuipse docuisti deferẽtes tibi benedictiones: quas suscipere recuses: et sumẽs cum eis cibũ age gratias deo tuo. Hec autẽ locutus sum vobis filioli mei: vt sciretis quãta sit in humilitate firmitas et in elatiõe ruina quod maxima ideo denique et saluator noster primã beatitudinẽ de humilitate docuit dicẽs. Beati pauperes spiritu quoniã ipsorũ est regnũ celorũ simul huiusmodi exẽplo discẽtes. vt cautiores sitis. ne a demonibus in cogitationũ subtilitate seducamini. Propterea enim et forma huiusmodi inter monachos obseruatur: vt si quis ad eos veniat: siue vir ille seu mulier: sit siue senex siue iuuenis: siue ignotus: siue notus: ante omnia vt oratio fiat et nomẽ domini inuocetur. quod si fuerit aliqua transformatio demonis: continuo oratione facta diffugiet. Si vero in cogitatione vestra suggesserint ipsi demones aliquid vnde laudari debeatis et extolli: non acquiescatis eis: sed tunc magis vosmetipsos humilitate in conspectu domini et pro nihilo ducite. cum vobis illi aliquid de sectãda laude suggesserit. Denique etiã me frequẽter demones noctibus seduxerunt: et neque orare me neque requiescere pmiserunt: fantasias quasdam p noctem totam sensibus meis et cogitationibꝰ suggerẽtes. Mane vero velut quadam illusione prosternebãt se ante me dicẽtes. Indulge nobis abba: quia laborẽ tibi incussimus tota nocte. Ego autẽ respõdi ad eos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem et non temptetis seruum domini. Et vos ergo filioli quietẽ silẽtiumque diligite: et scientie operam date: atque exercete vosmetipsos vt frequẽti collatione mẽtẽ vestrã puras exhibeatis deo: ne orationes vestre impediantur apud deũ Quis etenim illi bonũ opus agãt: et sit in illis pbabilis conscientia: quod inter seculares positi exercẽtur in operibus bonis et occupãt semetipsos actibꝰ religiosis et sanctis: vel hospitalitatem sectãdo: vel charitatis ministerijs obsequẽdo: vel misericordias ac visitationes aliaque huiusmodi opera explẽdo: in quibꝰ alijs quidem bonis semper aliquid conferant semetipsos tamen castos seruent. Sunt ergo et isti probabiles: et valde probabiles qui nobis actibus placent deo et sunt operarij inconfusibiles mandatorum dei: sed tamen hec omnia terrenos habent actus: et erga materias corruptibiles geruntur.

Quivero in exercicio mentis desudat:⁊ spiritales
intra semeptipsum excolit sensus.longe illis supe-
rioꝛ iudicandus est. Locum namq̃ intra semet-
ipsum pꝛeparat:vbi spiritussanctus habitet:⁊ ob-
liuionem quodammodo capiens terrenoꝛum: sol
licitudinem gerit de celestibus et eternis. ¶Con-
stituit enim semetipsum semper ante conspectum
dei:et omnes pꝛesentium rerum sollicitudines post
tergum iaciens solo diuini desiderij coloꝛe constrin
gitur:⁊ ideo in laudibus dei positus:et hymnis et
psalmis die ac nocte non poterit satiari. Hec ⁊ mul
ta alia his similia beatus Johannes per triduum
continuo loquens ad nos animas nostras reficit
et innouauit. Ut autem cepimus velle ab eo profi-
cisci datis nobis benedictionibus perg ite inquit
in pace o filioli:hoc tamen scire vos volo ꝙ hodier
na die victoꝛie religiosi pꝛincipis Theodosij alle-
xandrie nunciate sunt de Eugenio tyꝛanno. Ne-
cesse est autem ipsum Theodosium non multo post
pꝛopꝛia moꝛte vitam finire. ¶Cumq̃ profecti ab eo
fuissemus hec ita gesta esse ad fidem comperimus
vt ipse pꝛedixerat. Post dies aũt paucos insecuti
sunt nos quidam fratres annunciantes nobis ꝙ
ipse sanctus. Johannes in pace quieuerit. Obi-
tus autẽ ipsius talis quidẽ fuerat. Per triduum
inquiunt nullus ad se introire permisit:⁊ positis
genib⁹ in oꝛatione reddidit spiritum:atq̃ ita perre
xit ad dominus cui est honoꝛ.gloꝛia laus ⁊ imperiu
in secula seculoꝛum. Amen.

¶Explicit vita Johãnis egyptij.


¶Uita ⁊ gesta sancti Hoꝛ abbatis: cui diuinitus
collata est litterarum scientia.



Vidimus et alium apud The-
baidem venerabilem viru Hoꝛ
nomine:hic multoꝛum erat mo
nasterioꝛũ pater qui habitu ipso
honoꝛis videbatur angelici no-
naginta iam agens etatis an-
nos:ba rba pꝛolixa et claritatis
canicie splend ida vultu et aspe-
ctu ita letus vt plus aliquid habere ꝙ̃ in hominis
natura est visio ipsa videretur. Hic pꝛius in vltima
heremo plurimis abstinentie laboꝛibus exercita-
tus:postremo in vicino vrbis loco monasterium in
stituerat. ¶In adiacentibus autem habitationis
sue locis:diuersis generis arboꝛum siluas ipse per
se plantaria ponendo consueuit.in quibusvt nobis
apluribus sanctis patribus affirmatum est ante
illius aduentum nullum omnino virgultum fuit
Ob hoc autem plantauit hãc siluã vt fratres quos
ibi congregare cupiebat non haberent necessitatẽ
ligni gratia longius euagandi habens curam:⁊ in
his que ministerio coꝛpoꝛis necessaria sunt:sed pꝛe
cipue salutis eoꝛum ac fidei. Ipse tamen cum esset
in heremo herbis pascebatur et radicibus quibus-
dam.et hec ei dulcia videbantur. Aquam vero si
quando inuenisset bibebat:oꝛationibus et hymnis
occupans omne diei tempus ac noctis: Ut autem
ad maturam peruenit etatem apparuit ei angelus
dei in heremo per visum dicens. Eris in gẽtem ma
gnam: et multus tibi populus credetur:et erunt
qui perte saluandi sunt multa milia hominũ. Quan
toscumq̃ autem in hac vita positus conuerteris
ad salutem super tantos pꝛincipatum accipies:in
futuro. et nihil verearis:numꝙ̃ enim aliquid tibi
deerit eoꝛum que ad vsum coꝛpoꝛum requiruntur
quotiens hec popósceris a deo. Hec cum audisset
ad viciniora loca accedit:et pꝛimo solus sub paruo
tugurio quod sibi ipse coꝛstruxerat habitare cepit
oleribus compositis vescens:solis interdum etiam
post continuata ieiunia. Litteras pꝛimo ignoꝛauit
Cum autem de heremo ad hec que supꝛa diximus
viciniora habitaculis loca accessisset data est ei diui
nitus gratia:⁊cum a fratribus oblatus ei fuisset co
dex quasi olim iam sciens litteras legere cepit. ¶Col
lata est ei aduersus demones etiam virtus:ita vt
multi ex his quos vrgebant demones etiam inuiti
ad eum raperentur:pꝛotestantes summo cum cla-
moꝛe de meritis eius. Sed et alias ꝙ̃ plurimas sa-
nitates operabatur. ¶Congregabantur interim ad
eum plurime multitudines monachoꝛũ:inter quos
cu etia nos aduenissemus:visis nobis letissimus
redditur. ¶Cumq̃ salutãs nos oꝛasset moꝛe sibi soli
to pedes hospitum pꝛopꝛijs manibus lauit:⁊ doce
re nos ex scripturis que ad edificationẽ vite ac fidei
pertinent cepit. Erat enim ei docendi gratia a deo
collata. ¶Cum itaq̃ plurima nobis scripturarum ca
pitula sapienter disseruisset:rursus ad oꝛationem
conuertebatur. ¶Consuetudo autem erat ei non pꝛi
us coꝛpoꝛalem cibum sumere ꝙ̃ spiritalem chꝛisti
communionem acciperet: Qua percepta post gra-
tiarumactionem adhoꝛtari nos etiam ad reficien-
dum cepit ipse tamen sedens nobiscum nunꝙ̃ cessa
bat aliquid de studijs spiritalibus commonere.
Narrabat ergo nobis tale aliq̃d scio. Scio inquit
hominem quendam in heremo per tres continuos
annos nullum sumpsisse terrenum cibum:angelus
enim domini tertia quaq̃ die escam deferebat ei ce
celestem. Et hec ei cibus erat ⁊ potus: Et iterum
scio huiusmodi hominẽ ad quẽ venerunt demones
in specie celestis militie ⁊ habitu angeloꝛu:currus
igneos agentes:plurimo apparatu:tanꝙ̃ magnu
aliquem regem deducentes isq̃ qui ceteris vt rex
haberi videbatur dicebat ad eum. Implesti omnia
o homo:superest tibi vt adoꝛes me et transferam
te sicut Heliam. Sed monachus hec audiens dice
bat in coꝛde suo quid est hoc. Quotidie ego salua-
toꝛẽ qui est rex meus adoꝛo. Hic si esset ille quomo
do a me hoc posceret quod indesinẽter me facere
sciret. ¶Et post hec respõdit ad ipsu. Ego ha
beo meũ regẽ quẽ q̃tidie sine intermissione adoꝛo
tu autem non es rex meus. Et continuo inimicus
ad hec verba nuꝙ̃ comparuit. Uerum hec ille qua
si de alio nobis narrans sua gesta sub alterius per

bona memorabat. Patres tamē q̇ aderāt ipi nobis affirmabāt ꝙ ipē esset q̇ hec vidisset ⁊ audisset. Erat em̄ hic magnificus pater q̇ inter cetera bona etiā hoc prestabat aduenie̅tibus fratribus: ⁊ cū ipo habitare vole̅tibus: ꝙ faciebat cōuocari fratres q̇ secum erant: ⁊ in vna die aduenienti fratri cellulam edificabant. Et erat in hoc opere magna alacritas fratrū. Vnoquoq; eorū festinante lateres ꝯuehere aut lutum porrigere aut aquas infundere aut ligna deferre. Vbi vero perfecta fuisset ipse eā omnibus vte̅silibus vel necessarijs instructam tradebat fratri. Hic aliquādo cū falsus quidam frater ad se venisset ⁊ vt videretur nudus vestime̅ta sua occultasset arguit eum corā omnibus. ⁊ in medium q̄ occultauerat protulit: ⁊ ita pertimuere omnes vt deceтero nemo auderet corā ipso fallere. Tāta in eo erat virtus animi: ⁊ tāta diuine gratie magnitudo: quā abstinentie labore ⁊ fidei puritate quesierat. Multitudines autem fratrū cū ipso posite tāta gratia erant repleti: vt cū ad ecclesiam cōuenire̅t. chori eorum vestibus ac me̅tibus resplende̅tes: ad imitationem virtutum celestium in hymnis ⁊ laudibus dei peruigiles viderentur.

¶ De sancto Ammone abbate trium milium monachorum.




Vidimus autē in thebaida etiā alium virū nomine Ammonem patrem trium miliū circiter monachorum qui thebenensi appellabantur in gentis abstine̅tie viri. quib⁹ visus est indui colobijs quasi saccis ligneis: ⁊ pelle confecta a collo post tergū ⁊ latus descendente contegi cuculis etiā caput operiri: maxime cum ad cibum conuentum fuerit: eis etiam velare faciem ne alius alium partius cibum sumentē deprehendat. Est autem eis ⁊ in capie̅do cibo summum silentiū: ita vt nec putetur in eo loco esse aliquis hominum vbi sedent ad me̅sas: ⁊ omnis eorū cōuersatio ita in multitudine posita quasi in solitudine: dum ita latet vniuscuiusq; abstinentia vt ab alio deprehendi non possit. Sedent ergo ad mensam cōtingentes magis q̄ sumentes cibos vt nec defuisse mensis: nec tamen ventri satisfecisse videantur. Maior quippe est continentie virtus his abstinere que in occultis habentur ⁊ non in omnibus.

¶ De sancto Benone angelici ordinis viro ⁊ abbate.



Vidimus et alium senem mansuetudine omnes homines precellentem abbatem Benonē nomine. de quo asserebant fratres qui cum ipso erant ꝙ neq; iuramentum vnq̄ me̅dacium de ore eius processerit neq; vllus hominum iratus viderit eum aliquando. aut sermonem superfluum ociosumq; proferentē: sed erat vita eius in summo silentio: moresq; tranquilli: ⁊ per omnia quasi angelici ordinis vir: humilitas quoq; immensa: ⁊ in omnibus pro nihilo semetipsū ducēs. Deniq; nobis multum rogantib⁹ vt aliquem sermonē ab eo edificationis audiremus vix impetrare voluimus: vt pauca nobis de mansuetudine loqueretur. Hic aliquando cum bestia quedā que hypotamus appellatur sibi regionem proximam vicinam appellatur vastaret. ipse rogat⁹ fuit ab agricolis et immediate venit ad illum locum: ⁊ cum ad immanem beluam peruenisset ait ad eam. Precipio tibi in nomine Jesu christi: ne vltra vastes hanc terram Tunc illa quasi angelo persequēte: effugata nusq̄ oīno comparuit. Simili modo etiam cocodrillum ab eo alio tempore fugatum perhibebant.

¶ De Oxirinco ciuitate vbi nullus manet hereticus.



Venimus autē et ad ciuitatem quandam Thebaidis nomine Oxirincum in qua tanta religionis deprehe̅dimus bona vt ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletam namq; monachis intrinsecus vidimus: et extrinsecus omni ex parte circumdatam et edes publice (si que in ea fuere) et templa superstitionis antique habitationes nunc erant monachorum: ⁊ ꝑ totā ciuitatē multo plura monasteria q̄ domus videbantur. Sunt autē in ipsa vrbe: quia est ampla valde ⁊ populosa duodecim ecclesie: in quibus publicus agitur populi cōuentus: exceptis monasterijs in q̇bus per singula loca orationū dom⁹ sunt q̄ certis tēporib⁹ ad orationē freque̅tātur. Sed nec porte ipse nec turres ciuitatis: aut vllus omnino angulus eius: monachorū habitationibus vacat: quiq; per omnē partē ciuitatis die ac nocte hymnos ac laudes deo referentes vrbem totā quasi vnā dei ecclesiā faciunt. Nullus em̄ ibi inuenitur aut hereticus aut paganus: sed oēs ciues christiani: ⁊ etiā omnes catholici: vt nihil omnino differat: si episcopus in platea orationē aut in ecclesia faciat. Ipsi quoq; magistratus aut principales ciuitatis ⁊ reliqui ciues studiose ꝑ singulas portas statuūt eos qui obseruāt vt sicubi apparuerit peregrinus aut pauper: certatim ad eum currant et qui p̄occupauerit abducit vt que sunt necessaria cōsequantur. De his autē qui erga nos ab ipsis populis gesta sunt: videntibus transire nos per ciuitatem suam: ⁊ velut angelis occurrentibus atq; honorem deferentibus quomodo enarrem? Aut de ipsis monachis et virginibus: quorum innumere multitudines (vt supra diximus) in illa vrbe habe̅tur. Requirentes enim a sancto episcopo loci illius viginti milia virginum: et decem milia monachorū sibi haberi comperimus. Quorum omnium affectus

erga nos et honorem quem exhibebant: vobis exponere nec sermo sufficit: nec verecundia permittit quomodo pallia nostra scinderentur: vnoquoque nos sibi rapiente et ad se adducere cupiente. Vidimus quoque ibi plurimos sanctorum patrum diuersas dei gratias habentes: alios in verbo dei: alios in abstinentia in signis et virtutibus ministrantes.

De sancto Theone qui triginta annis silentij habuit obseruationem.



Vidimus et alium non longe ab vrbe: ad eam partem que mittit ad heremum nomine Theonem virum sanctum intra cellulam suam clausum et solitarium qui perhibebatur triginta annis silentij habuisse continentiam: quique tam multas virtutes faciebat vt pro pheta apud illos haberetur. Conueniebat namque ad eum per dies singulos infirmorum plurima multitudo ad quos ille per fenestram manum proferens: et vniuscuiusque capiti superponens ac benedicens eos sanos ab omni egritudine remittebat. Hic etiam ipso visu tam venerabilis erat: tantamque reuerentiam gerebat in vultu vt inter homines angelus videretur: ita letus oculis: et plenus totius gratie apparebat. Huic cum paruum ante tempus: vt comperimus nocturno latrones superuenissent: aurum se apud eum inuenturos sperantes: oratione sola ita vinxit: vt foribus eius affixi mouere se omnino non possent. Mane vero cum ad eum turbe solito conuenissent et viderent ad ianuas eius latrones: volebant eos igni tradere. At ille rerum necessitate compulsus: vnum eis solum locutus est verbum. Sinite (inquit) istos abire illesos. alioquin gratia a me fugiet sanitatum. Populi autem vt audierunt hec contradicere non audentes dimiserunt eos. Latrones vero videntes quod secum est gestum abiecta scelerum voluntate preteritorum malorum penitentiam gerentes ad monasteria vicina confugiunt: atque ibi emendationis vite formam modumque suscipiunt. Erat autem supradictus vir eruditissimus non solum egyptiorum et grecorum lingua sed etiam et latinorum: vt et ab ipso et alijs qui ei aderant didicimus. Sed et ipse reuelare cupiens et consolari peregrinationis nostre laborem: in tabula scribens ad nos gratiam doctrinamque sui sermonis ostendit. Erat autem ei cibus absque ignis opere. Dicebant autem quod noctibus ad heremum progrediens comitatu vteretur vltimo heremi bestiarum. Ipse vero hauriens aquam de puteo suo et prebens eis pocula: obsequij earum remunerabatur laborem. Huius autem rei manifestum dabatur indicium quod vestigia bubalorum caprarumque et onagrorum circa eius cellulam plurima deprehendebant.

De sancto Apollonio confessore et virtutibus eius



Vidimus et alium sanctum virum nomine Apollonium, apud Thebaidam in finibus Hermopolis ad quam ciuitatem saluatorem cum Maria et ioseph de iudee finibus venisse tradunt secundum prophetias Esaie dic. Ecce dominus sedet sup nubem leuem et veniet in egyptum: et commouebuntur simulachra manufacta egyptiorum a facie eius: et cadent in terram. Vidimus ergo ibi etiam et templum ipsum in quo ingresso saluatore corruisse omnia ydola in terram et comminuta esse memorabant. Vidimus ergo supradictum virum invicino heremo sub monte quodam habentem monasteria. Erat enim pater monachorum circiter quingentorum: et famosissimus in omnibus Thebaide finibus habebatur. Opera enim magna erant ei et virtutes multas: signaque plurima et prodigia faciebat per eum deus. A pueritia namque in abstinentia nutritus est: qui cum ad maturam peruenit etatem gratia dei semper cum ipso creuit. Erat enim annorum fere octoginta cum eum vidimus in monasteriorum congregatione florentem sed et ipsi qui videbantur eius esse discipuli: ita perfecti erant et magnifici vt omnes pene possent signa facere. Quindecim ergo annorum fecessisse eum ad heremum ferebant: atque ibi eum quadraginta annis fuisset in exercitijs spiritalibus conuersatus aiebant vocem dei ad eum delatam dixisse. Apolloni per te perdam sapientiam sapientium in egypto: et intellectum prudentium reprobabo. Perdes autem mihi et eos qui inter ipsos sunt sapientes babylonis: et omnem culturam demoniorum subueres. Perges ergo nunc ad loca habitabilia. generabis enim mihi populum substantiuum et perfectum emulatorem operum bonorum. At ille respondens ait. Aufert a me domine iactantiam: ne forte elatus super fratres meos cadam ab omnibus bonis tuis. Respondit ad eum rursus diuina vox. Mitte manum tuam ad ceruicem tuam: et quod comprehenderis constringe et sub arena obrue. At ille sine mora iniecta manu ad ceruicem suam: apprehendit quasi paruulum quendam ethiopem: et continuo demersit eum sub arena clamantem et dicentem. Ego sum superbie demon. Post hec vox ad eum facta est a deo dicens. Perge nunc: omnia enim quecunque a deo popósceris consequeris. Ille ergo post hec perrexit ad ea loca in quibus homines habitabant. Temporibus autem Juliani tyranni hec fiebat. Fuit autem in locis illis spelunca quedam heremo vicina in qua habitare cepit: indesinenter die ac nocte orationibus vacans: cassque (vt aiebat) per diem centum vicibus totidemque noctis tempore curuans genua consignabat deo. Cibo autem magis celesti quam humano vtebatur. Indumentum eius stupeum colobium erat quod apud illos lebites appellatur: et linteum quo collum et caput obuolueret. Que tamen indumenta permansisse ei ferebant in deserto nunquam veterata Erat ergo invicino heremi loco in virtute spiritus: de

gẽs: signa et sanitates miras efficiens quas enarrare p sui immensitate (sicut ab his qui cũ ipso erant senioribus comperimus) vox nulla sufficiet. Fama autem magnifica de eo peruulgata cum ammiratione omniũ quasi prophetã aliqñ aut apostolus haberi cepisset. vicinis regionibus monachi diuersis ex locis cõueniebãt ad eũ et tanq̃ pro patri magna munera: suas singuli quiq̃ aias offerebant. At ille vnũ quẽq̃ eorum tota religione suscipiens: alios ad bene operandum. alios ad bene intelligendum prouocabat. Sed et ipse prius ea ostendebat exemplis que verbis docere cupiebat. Alijs quidem diebus vnum quemq̃ apud semeptipsum exercere abstinentiam quam posset suggerebat. die vero dominica gratia charitatis secum omnes cibum sumere hortabatur: cum tamen ipse solitis abstinẽtie obseruationibus deseruiret: herbis solummodo aut oleribus vtens nec vsum aut ministerium ignis admittens. ¶ Hic cum audisset iuliani (vt supra diximus) temporibus fratrem quendam ad militiã comprehẽsum detineri in carcere venit ad eum cum fratribus consolandi gratia: vt moneret eum in nesitate tenere cõstãtiam: atq̃ imminentia cõtẽpnere ac deridere pericula. Tempus enim ait certaminis adest: in quo fidelium mentes tentationibus probande sunt et noscende. Cumq̃ hiis et alijs verbis roboraretur animus adolescentis superuenit centurio: et indignatus cur introire ausus esset: clauee extrinsecus carceri impossuit: ipsum quoq̃ et omnes qui cũ eo venerant pariter conclusit quo scilicet etiam ipsi similiter ad militie detinerentur officium. Constituens quoq̃ custodes q̃ plurimos abscessit. Medio autem noctis astare visus est angelus ingenti luce resplendens et obstupefactis perterritisq̃ custodibus: carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes aduoluti ad pedes sanctorum rogabant eos discedere dicentes: melius sibi esse mori pro his q̃ diuine virtutis obsistere: que eorum curam gerebat. Mane vero etiam ipse centurio cum principalibus viris festinus ad carcerem venit: rogans vt discederent omnes qui teneri videbantur. Dicebat enim domum suam terremotu magno concidisse: et electos quosq̃ famulorum suorum perimisse. Sancti vero his auditis hymnum deo laudesq̃ cecinerunt et regessi ad heremum erant in vnum positi: secundum apostolorum exemplum habentes animam vnam et cor vnum. ¶ Pater autem senior docebat eos vt quotidie proficerent in virtutibus. et insidias diaboli: quas per cogitationes inferret hominibus in initijs statim retunderent. Si enim (aiebat) si pstringat capud serpentis omne eius corpus emortuum redditur. Ob hoc enim madat nobis deus obseruare caput serpentis: vt omnino statim ab initio: nec recipiamus malas et sordidas cogitationes in corde nostro. Quãdo ergo magis diffundi non conuenit in sensibus nostris cogitationum fantasias: quas etiam ab initio recipi vetat. Sed et illud monebat. vt in virtutibus animi alter alterum vincat nec patiatur se vnusquisq̃ inferiorẽ proximo suo fieri. Hinc autem dicebat. Sciatis ergo vos ita proficere in virtutibus: si nulla vobis passio fuerit dominata erga mundana desideria. Hoc est initiũ donorum dei. Quod si etiam ad hoc venerit quis vestrum: vt et signa et mirabilia faciat non extollatur pro hoc. neq̃ in cogitatione sua erigatur tanq̃ ceteris prelatus: sed nec hoc ipsum hominibus debet ostendere: q donum gratie huius acceperit. alioquin seducit seipsum: et ipse decipitur et gratiam perdet. ¶ Habebat ergo hanc magnificam verbi dei doctrinam: sicut et nos etiam ipsi ex parte experti sumus Sed et maiorem habebat in operibus gratiam. Omne enim quicquid petisset a deo sine mora consequebatur. Sed et reuelationes ei plurime ostendebantur. Deniq̃ seniori fratrem suum: qui et ipse in heremo defunctus est. cum quo plurimo tempore egerat vitam perfectam: vidit in somnis in sede apostolica residentem: atq̃ vnum ex ipsis hereditatem sibi virtutem et gratiam reliquisse. Cũq̃ etiam pro semetipso oraret: vt velotius eum dominus assumeret: et cum ipso sibi requiem prestaret in celis responsum est ei a domino saluatore parum adhuc ei tẽporis in terris deberi: donec vite et conuersationis eius plurimi emulatores existant: populos nanq̃ ei plurimos credendos esse monachorum: et exercitum quendam piorum: vt per hec dignam pro talibus meritis remunerationem inueniret apud deum. Hec autem vt vidit: ita gesta sunt Conuenerunt enim ex omni loco monachi fama et doctrina eius inuitati: et precipue exemplis eius q̃ plurimi seculo renunciantes: qui conuentum quendam magnificum fecerunt apud eum in supradicto montis loco: communem vitam mense vnius vnanimiter conseruantes. Hos ergo tanq̃ vere celestem quendam et angelicum cernebamus exercitum omnibus virtutibus adornatũ. Nullus sane in eis sordibus vtebatur indumentis: sed splẽdore vestiũ pariter atq̃ animorum nitebant ita vt sm scripturam letaretur heremus sitiens. et multi filij eius viderentur in deserto. Que q̃uis de ecclesia dicta sint tamen in egypti desertis hec etiam hystorica relatione cõpleta sunt. Ubi enim tante per vrbes multitudines veniunt ad salutem: quanta egypti deserta protulerit. Quãti populi habentur in vrbibus: tante pene habẽtur in desertis multitudines monachorum. Unde mihi videtur etiam apostoli dictũ in eis esse cõpletum: q vbi abundauit pctm: ibi abũdauerit gratia. Abũdauit enim aliquãdo immundus ydolorum cultus in egypto sicut nusq̃ gentium. Canes enim et symias atq̃ alia portenta olim venerati sunt. Alia quoq̃ et cepas et nõnulla olerum genera deos credebãt: sicut ab ipo patre Apollonio tradẽte didicimus cũm enim nobis prisce eorum supstitionis hoc modo exposuit. Bouẽ quidẽ deũ crediderunt aliquã do egyptij: pro eo q per ipsum rura excolentes victum cibũq̃ capiebant. Sed et aquam nulli colebãt: pro eo q vniuersas rigabat egypti re

giones. Colebant quoqꝫ ⁊ terram: vtpote vberiorem ceteris terris. Canes etiam vt supra diximus et simpas ac diuersa herbarum genera atqꝫ olerū colebant: pro eo ꝙ occasionem sibi salutis per hec venisse opinabant̄ tēporibus Pharaonis. Circa hec enim singula occupatio eis exorta videbatur: cum ille patres nostros persequens submersus est: et vnusquisqꝫ id per quod occupari visus est ne Pharaonem sequeretur: hoc sibi reputauit deum dicens: quia hoc mihi deus fuit hodie vt non sequerer Pharaonem et simul cum ipso demergerer.

¶ Hec ergo erant verba sancti Apollonij que nobiscum loquebatur. ¶ Sed multomagis illa scire oportet que in operibus ⁊ virtutibus habuit. Erāt aliqñ in circuitu sancti apollonij positi decem circiter gentilium vici: apud quos demoniaca superstitio summo studio colebatur. Templum enim erat ibi amplissimum atqꝫ in eo simulachrum: quod moris erat circūferri a sacerdotibus bacchantium ritu cum reliqua multitudine circūeuntibus ⁊ quasi pro aliquis pluuialibus prophana mysteria peragentibus. Contigit autem sub eo tempore quo huiusmodi ab eis orgia gerebant̄ iter agere beatū Apollonium per ipsa loca cum aliquātis fratribus. Et cū vidisset infelicium turbas quasi demone quodā agi bacharíqꝫ ꝑ campos miseratusqꝫ errorem eorū fixis genibus inuocauit dominum ⁊ saluatorem nostrum: ⁊ omnes eos qui cerimonijs demoniacis agebantur cum simulachro suo stare fecit immobiles nec progredi omnino vsqꝫ posse. Atqꝫ ita per totam die rapidissimis adusti estibus permāserūt ignorantes vnde eis herere vno in loco immobiliter cōtigisset. Tunc sacerdotes eorum dicebant quēdam christianum in regiōibus vicine heremi cōmanentem Apollonium nomine et ipsius esse hec opera: qui nisi esset exoratus eis periculum permansurum. Ut autem ad rei tante miraculum conuenerunt vndiqꝫ qui audierant et percunctantes que tanti causa extiterit monstri ignorare se penitus fatebantur: suspitionem tamen dari sibi dicūt supradicti viri quem ⁊ exorari pro se deposcunt. Tūc quidam ex ipsis vere eos opinari aiūt: nam et vidisse cum illo itinere pretereuntem confirmant et tamē adhibere que putabant ꝓdesse auxilia non morantur. Adducunt boues quorū virtute videretur posse moueri simulachrum. Sed cū nec sic quidem aliquid profecissent omni auxilio frustrati legatos ad hominem dei mittunt pollicentes vt si eos resoluat ab his vinculis pariter quoqꝫ erroris in eis vincula dissoluere. Hec vbi nunciata sunt ei sine mora descendit ad eos ⁊ oratione sola deum fusa omnes resoluit. At illi sine dilatione vnanimiter omnes cōfugiunt ad eum saluatori deo nostro credentes et gratias referentes. Simulachrum vero quod erat ligneum continuo igni tradunt. ipsi autem secuti hominem dei atqꝫ edocti ab eo fidem christi ecclesie dei sociatis sunt. Plurimi vero ex ipsis cū ipso manseruut ⁊ etiam nunc in monasterijs degunt. Facti tamen huius mirabilis fama vbiqꝫ diffusa est. ⁊ multi pro hoc ad fidem domini conuertebantur ita vt in omnibꝰ illis regionibꝰ nullus iam pene gentilium remaneret.

¶ Post aliquantum temporis certamen erat de finibus iter duos vicos. hoc cum nunciatum esset sancto Apollonio festinās ad eos pacis gratia. Sed illi furore contentionis incensi nullo genere ad pacis conciliū flectebantur. maxime ꝙ vnius partis populus plurimum fiducie in viribus cuiusdam latronis gerebat qui ipsius certaminis signifert videbat̄. Hunc cum videret Apollonius paci resistentem dicit ad eū. Si mihi o amice acquiescere volueris ad pacem rogabo deum meum ⁊ remittet tibi peccata tua. At ille cum audisset nihil omnino distulit sed genibus eius prouolutus supplicabat ei. Tunc deinde conuersus ad turbas que eum secute fuerant fecit omnes cum pace discedere. Quibus secedentibus ipse permansit cum homine dei expectans ab eo promissum. Tunc vero Apollonius assumens eum ⁊ cum ipso iter agēs ad monasterium docebat eum mutare debere ordinē vite et patienter a deo querere misericordiam ⁊ ꝑmissionem eius ex fide expectare. omnia enim possibilia dicebat esse credenti. Cumqꝫ noctis tempore simul i monasterio requieuissent per visum ambo vident se esse in celis: ⁊ assistere ante tribunal xp̄i. Vidēt etiam angelos dei ⁊ sanctos quosqꝫ adorantes dominum. Et cum hec videntes etiam ipsi adorassent deum. vox domini ad eos defertur dicens. Licet nulla sit cōmunio luci ⁊ tenebris: nec sit aliqua portio fideli cum in fideli. tamen donatur tibi salus istius pro quo supplicasti Apolloni. Sed et alia multa cū audissent in celesti visione positi que neqꝫ sermo enarrare sufficit neqꝫ auris audire surrexerunt a somno et que viderant fratribus indicarūt. Ammiratio autem ingens esse cepit. Cū vnū atqꝫ idē somnium vterqꝫ narraret. Permansit autem cū fratribus latro ille iam sanctus vitam suā moresqꝫ ad omnem innocentiā pietatemqꝫ cōmutans tanqꝫ in agnum versus ex lupo vt in eo plenissime compleri videretur prophetia Esaie dicētis Lupi cū agnis pascentur: ⁊ leo ⁊ bos simul paleis vescentur. Vidimus ibi quosdā etiā gentis ethyopum viros cū monachis viuentes: et multos ex ceteris monachis in obseruantia religionis ⁊ virtutibꝰ animi precellentes vt ⁊ in ipsis compleri videretur scriptura que dicit. Ethyopia preueniet manus eiꝰ deo. Adhuc autē in gestis sancti Apollonij ferebat̄ h̄. Lis qdā tēpore dicebat̄ exorta iter duos vicos quorū vnꝰ christianorū aliꝰ gētiliū fuit. Procedunt ex vtraqꝫ parte armatorū turbe plurime: accidit autē vt vir sanctus Apollonius superueniret. Cūqꝫ eos hortaret̄ ad pacē quidam eorum q̄ inter gētiles q̄si caput ⁊ cā belli illiꝰ stabat homo truculētus ⁊ ferus. obsistebat ei vehemēter dicens nō se ꝑmittere fieri pacē vsqꝫ ad mortē suam. Tunc ille fiat (inquit) vt optas. Nullus enim alius preter te perimetur: sed et mortuo congruum honori tuo

tibi sepulchrum fiet: non terra sed bestiarum ac volucrum ventres. Et continuo sermo eius efficitur veritas. Nullus enim alius ex vtraq parte nisi solus ipse cecidit. Quem cum sub arena obruissent mane ingressi inuenerunt corpus illius a bestijs effossum laniatumq: atq a volucribus deuoratum. Cumq omnes ammiratione habuissent q sermo hominis dei ita fuisset impletus conuersi sunt omnes ad fidem saluatoris domini et Apollonium prophetam predicabant.

¶ Sed et hoc vos non effugiat quod ab eo primis adhuc diebus (quibus in spelunca habitare cum paucis fratribus ceperat) factum vidicimus. Dies sanctus aderat pasche: et cum solemnitas vigiliarum sacramentorumq intra speluncam fuisset expleta. atq ex his que fuerant apud eos refectio pararetur. Erant autem eis pauci tantummodo et sicci panes: atq olera ex his que sale aspersa reponi apud eos solent est. Tunc Apollonius fratres qui secum erant alloqui ita cepit. Si est in nobis fides et vere fideles sumus famuli christi: petat vnusquisq nostrum a deo si quid quis quasi in die festo sumere libenter habet. At illi ipsi potius (qui eos etate et meritis precelleret) hec a deo poscenda permittunt semetipsos inferiores huius gratia iudicantes. Tunc ille cum omni alacritate orationem fudit ad deum. Qua expleta cum omnes respondissent amen. Ecce repente ante fores spelunce astare vident homines quosdam sibi penitus ignotos. quiq tam multas copias rerum omnium que ad visus ditatat ciborum pertinent detulerunt: vt neq tam multa neq tam diuersa facile quisq viderit in quibus erant quedam que omnino in egypti regionibus nusq visa sunt. videlicet pomorum genera: et magnitudo incredibilis vne: nuces: ficus mala quoq punica: et ante tempus omnia faui atq mellis et lactis copia et panes calidi et mundissimi: qui tamen peregrine esse viderentur prouincie. Uiri vero qui hec detulerant statim vt ea monachis tradiderunt quasi festinanter ad eum a quo missi fuerant redire cupientes mox discedunt. Tunc ipsi monachi gratias domino referentes ex his que sibi fuerant delatavesci ceperunt. Quorum copia tanta fuit vt vsq ad diem penthecostem quotidie ministrata sufficerent: erit q hec sibi a deo solennitatis gratia missa sunt.

¶ Comperimus etiam hec. q quidam ex fratribus cui deerat humilitatis et mansuetudinis gratia. poposcit ab eo vt peteret a domino vt sibi donaretur hoc munus: orante illo tanta in eum gratia mansuetudinis et humilitatis aduenit vt omnes fratres stuperent de tranquillitate animi eius et modestia in quo prius nihil horum videant.


¶ Orta est aliquando fame apud thebaidam. Scientes autem habitatores terre illius q monachi qui cum Apollonio domino seruiebant frequenter etiam sine cibo per domini gratiam pascebantur: omnes simul cum vxoribus et filijs pergunt ad eum cibum simul benedictionemq poscentes. At ille nihil dubitans proferre cepit ex his que ad vsum fratrum reposita erant et dare singulis copiose. Cum vero tres sole panum sporte remansissent: fames autem populum vehementer vrgeret iubet in medium portare sportas que sole super fuerant vnius diei victum monachis prebiture et in auditu totius populi: qui famis necessitate confluxerat: eleuatis ad deum oculis manibusq ait. nunquid non valet manus domini multiplicare hec? Sic dicit spiritus sanctus. Non deficiet panis in sportis his: donec satiemur omnes de frugibus nouis. Etiam et plurimi ex his qui tunc presentes fuerant: confirmabant quattuor continuis mensibus: nec cessatum est vnq erogari panis ex sportis: neq deesse potuit aliquando. Similiter autem et alio tempore fecisse eum de frumenti et olei specie perhibebant. Quibus virtutibus motus diabolus dixisse ad eum fertur. Nunquid Helias es tu aut alius aliquis prophetarum vel apostolorum: q hoc facere ausus es? At ille respondit ei. Quid enim? nonne et prophete et apostoli homines erant qui nobis et fidem suam et gratiam tradiderunt? Aut tunc deus presens erat nunc vero absens est. Absit Deus omnia potest. et que potest: semper potest. Si ergo deus bonus est: tu quare malus es? Hec vt supra iam diximus a senioribus viris religiosis et sanctis per eum gesta esse: fideli narratione comperimus. Et quamuis eorum fidelis sit habenda relatio: maiorem tamen fidem rerum prestitit etiam hoc quod nosipsi oculis nostris inspeximus. Plenas enim sportas panibus deferri vidimus et vacuas mensas et cum replerentur panibus mense atq ad omnem facietatem consumerentur: plene nihilominus recolligebantur.

¶ Aliud quoq quod apud eum mirum vidimus non silebo. Tres eramus nos fratres: qui ad sanctum Apollonium venimus: et ecce longe adhuc nobis positis ab eius monasterio: occurrerunt fratres: qui ab ipso ante triduum audierant de aduentu nostro: occurrerunt autem nobis cum psalmis Hoc enim moris est eis facere in aduentu omnium monachorum. Et adorantes in facies suas vsq ad terram: osculabantur nos atq ostendentes nos sibi inuicem dicebant. Isti sunt fratres de quorum aduentu ante triduum nobis pater Apollonius predixerat dicens. Posttriduum affuturos tres fratres de Hierosolymis venientes. Alij vero ex fratribus precedebant nos: alij sequebantur: vtraq tamen turba psallebat. Ubi autem appropinquare cepimus: audita voce psalmi etiam ipse sanctus procedit in occursum. Et vt vidit nos statim prior adorauit vsq ad terram: et surgens osculos nos suscepit. Ubi autem ingressi sumus monasterium oratione prius (vt moris est) data. pedes nostros proprijs manibus lauit: et cetera que ad requiem corporis pertinent adimpleuit. Hec autem ita facere ei mos erat omnibus aduentantibus. Illud quoq moris erat apud eum: vt fratres qui cum ipso erant: non prius cibum sumerent: q communionem dominicam perciperent: circa horam diei nonam; et post hoc interdum sic vsq ad vesperam

permanebant dum verbum dei audientes de man-
datis domini adimplendis sine intermissione do-
cebantur. Post hec iam cibo sumpto alij ipsorum
ad heremum secedebant per totam noctem scri-
pturas diuinas memoria recolentes: alij in eodem
loco ad quem conuenerant permanebant: ⁊ vsq ad
lucem in hymnis ⁊ laudib' dei peruigiles durabāt
sicut ⁊ ego ipse presens vidi. Aliquanti vero ex ip-
sis circa horam nonam cum descēdissent de monte
percepta dei gratia statim descendebant: solo hoc
spirituali cibo contenti: ⁊ hoc faciebāt perplurimos
dies. Supra montē autē leticia ⁊ gaudium inerat
eis: ⁊ tanta exultatio: quanta haberi ab vllo homi-
num non possit in terris. Nullus in eis tristis om-
nino inueniebatur: sed ⁊ si aliquis visus fuisset ali-
quantulum mestior: statim pater Apollonius cau-
sam mestitie perquirebat. Frequēter autem etiam
si aliquis occultare voluisset: ipse enunciabat quid
lateret in corde: ita vt is qui paciebat agnosceret.
Monebat ergo eos dicens: non oportere prorsus
inesse tristiciam his. quibus salus in deo est ⁊ spes
in regno celorum. Tristentur aiebat gentiles: ⁊ lu-
geant iudei: plāgant sine cessatiōe peccatores: iusti
vero letentur. Nam si illi qui terrena diligunt: sup
fragilibus ⁊ caducis rebus letātur nos qui tante
glorie spem: ⁊ eternitatis habemus expectationem
cur non omni exultatione letemur. Demū aposto-
lus nos ita monet dicens. Semper gaudete: sine in-
termissione orate: in omnibus gratias agite. Sed
quis possit doctrine eius ⁊ verborum gratiam suf-
ficienter exprimere. vnde silere de his melius cēseo
ꝙ parum indigne proloqui. ¶ Multa enim nobis
etiā secretius de ratione abstinentie ⁊ conuersatio-
nis integritate. multa etiam de hospitalitatis stu-
dio disserebat: ⁊ precipiebat attentius vt aduentā
tes fratres quasi domini susciperent' aduētum. Nā
et adorari fratres aduenientes propterea (inquit)
traditio nostra habet: vt certus sit in aduentu eorū
aduētum christi haberi. Sic enī ⁊ Abraam suscepit
eos: qui homines quidē videbatur dominū' autem
in eis intelligebat. Iterdum etiam contra volunta
tē cogere debem' ad corporalem requiem fratres:
sicut sancti loth exēpla nos edocent: qui angelos vi
compulsos: ad domus sue adduxit hospitium. Sz
et hoc monebat: vt si fieri possit: quotidie monachi
communicarēt mysterijs christi: ne forte qui se lon-
ge facit ab his longe fiat a deo: qui autem freque-
tius hec suscipit: frequentius ipsum videatur susci-
pere saluatorem: quia ⁊ ita ipse saluator dicit. Qui
manducat carnem meam ⁊ bibit sanguinem meum
in me manet ⁊ ego in eo. Sed ⁊ ipsa commemora-
tio dominice passionis cum assidue fit a monachis
plurimum vtilitatis eis confert ad exemplum pa-
tientie. Sed ⁊ commonitio datur per hec. vt stude-
at vnusquisq ita semper paratus inueniri ne indi-
gnus dominicis mysterijs habeatur. Addebat au-
tem his ꝙ etiam remissio peccatorum per hec cre-
dentib' detur. ¶ Ieiunia sane legitima idest quar
tam et sextam feriam monebat non esse soluenda
nisi grandis aliqua necessitas fieret: quia quarta fe
ria iudas de traditione domini cogitauerat: et sex-
ta feria crucifixus fit saluator. Videbitur ergo qui
in his diebus sine aliqua necessitate soluit statuta
ieiunia: vel cum tradente tradere saluatorem vel
cum crucifigentibus crucifigere. Dicebat ergo: vt
si forte in diebus predictis superueniret aliquis
fratrum siquidem ante horam nonam laboris cau-
sa se velit reficere: ponendam ei esse mensam soli
quod si nolit non esse cogēdum. communis namq
huius obseruantie traditio est. Culpabat sane eos
valde qui vel comam capitis nutriunt: vel ferrum
in collo circunferunt: vel aliquid tale (quod ad ostē
sionem hominum fieri videatur) gerunt. Certum
est enim inquit: ꝙ isti ab hominibus laudem que-
rant: et ostentationis causa hec faciant. cum man-
datum sit etiam ieiunia ipsa in occulto esse celebrā-
da: vt deo soli sint cognita: qui videt quod in oc-
culto fit: et reddet palam. Sed vt videtur isti non
sunt contenti eius testimonio ⁊ remuneratione: qui
videt in oculto: sed manifestari apud homines se
volunt. Omnis ergo abstinentie ratio in occulto
habenda est: vt ⁊ corpus ieiunijs fatigetur ⁊ tamen
non apud homines iactātia. sed apud deum retri-
butio queratur. Hec ⁊ multa alia nobis de conuer-
satione monachorum per totam differens septima
nam dierum: ⁊ fidē doctrine gestorū suorum autori-
tate confirmans: vbi proficisci cepimus. producens
nos aliquātulū monebat dicens. Ante omnia pacē
habetote inter vos: ⁊ nolite abinuicē separari. Tūc
conuersus ad frēs qui simul cum eo producentes
nos aderant. Quis (inquit) vestrū frēs promptus
est deducere eos vsq ad vicina patrum monasteria
Et cum pene omnes promptissime semetipsos ob
tulissent: ⁊ pgredi nobiscum vellet: ipse sanctus pa
ter Apolonius elegit ex omnibus tres: qui ⁊ grecā
linguam et egyptiam bene nossent: vt sicubi necessa-
rium fuisset interpretarētur nobis: qui ⁊ in collocu
tionibus suis edificare nos possent. Mittēs ergo
eos nobiscum pcepit: ne prius a nobis discederēt:
ꝙ oēs patres atq omnia que velimus monesteria
videremus: quis oēs circuire nemo sufficiat. Bndi
cēs ergo nos dimisit: atq in hec verba bndictionē
dedit. Bndicat vos dominus ex syon: ⁊ videatis q̄
bona sunt hierusalē: omnibus diebus vite vestre.

¶ Finit vita beati Apollini.

¶ De sancto Ammone abbate qui ora
conē interficit ⁊ latrones conuertit.


Ue audiuimus de Ammone quo-
dam sancto viro: cuius etiam locum
in quo habitauerat vidimus in de-
serto: omittenda non credidi. Igi-
tur cum ad locum eius peruenisse-
mus: et progrederemur ad partem deserti con-

r a meridiem vidimus per harenam vestigia tractus draconis ingentis: cuius tanta magnitudo apparebat: quasi trabes aliqua per harenam ducta videretur. Quod vt vidimus timore ingenti perculsi sumus. Fratres autem qui nos deducebant hortabantur nos nihil omnino formidare: sed magis fiduciam capere: et per vestigium sequi draconem. Videbitis enim inquiunt quantum valet fides: cum a nobis eum videritis extingui. Multos enim et dracones et angues et cornutas manibus nostris peremimus: sic enim scriptum legimus: quia credentibus in se concedit saluator calcare super serpentes et scorpiones: et super omnem virtutem inimici. Sed illis hec dicentibus nos pre infidelitatis fragilitate magis magisque metuebamus: et rogabamus eos: ne velint sequi draconis vestigia. sed potius vt recto itinere pergeremus. Unus tamen ex ipsis alacritate impatiens insecutus est draconem. Et cum non longe inuenisset eius speluncam clamabat ad nos vt iremus ad eum. et videremus exitum rei. Quidam tamen ex fratribus occurrens nobis: qui in vicino habebat monasterium: prohibuit nos ire Dicens ingentis esse magnitudinis bestiam nec posse nos ipsum saltem visum eius aspectumque tolerare precipue qui nihil tale in visu habuerimus videndi. Semetipsum vero fatebatur frequenter vidisse ipsam bestiam: cuius vastitas quidem incredibilis: longitudo vero distendebatur in quindecim cubitis. Cumque nos ad locum dehortatus esset accedere ipse properans fratrem: qui illic nos hortabatur paratus ad perimendam bestiam abstraxit: secumque reuocauit: et nolentem discedere nisi extingueret eam multa prece eum deflexit. Qui cum venisset ad nos: ignauiam nostram infidelitatemque redarguit. ¶ Peruenientes autem nos ad cellulam fratris illius qui nos rogauerat. cum omni gratia ab eo suscepti: requieuimus. Ille ergo narrabat nobis: quod in illo loco vbi ipse commanebat fuisset quidam vir sanctus cuius ipse esset discipulus. Ammon nomine per quem plurimas virtutes fecerat dominus. Inter cetera igitur etiam hoc de eo narrabat. Frequenter (inquit) veniebant ad eum latrones: panem quo solo vescebatur auferentes ei: et si quid erat quod ad victum suum continentissimum repositum videbatur. Cumque frequenter ab his molestiam pateretur quadam die processit ad heremum et inde rediens duos dracones ingentes secum comitari iussit. Atque ad ostium monasterii sui manere eis precepit: ingressumque seruare. Veniunt et sex more latrones: vident qui essent custodes: in limine. Et vt viderunt dracones exanimes et amentes effecti obmutuerunt statim et ceciderunt. Quod vbi senior sensit: egressus inuenit eos semineces: et accedens atque erigens eos increpabat dicens. Cernitis quantum vos digniores estis bestijs? Ille enim nobis propter deum obediunt vos autem nec deum timetis: nec vitam seruorum dei inquietare erubescitis. Uerum tamen introducens eos in monasterium posuit eis mensam et iubet vt perciperent cibum. Illi vero corde compuncti: et ab omni mentis sue immanitate mox conuersi: multis seruis dei (qui ante hos seruire deo ceperunt) deuoti meliores fiunt. In tantum enim per penitentiam profecerunt vt post non multum temporis. etiam ipsi eadem facerent signa: easdemque virtutes ¶ Alio preterea tempore immanissimo quodam dracone vicinas vastante regiones: et plurimos perimente venerunt habitatores loci illius ad supradictum patrem rogantes eum. vt in regionibus suis perimeret bestiam simul etiam vt ad misericordiam flecterent senem puerum quendam pastoris filium secum deferunt: qui solo visu draconis exterritus mente exciderat: et a flatu solo bestie exanimis portabatur ac turgens. Tunc ille puerum quidem perungens oleo restituit sanum. Semetipsum vero ad necem draconis instigans: illis interim quasi qui nihil eos posset iuuare: promittere nihil voluit. Mature autem surgens abijt ad digressus bestie: et figens genua sua in terram deprecatus est deum Tunc bestia cum ingenti impetu venire super eum cepit teterrimis flatibus ac sibilis: stridoribusque premissis. At ille nihil horum metuens conuersus ad draconem dicit Perimat te christus filius dei: qui peremptururus est cetum magnum. Et vbi hec senior dixit statim dirissimus draco simul cum spiritu euomens: venenum: disruptus crepuit medius. Cus autem conuenissent finitimi habitatores et facti draconis miraculo obstupescerent: fetoris vehementiam non ferentes congregauerunt super eum barene moles immensas astante tamen ibidem patre Ammone. quia nec sic quidem cum mortua fuisset bestia: sine illo appropinquare ei audebant.

¶ De sancto coprete presbytero. et heremita.



Rat quidam pater in ipsa heremo habens monasterium Copres nomine vir sanctus annorum circiter octoginta: et ipse multas virtutes faciens. languores curans et efficiens sanitates: sed et demones fugans et multa mirabilia faciens. Ex quibus nonnulla etiam in nostri presentia effecit. Is ergo cum vidisset nos. et osculo salutasset: atque ex more post orationem etiam pedes lauisset: requirebat a nobis que gererentur in seculo. Nos autem rogabamus eum: vt ipse magis nobis de suis gestis aliqua narraret. ex quibus actibus quibusue meritis dominus ei tantam gratiam contulisset: exponeret. At ille nihil dedignatus est: et sue vite: et priorum suorum narrare nobis ordinem cepit: quos tamen longe illustriores fuisse perhibebat seque ipsorum parua vix exempla sectari. Dicebat ergo. nihil magni est o filioli: quod in nobis videtis ad comparationem sanctorum patrum. ¶ Erat enim quidam ante nos vir nobilissimus pater noie mutius. Hic fuit primus in hoc loco monachus et in omni hac heremo viam salutis omni

bus nobis primo ostendit. Hic autē primo gentilis fuit latronum maximus: ⁊ sepulchrorum violator: atqʒ in omnibus flagitijs opinatissimus. ad quem tali ex modo occasio salutis aduenit. Nocte quadam ad domum cuiusdam virginis deo consecrate expoliandi gratia perrexit cumqʒ machinis quibusdam: que huiusmodi artificibus note sunt domus eius tecta conscendisset. querens quali arte vel quo aditu ad penetralia eius irrūperet difficultate ꝑpetrandi operis innixus: plurimum noctis tempus in tectis positus sine vllo transegit effectu. Post multos vero animi conatus frustra adhibitos veluti fessus somno opprimitur: ⁊ per visum assistere sibi videt quendā religiosum habitu fulgentem et dicentem. Desine iam ab his flagitijs: ⁊ ab effusione humani sanguinis cessa: atqʒ ab execrabilibus furtis: ad laborem religiosum conuertere vigilatū: ⁊ suscipere celestem angelicamqʒ militiam: atqʒ ex hoc iaʒ animi virtutibus viue: ⁊ ego te huius militie ducem atqʒ principem faciam. At ille cum gratanter que sibi offerebantur: audisset: ostenditur ei exercitus monachorum: ⁊ principatum tenere super eos iubetur. In his euigilans astantem vidit sibi virginem ⁊ requirentem: quis aut vnde. vel cur illic adesset. At ille quasi amens effect⁹ nihil ei respondit: sed tantum vt ecclesiā sibi ostēderet: rogat. Illa vero cum intellexisset esse in re aliquid operis diuini: hominē perducit ad ecclesiam: ac presbyteris offert. Ad quorum ille vestigia proruens. orabat christianum se fieri: ⁊ locum sibi penitentie dari. Presbyteri vero: qui cognouerant virum hunc omnium esse scelerum auctorem mirantur si hec vera loqueretur. Et cum perseuerantia sui fidem rei fecisset: monent eum vt si hec vellet illa penitus omitteret. Dehinc cum religionis initia suscepisset orat sibi precepta dari quibus viam salutis deberet incedere. At illi tres ei primi psalmi versiculos tradunt. Quibus ille diligenter consideratis sufficere sibi autem ea ad viam salutis ⁊ scientiam pietatis Tribusqʒ diebus permanens apud eos ad heremum proficiscitur: vbi plurimo tempore demoratus: ⁊ die ac nocte in oratione cum lachrymis perdurans. cibum ex radicibus accipiebat herbarum. ¶ Regressus autem ad ecclesiaʒ tres versiculos psalmi quos a presbyteris perceperat non solum verbis sed et rebus atqʒ operibus reddidit. Presbyteri vero mirabantur ꝙ subito cōuersus acerrimam statim inierit abstinentiam ⁊ instruentes eum plenius ex diuinis scripturis hortabantur secum demorari. At ille ne videretur esse inobediens vnam apud eos exigens septimanam: rursus pergit ad heremum: atqʒ ibi continuo per septē annos in omni abstinentia degens: plenitudinem gratie consequitur a deo. ita vt pene omnes scripturas memoriter teneret. Panem vero dominica tantum die sumebat: et hunc diuinitus delatum. Nam cum oraret surgens ab oratione inueniebat panem positum: quē nemo hominū detulerat. Hūc vbi cum gratiarum actione sumpsisset: sufficiebat ei vsqʒ ad alteram dominicam diem. Post multum vero temporis: iterum regressus ex deserto: exemplo abstinentie sue ꝙ͂ plurimus ad imitationem sui inuitauit: inter quos accessit ad eum adolescens quidam cupiens eius esse discipulus. Cui ille cum habitum monachorum hoc est leuitinam ⁊ cucullam ac melotem que est caprina pellis: imposuisset docere eum de ceteris monachorum institutionib⁹ cepit. Multa sane cum sollicitudine curabat sicubi christianoruʒ quis fuisset defunctus: vt sepeliret eū. Quem cum vidisset adolescens ille discipulus suus summa cum diligentia mortuis indumenta aptantem dicit ad eum. Pater vellem vt ⁊ me mortuuʒ ita indueres ac sepellires. At ille ait. Ita inquit faciam ⁊ tam copiose te induam donec dicas sufficit. Post non multum vero temporis: defunctus est adolescens. et predictus sermo completur. Cum enim plurima ei circumdedisset indumenta. ait ad eum coram omnibus Sufficiunt tibi hec ad sepulturam filiole: an adhuc vis vt aliquid addamus. Tunc defunctus vocem cunctis audientibus emisit. obuelata iam facie vultuqʒ constricto ⁊ dixit. Sufficit pater: implesti quod promiseras. Obstupuerunt autem qui per presentes aderant: ⁊ ammarati sunt valde: super tam mirabili facto eius. At ille sepulto adolescente continuo ad heremum reddijt: summo studio iactantiam declinans. ¶ Quodam auteʒ tēpore iterum de heremo venit ad visitandos fratres quos ipse instituerat. ⁊ cum quidam ex eis in extremis diem ageret reuelatum est ei a domino ꝙ esset moriturus. Hora autem iam erat aduesperam declinans. Festinabat ergo: vt eum videre posset. Vicus autem vbi decumbebat eger longo adhuc aberat spacio: ⁊ nolens noctu introire vicum: simul ⁊ saluatoris sermonē intra semetipsum meditans: quo dixit. Ambulate dum lucem habetis vobis: et qui ambulat in luce non offendit. Cum videret iam solem demergi: ait ad eum. In nomine domini nostri iesu christi sta paulisper in itinere tuo: ⁊ expecta me donec ad vicum perueniam At ille cum aliqua iam mergi cepisset ex parte restitit. nec prius accubuit ꝙ͂ homo dei perueniret ad vicum. Hoc autem manifestum factum est hominibus illis qui in eodeʒ vico habitabant. Stantes enim ⁊ intuentes moras solis in occasum mirabantur omnes quid sibi vellet hoc ꝙ tot horis in occasum suum non descenderat sol. Videntes auteʒ patreʒ. Mutiunt: de heremo venientem: querebant ab eo quid hoc esset signi quod ostenderat sol. At ille respondit eis. Non meministis vocem domini ⁊ saluatoris nostri dicentem. Si habueritis fidem sicut granum sinapis maiora horum signa facietis. Cum autem intellexissent ad ei⁹ fidem solem stetisse: timore magno exterriti sunt plurimiqʒ ex eis iunxerunt se ei discipulos: ⁊ sequi eum ceperunt. Cum autem ingressus fuisset domū illius fratris pro quo festinauerat: ⁊ inuenisset eum iam defunctum: oratione facta accedens ad lectum osculatus est euʒ: ⁊ ait Quid magis desiderij habe

frater abire ⁊ esse cum christo an permanere in car-
ne. Tunc ille recuperato spiritu paululum residẽs:
ait ad eũ. Quid me reuocas pater. Melius est mi
hi redire ⁊ esse cum christo: permanere autem in car
ne mihi necessarium non est. Cui pater Mutius.
Dormi ergo inquit in pace fili: ⁊ ora pro me. At il-
le cõtinuo reclinans se in lecto dormiuit. Ubi autẽ
qui aderant obstupuerunt: dicentes. Uere dei ho-
mo est hic. Tunc ille induit adolescentem vt sibi mo
ris erat satis decore: ⁊ totam noctem in psalmis
hymnisq̃ peruigilem ducens: honeste iuuenem tra
didit sepulture. ¶ Alium autem fratrem cum visi-
tasset decũbẽtem vbi vidit eum quietẽ mortis diffi
culter accipere ⁊ grauiter conscientie sue metu re-
dargui ait ad eum. Cur imparatus es fili ad profe
ctionem tuam? Accusatrix vt video: ignauie tue te-
cum pergit conscientia. Tunc ille exorabat eum di-
cens. Obsecro te intercede pro me ad deũ: vt mihi
parui temporis spacium largiatur quo possim emẽ
dare vitam meam. At ille nũc inquit spacium peni-
tentie requiris vbi vite tempus implesti? Quid fa-
ciebas in omni hoc vite tue tempore. Non potuisti
vulnera tua curare. Quinimmo ⁊ recentiora semp̃
addebas. At ille cũ permaneret exorans ait ad eũ
senex. Si vltra nõ addes malis tuis mala: orabim⁹
pro te deum. Bonus est enĩ ⁊ patiens ⁊ indulget
tibi parũ aliquid tẽporis vite: vt omnia debita tua
reddas. Et cum post hec orasset deum surgens ab
oratione: ait ad eum. Ecce tres annos tibi domin⁹
concessit in hac vita tantum: vt ex animo ad penitẽ
tiam conuertaris. Et apprehensa manu eius: eleua
uit eum de lectulo. At ille surgens sine aliqua dila-
tione secutus est eum ad desertum. Et vbi comple-
ti sunt tres anni: reuocabat eum ad locum: vnde eũ
assumpserat iam non quasi hominem sed quasi an-
gelum ex homine deo consignans: ita vt omnes mi
rarentur de conuersatione eius. Cũq̃ cõuenissent
ad eum fratres plurimi statuit eum in medio: atq̃
ex ipso materiam sumans per totam noctẽ doctri-
nam de fructibus penitẽtie ⁊ conuersionis produ-
xit ad fratres. Ipso vero sermonem faciẽte quasi
dormitare frater ille cepit paululum: ⁊ continuo in
perpetuum quieuit. Tunc facta oratione super eũ
⁊ omnibus que ad sepulturam pertinẽt: ex more cõ
pletis: ad heremum properanter abcessit. Frequẽ
ter autem ⁊ nilum fluuiũ hunc immanem pedibus
trãsiuit: aquam vsq̃ ad genu habẽs. Alio quoq̃ tẽ-
pore clausis ostijs: fratribusq̃ in superioribus sola
rijs sedentibus ipse ingressus est ad eos ⁊ frequen
ter ad quẽcũq̃ locũ ire voluit q̃uis longe positum
intra momentum temporis inuentus est. Nam pri
mo adhuc tempore conuersionis sue cũ esset in he
remo ⁊ septimanã ieiunasset: aiunt occurrisse ei ho-
minem in deserto habentem panem ⁊ aquam qui
et hortatus est eum accipere cibum. In alio quoq̃
tempore demon assistẽs thesauros auri plurimos
quos pharaonis fuisse perhibebat ostendit ei sub
terra dimersos. Cui respõdisse fertur pater mut⁹
Pecunia tua tecum sit in interitum et perditionẽ
Hec ergo ⁊ his similia plurima effecit deus per eũ
Sed ⁊ alij nihilominus fuerunt ante nos multi pa
tres quibus dignus non fuit mundus signa cele-
stia ⁊ prodigia facientes? Quid ergo miramini si
nos parui hoĩes parua faciamus: claudos aut ce-
cos curantes quod ⁊ medici ex arte facere possunt
¶ Et cum hec nobis Copres senior enarraret vn⁹
ex fratribus nostris quasi incredulitate eorum q̃
dicebãtur tediare cepit: ⁊ pre tedio dormitare. Cũ
q̃ somno fuisset oppressus vidit per visum librum
aureis litteris scriptum in manibus senis porrectis
ex quo narratio eius deduci videbat: ⁊ assistentẽ
quẽdam clarissimi aspectus virum: canicie veneran
dum: comminatione sibi magna dicentem. Cur nõ
audis attente que recitantur: sed incredulus dormi
tas. At ille conturbatus euigilat ⁊ statim nobis se
cretius latino sermone que viderat enarrabat.
¶ Inter hec autem vidimus rusticanum quendã
accessisse ad ostium senis habentem vas arena ple-
num et expectantem donec senex sermonẽ sue nar
rationis expleret. Nos autem videntes eum inter
rogauimus seniorem quid sibi vellet rustican⁹ iste
stans: ⁊ arenam tenẽs in vase. Respondit ad nos se
nior dicẽs. Non quidem oportebat me o filioli hoc
vobis prodere ne gloriari videamur: ⁊ merces labo
ris pereat: tamen pro edificatione vestra ⁊ vtilita-
te qui tam longo itinere venistis ad me non patiar
etiam hoc abscondi a vobis: sed enarro opera dñi:
qui dignatus est implere per nos. Terra regionis
huius que i vicino nobis posita colitur sterilis val
de ⁊ infructuosa fuit: ita vt si quãdo semina ex ne-
cessitate suscepit duplicata vix redderet. Uermes
enim quidam nascebãtur in ipsis germinum culmi
nibus ⁊ ascendentes segetem succidebant. Erãt au
tem agricole loci ipsius gentiles. Hos cum docuis
semus domino credere: ⁊ fidem christi recipere: chri
stiani iam facti veniunt ad nos ⁊ rogant vt orem⁹
dñm pro segetibus ipsorum. Et cum diceremus eis
nos quidem oraturos: sed fidem ipsorum requiri
apud deum: que hoc precipere mereatur illi ex are-
na hac que calcatur a nobis sinus suos replentes
offerunt nobis rogãtes vt in nomine dñi benedice
remus. Et ego ad eos fm fidem (inquam) vestram
fiat vobis. Tunc illi auferentes arenam secum mi-
scent seminibus que seminaturi erant ⁊ spargunt p̃
agros ⁊ tantum fructum ex eo colligunt quantum
nulla vsq̃ potuit egypti terra colligere. Ex eo er-
go consuetudo est eis bis per annos singulos veni
re ad nos ⁊ eadem expectare a nobis. ¶ Sed et
illud non celabo vos quod mihi deus ad gloriam
nominis sui prestitit. Descenderam aliquãdo ad ci
uitatem ⁊ inueni ibi virum quendam doctorem ma
nicheorum seducentem populos: cum hoc habui cõ
flictum sermonis. Sed quia erat versutus nimis: ⁊
concludere eũ verbis non poteram: veritas ne au
ditorum turbe lederentur: si ille quasi superior ab-
cessisset in verbis dixi. Accendite ignem plurimum

in medio platee ⁊ ambo intremus in flammas si quis
nostrum ex ea nō fuerit adustus: huius vera fides
credatur. Quod cum dixissem valde placuit populo
⁊ cōtinuo ignis accenditur plurimus. Tunc ego ap
prehendens eum cepi mecum per trahere ad ignem
Et ille non ita inquit: sed vnusquisque nostrum sin-
gulariter ingrediatur. Primus tamē tu debes in-
trare qui hoc proposuisti: ⁊ ego in nomine christi con
signans memetipsum ingressus sum ignem. Flam-
ma vero huc illucque diuidi ac dispergi ⁊ refugere pe
nitus a me cepit. Steti in medio ignis dimidia fe-
re hora: ⁊ in nomine dn̄i in nullo penitus lesus sum
Videntes autem populi cum ingenti ammiratiōe
acclamauerunt ⁊ benedixerunt deum dicentes. Mi
rabilis deus in sanctis suis. Ceperunt autem vrge
re etiam manicheum vt introiret in ignem. At ille
reluctari cepit ⁊ subtrahere se. Tunc comprehendē
tes eum turbe iniecerunt in medium ignis: ⁊ statim
circumdans eum flamma atque adurens semiustum
reddidit. Et illum quidem cum dedecore ex vrbe po
pulus eiecit: clamans ⁊ dicens. Viuus ardeat sedu
ctor. Me vero assumentes secum ⁊ benedicētes do
minum ad ecclesiam perducunt. ¶ Alio quoque tem
pore dū trāsirem iuxta templū quoddā vidi ibi sa-
crificare gentiles ⁊ aio ad eos: Cur vos cū sitis ho
mines rōnabiles immolatis mutis ⁊ insensibilibus
simulachris. Non enī vos multo magis sine sensu
estis: quam illi quibus immolatis. Ad hunc sermonem
dn̄s aperuit eis intellectū ⁊ relinquētes errorē suū
quem agebāt secuti sunt me: ⁊ crediderūt saluatori
nostro deo. ¶ Fuit mihi aliqū hortulus monaste-
rio vicinus: in quo propter aduentantes fratres ole-
ra colere videbamur. Quidā aūt gētilis ingressus
est nocte: ⁊ furatus est olera. Que cum pertulisset ad
domū suā igni apposuit vt coqueret. Cūque tribus
horis continuis ingēti igne suggesto: neque seruare ne
que molliri: aut calefieri aliquatenus potuissent: sed
permāsissent eadē viriditate qua in ollā missa sunt
⁊ neque aqua quidā ipsa vel leuiter calefieri potuisset
in semetipsum regressus ille qui furatus est: erepta rur
sus de foco olera reportabat ad nos ⁊ prosternēs
se āte pedes nostros rogare cepit: vt peccati sui ve-
niam mereretur: ⁊ fieret christianus: quod ⁊ impetra-
uit. ¶ Accidit aūt eadē die hospites venire ad nos
plurimos fratrum: quibus oportune olera ipsa para
ta sunt gratias ergo referētes dn̄o pro mirabilibus
suis duplicem letitiam gessimus: ⁊ pro salute hoīs
et pro beneficijs diuinis.

¶ Incipit vita de sanctis Syro Esaia ⁊ Paulo.



Adedebat ⁊ adhuc etiā hoc abbas
Syrus aliqū ⁊ Esaias ⁊ paulus
occurrerūt sibijnuicem ad ripā
fluminis. Erāt autē isti viri iusti
summe abstinētie ⁊ totius religio
nis. Hi pergebant visitaturi san
ctum quendam virum nomine
anuph. Aberat autem monasterium. ad quod ibant:
mansionibus tribus. Cum ergo vellent trāsire flu
uium: nec esset copia trāsmeandi: aiunt inter semet
ipsos. Petamus a dn̄o gratiam: ne impediatur no
bis boni operis iter. Et cōuersi ad abbatem syrum
tunc (aiunt) precipue pete a dn̄o: scimus enī audiri
te: quia prestabit tibi que petis. At ille cohortatus
etiam ipsos secum genua figere in oratione prostra
uit se in faciem corā dn̄o. Et cum impleta oratione
surrexissent ecce vident appelli nauigium ad ripam
fluminis paratum ad iter quod acturi erant et expe-
ditum. Hoc ascendentes aduersus fluminis cursum
ita velociter ferri ceperunt: vt inter horam vnam: to
tius itineris (quod peracturi per triduū erant) cō
ficerēt spaciū. Cūque applicuissent ad terrā Esaias
ait. Dominus mihi ostendit virum ad quē prope-
ramus occurrentem nobis: ⁊ vniuscuiusque nostrum
secreta cordis aperiētem. Sed ⁊ paulus ait. Et mi
hi ostendit dn̄s quod post triduum educat eum de hoc
mundo. Cum ergo iter: quod ducit ad monasteriū
de flumine: incedere cepissent: progressique essent pau
lulum occurrit eis supradictus vir ad quem visitan
dum pergebant: ⁊ salutans eos ait: benedictus deus
qui vos mihi ⁊ nunc in corpore: et ante iam ostendit
in spiritu. Et tunc cepit de vniuscuiusque eorum me-
ritis que habebāt apud deum: atque actibus memo
rare. Tunc paulus ait. Quoniam ⁊ nobis dominus
ostendit: quod post triduum te de hoc mundo assumat
petimus a te: vt etiam de tuis nobis virtutibus et
actibus quibus domino placuisti: enarres. nec ve-
rearis iactantie notem. Abscessurus enī de hoc mū
do ad imitationem posteris gestorum tuorum me
moriam derelinque. Tunc ille. Nihil inquit magnū
fecisse memini: hoc tamen custodiui: ex quo nomen
saluatoris nostri in persecutione confessus sum: ne
post confessionem veritatis mendacium de ore meo
procederet: neque pre amore celestium terrenum ali-
quid amarem sed nec gratia domini in his defuit mi
hi. Nunquam enim me fecit in aliquo egere terreno:
omnem quem desideraui cibum angelorum mihi de
ferens ministerio. Nihil a me occultauit dominus
eorum: que geruntur in terris: nunquam defuit in corde
meo lux eius per quam suscitatus somnum corpo-
ris non requirerem: desiderium habens semper vi-
dendi eum. Sed ⁊ angelum suum assistere mihi fe-
cit edocentem me de singulis quibusque virtutibus
mundi. Lux mentis mee nunquam extincta est. Omne
quod petij a domino sine mora consecutus sum.
Ostendit mihi frequenter multitudines angelo-
rum assistentium sibi vidi et ceterum iustorum: con
gregationesque martyrum: monachorum conuen-
tus: omniumque sanctorum: eorum dumtaxat: quo-
rum opus non est aliud nisi laudare semper ⁊ bene
dicere deum in simplicitate cordis ⁊ fidei. Vidi
econtrario sathanam et angelos eius eternis igni-
bus tradi: et rursus iustos eterna letitia perfrui.
Cum hec ⁊ multa alia his similia per totum triduū
enarrasset eis: tradidit spiritum. Et continuo vi-

dicit ipsi ab angelis suscipi eius animam: atq; ad celos ferri: ita vt vocem hymnorum audirent etiam ipsi. a quibus vna cum angelis anima eius abscedens dominum collaudabat.

¶ De sancto Heleno.



Uit et alius vir sanctus Helenus nomine hic a puero in seruitio domini omni cum continentia ⁊ castissimis institutionibus enutritus ad summa merita peruenerat. Deniq; cũ adhuc puer esset i monasterio: si necessarius fuisset ignis: vt de vicino exteretur: ardentes prunas vestimento ferebat illeso. Quod amirantes omnes qui aderant fratres: studium animi viteq; eius ac meriti cupiebant. Huic quodam tempore cum solus esset in heremo: desiderium vescendi mellis exortum est: ⁊ conuersus vidit in saxo fauum mellis inherentem: sed intelligens inimici hanc esse fallatiam continuo semetipsuz increpans ait. Discedite a me deceptrix ⁊ illecebrosa concupiscentia. Scriptum est enim. Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis ne perfeceritis. Et statiz derelinquẽs etiam locum ipsum: decessit ⁊ abijt in desertum: atq; ibi tanq̃ pro carnis cõcupiscentia puniendo ieiunijs semetipsum cepit affigere. Tertia autem septimana ieiunij sui videt in deserto iacere diuersa poma dispersa: ⁊ intelligens dolos inimici ait. Non manducabo neq; contingam: ne fratrem meũ hoc est animam meam scandalizẽ. Scriptum est enim quia nõ in cibo solo viuit homo: sed in omni verbo dei. Cumq; ⁊ sequentem septimanam ieiunaret: paululum in somnum deductus est: ⁊ ecce angelus astitit ei per visum dicens. Surge iam ⁊ que inueneris tibi apposita dubitans his vescere. Et surgens vidit atq; fontem lenibus repletum fluentis: eiusq; ripas in circuitu herbis quibusdaz teneris odoratisq; pretextas. Et accedens decerpere cepit ⁊ edere similiter ⁊ ex fonte poculum sumere. Affirmabat autem se nunquã in omni vita sua tante dulcedinis aliquid: ⁊ tante suauitatis hausisse. Inuenit autem in ipso loco etiam speluncam quandam: intra quaz aliquãdiu requieuit. Et cum reficiendi corpusculi tempus ⁊ necessitas affuisset: per dei nihilominꝰ gratiam: nihil deerat eorum que poscebat a domino. ¶ Quoddam vero tempore pergebat ad visitandos fratres iconomos: quibus etiam que necessaria erant ad refectionez corporis deferebat. Et cum in itinere eoruz: que portabat: onere grauaretur: vidit eminus onagros transire per desertum: ⁊ exclamauit dicens. In nomine domini nostri iesu christi veniat. vnus ex vobis ⁊ suscipiat sarcinam meam. Et ecce vnus ex omni grege tota cum mansuetudine pergit ad eum. Tunc ille p̃benti se spõte ⁊ onus imposuit ⁊ ipsi insedit: ⁊ cum velocitate ab eo ad cellulas fratrum: quo pergebat euectus est. ¶ Alio rursus tempore dominica die venit ad quoddam monasterium fratrum: ⁊ cum vidisset eos non agentes solẽnitatem diei causam requirit: Cum autem dixissent pro eo q̃ presbyter nõ adesset qui trans flumen maneret: propter metum enim cocodrilli transire nullus audebat. Tunc ille si vultis inquit ego eam: ⁊ adducam eum ad vos. Et continuo ad ripam fluminis pergit. Ubi cum nomen domini inuocasset: p̃sto fuit bellua: ⁊ que solebat ad esse ad perniciez hominum: affuit nunc ad vehiculum iusti: tergo quoq; suo suscipiens eum cũ omni metu subiecta vsq; ad partem ripe vlterioris euexit. Adijt continuo presbyterum: ⁊ exorare eum cepit: vt veniret ad fratres. Erat autem indutus vilissimo ⁊ ab iectissimo indumento. Super quo miratus p̃sbyter: quis aut vnde esset. vel quid sibi vellet: inquirit. Ubi vero cognouit esse hominez dei se qui eum cepit ad flumen. Et cum causaretur non inueniri nauigium quo transiri possit: tunc abbas helenus. nihil inquit verearis pater: ego iam nunc parabo vehiculum. Et exclamans voce magna: ad esse bestiaz iubet. Que statim voce eius audita affuit ac dorsum suũ advehendũ placite prebuit prior ipse cõscendens inuitat ⁊ presbyterum dicens. Ascende nihil formitans. At ille visa belua exterritus: retrocedere ac refugere magis cepit. Omnes autem qui aderant stupor ingens ⁊ metus inuasit: videntes eum cocodrillo euectuz fluminis alueum transmeare. Sed vbi descendit: se cum periter in siccuz edu cit etiam bestiam dicens ad eam. Melius est tibi mori q̃ tot scelerum ⁊ tot homicidioꝝ inuolui reatu. At illa statim corruens expirauit. Interea per triduum in monasterio sanctus Helenus permanens docebat fratres spiritali doctrina. ita vt etiaz nonnullorum cogitationes cordis ⁊ secreta consilia proferret in mediuz ⁊ alium quidem proderet spiritu fornicatiõis vrgeri: alium spiritu iracundie alium vero cupiditate pecunie: nonnullos autem ⁊ iactantie ac spiritu superbie illudiꝰ. Alterius vero mansuetudinis. alterius iusticie. alterius etiam patientie testimonium dabat: ⁊ sic vtraq; ex parte aliorũ vitia. aliorum etiam virtutes animi exaggerans: ad omnes eos profectus mirabiliter excolebat. Agnoscentes vero singuli quiq; ita agi inter semetipsos vt ille nunciauerat corde cõpuncti emẽdabantur. Profecturus autem ait ad eos: preparate olera ad aduentum fratrum. Et illis preparantibꝰ continuo superuenerunt fratres quibus honorifice susceptis: ipse cõtendit ad heremũ. ¶ Rogabat vero eum quidam de fratribus vt permitteret ei secũ esse: ⁊ degerere in heremo. Cumq; respõdisset ei graue esse negocium: ⁊ plurimi laboris obsistere temptationibus demonum: eo contentiosius iuuenis persistebat promittens se cuncta tolerabiliter perlaturũ. tantum vt preberet ei copiã consortij sui. Et cum permisisset secutus est eũ ad heremuz: quem ille in vicina sibi spelunca habitare iubet. Tunc demones aduolantes per noctem primo sedis ⁊ turpibꝰ eũ cogitationibꝰ exagitant: post hec vero etiã vi


lenter irruere ⁊ necare eum aggrediuntur. Effu-
giens autem iuuenis: ⁊ peruolans ad cellulam san-
cti helent: quibus malis vrgeretur exponit. Tunc
senior consolatus eum paucis verbis: ⁊ de virtute
fidei ac patientie commonens: statim reuocat ad
speluncam: de qua fugerat: ⁊ tanq̄ sulcum quen dā
per harenam extra cellulam iuuenis digito suo
ducens: precepit in nomine domini: ne audeant de-
mones statutum transgredi limitem: et ita verbi
eius virtute adolescens permansit de reliquo se-
curus. ¶ Ferebatur etiam de illo iuuene: ꝙ et ipse
in heremo positus celestes sepe percepisset cibos
fratribus ad se venientibus: cum nihil habuisset
quod apponeret: affuisse quendam adolescentem:
panes ei et que erant necessaria deferentem: casqꝫ cū
ante speluncam eius deposuisset: vltra nusq̄ com-
paruisse: dixisse vero eum ad fratres. Benedica-
mus dominum: qui preparauit nobis mensam in
deserto. Hec et alia plurima de sanctorum patrum
vita et conuersationibus enarrans nobis pater co-
pies et cum omni effectu instruens: post edificatio-
nis sermonem introduxit nos in hortum: ostendēs
nobis arbores palmarum aliorumqꝫ pomorum:
quas ipse plantauerat et dicebat. Hec me in here-
mo plantare rusticanorū fides ammonuit. Ut enim
vidi eos tantam fidem habere vt harenam sub no-
stris vestigijs colligentes per agros suos sperge-
rent ⁊ terram sterilem ad totius fecunditatis ver-
terent vberantem: pudor in quam est: si nos infe-
riores his inueniamur in fide: quorum fides per
eos cognita est deo.

¶ De sancto Helya.




Vidimus et alium senem venera-
bilem Helyam nomine in fini-
bus ciuitatis anthinoo que est
metropolis thebaidis: centum
fere iam et decem (vt dicebat)
annorum super quem dicebant:
ꝙ vere spiritus Helye in eo re-
quieuisset. Multa enim de eo ⁊
magnifica ferebantur. Septuaginta namqꝫ annos
in solitudine vastissima eum transegisse perhibebāt
cuius deserti horrorem terroreqꝫ nullus sermo di-
gne poterit exponere. Illic ergo sedebat senior to-
ta hac etate: humane habitationis nesciens loca.
Semita autem erat angusta ⁊ scrupea: qua ad eum
ducebat: que vix inueniri a commeantibus posset.
Locus vero ipse in quo sedebat spelunca erat terri-
bilis quedam: ⁊ intuētibus plurimum horroris in-
cutiens. Ipse autem trementibus iam membris:
prematura quatiebatur etate. Incessabiliter facie-
bat signa per singulos dies: ⁊ euntes ad se quacun-
qꝫ incommoditate constrictos omnimodis resolue-
bat. Cuncti vero patres confirmabant: ꝙ nullus
omnino meminisset hic q̄n secessisset ad heremū. Ci-
bus ei erat panis exiguus ⁊ paucissime oliue vsqꝫ ad
vltimam senectutem. Nam et in iuuentute sua sep-
timanas frequēter ieiunasse ꝓhibebat.

¶ De sancto Pythirione.




Interea redeuntes ex thebaide
vidimus montem quendaꝫ pre-
ruptum fluuio imminenteꝫ ela-
tione minacis saxi aspectu etiam
ipso terribilem: in quo erant per
ipsa precipitia speluce difficilis
accessus. In his monachorū plu-
rimi commanebant: quorum pater erat nomine
Pythirion. Hic ⁊ ex discipulis beati Anthoni fuit et
post illius obitum cum sancto habitauerat ammo-
ne. Post huiusquoqꝫ abscessum in hoc se constitue-
rat monte. Sed ⁊ tanta in eo erat virtutuꝫ copia.
tanta gratia sanitatum: ⁊ potestas aduersuꝫ demo-
nes: vt duorū merito summorum virorum solus heredita-
tem consecutus dupliciter videretur. Hic ego mul-
tis monitis nos edificans: multaqꝫ doctrina instru-
ens precipue tamen de discretione spirituꝫ nos do-
cebat dicens esse quosdaꝫ demones: qui certis qui-
buscunqꝫ vitijs obsequuntur: quicꝫ cum affectus
anime passibiliter ⁊ vitiose viderint moueri. conuer-
tunt eos ad omne facinus malū. Si quis ergo est
qui vult demonibus dominari: prius vitijs suis et
passionibus dominetur. Quod cunqꝫ enim vitium
proprie passionis abieceris: huius vitij demonem
poteris etiam de obsessis corporibus effugare. Et
ideo conandum est paulatim ꝓpria vitia superare:
vt possimus etiam demones superare: qui huius-
modi vitijs obsequuntur. Hic secundo reficiebatur
in septimana pulticulas accipiens ex farina: nec po-
terat iam accipere aliaꝫ escam: neqꝫ etate. neqꝫ con-
suetudine permittente.

¶ De sancto Eulogio.



Vidimus ⁊ alium sanctū patreꝫ
Eulogium nomine: qui in offerē-
dis sacramentis tantum gratie
accipiebat a dn̄o: vt vniuscuiusqꝫ
accedētiuꝫ ad altare dei merita
culpasqꝫ cognosceret. Deniqꝫ
ex mōachis quosdam volentes
accedere ad cōmunicationem re-
tinuit dicens. Quomodo ausi estis accedere ad sa-
cramenta: cum mens vestra ⁊ propositū sit in malo
Deniqꝫ aiebat. Tu hac nocte habuisti cogitatiōem
fornicandi. Tu vero dixisti in corde tuo: nihil inter-
est siue iustus ad sacramēta siue peccator accedat. Et
alius dubitatiōeꝫ habuit in corde suo dicens. Quid
enī me sctificare cōmunione pōt. Hos ergo ⁊ singu-
los remouebat a cōmunōe sacramētī ⁊ dicebat eis.
Secedite paululū ⁊ agite pniaꝫ: vt purificati p satis-
factiōeꝫ ⁊ lachrymas: digni habeamini cōmuniōi xp̄i.

¶ De sancto apelle



Vidimus ⁊ alium presbyterum in vici-
na regione nomine Apellen: virū iustū.
Hic faber erat ferrarius ⁊ que necessa-
ria erant fratribus operabatur. Quo-
dam autem tempore cum ad fabrilia
opera vigilaret in silentio noctis: conuersus oper-

bolus in formam mulieris speciose venit ad eum tā ꝙ aliquid ei operis deferēs. Tunc ille ereptum ma nu nuda de fornace ferrum candens in faciem eius iecit. At illa clamās ⁊ vlulans aufugit: ita vt omnes fratres qui in circuitu cōmanebant: vlulatum eius fugientis audirēt: et ex eo iam vir ille in vsu habuit ferrum candens manu nuda tenere nec ledi. Adhuc ergo cum venissemus ⁊ humanissime nos suscepis set: poscebamus ab eo vt nobis vel de suis vel de eorum quos precipuos in conuersatione sancta sci ret: virtutibus loqueretur. Tunc ille. Est inquit in hac heremo vicina frater quidam nomine Joānes etate prouectus: vita moribus atq; abstinentia cū ctos precellens. Hic primo cum secessisset ad here mum tribus cōtinuis annis sub cuiusdam saxi ru pe stans semper orauit: ita vt nunꝙ omnino resede rit neq; iacuerit. Somnum autē tantum cepit ꝙtū stans rapere potuit. Cibum vero nunꝙ nisi die do minica sumebat. Presbyter enī tunc veniebat ad eum ⁊ offerebat p eo sacrificium: idq; ei solum ⁊ sa cramentum erat ⁊ victus. Huic quodam die satha nas surripere volens trāsfigurauit se in presbyterū qui venire ad eum solebat: ⁊ preueniens horam so litam simulat se sacramētorū gratia venisse. At ille vigilāter intelligēs dyaboli fraudem cum indigna tione quadā ait ad eum. O omnis doli omnisq; frau dis pater: inimice omnis iusticie nō desinis seducē do animas christianas: sed ausus es etiā ad ipsa te immergere terrifica ⁊ sacrosancta mysteria. At ille respōdit ei. Putaui inquit ꝙ possim te ludificare. Sic enī ⁊ alium quēdam ex vestris decepi: ita vt et mente excederet ⁊ perderet sensus. Quem cū credē tem mihi insanum reddidissem: tot iusti orātes pro eo vix eum ⁊ loco ⁊ sanitati restituere potuerunt. Et hec cum dixisset domon aufugit ab eo. Erat au tem supradictus vir persistens in opere cepto atq; in oratione perdurans. Pedes vero eius ex eo ꝙ multo tempore immobiles fuerunt dirūpebantur ita vt sanies ex eis pflueret. Tres autē cū comple rentur anni affuit angelus dn̄i: ⁊ ait ad eum. Dn̄s Iesus xp̄s et spiritussanctus susceptis orationibus tuis: ⁊ corporis tui cicatrices sanat ⁊ celestis cibi: id est verbi ⁊ scientie sue tibi abūdatiam donat. Et cō tingens os eius ac pedes ⁊ ab vlceribus eum sanū reddidit ⁊ repletum scientie ⁊ doctrine gratia cibi famē sentire nō fecit. Jubet autē trāsire eū ad alia loca: ⁊ heremū circūeuntes visitare etiam alios fra tres: ⁊ edificare eos in verbo ⁊ doctrina dn̄i. Do minica autem die ad eundem semp reuertebatur lo cum simili modo sacramētorum gratia: reliquis ve ro diebus etiam opus manuū faciebat ⁊ operabat in iumentorum cingula ex palmarum folijs texens vt in illis locis haberi moris est. Quodam vero tē pore cladus aliquis ire ad ipsum voluit vt ab eo cu raretur. Contingit autem vt animal ipsum quod ascensurus erat cingulum manibus hominis dei fa ctum haberet. Cum ergo imponeretur ille clau dus supra iumentum: statim vt contigerunt pedes eius illud cingulum: sanus effectus est. Sed ⁊ qui buscūq; egris benedictum panem misit: statim vt ex eo perceperunt sanati sunt. Et alias multas vir tutes ⁊ sanitates per eū dominus impleuit. Ha buit autem ⁊ hanc gratiam super omnes pene cete ros homines vt vniuscuiusq; fratrum de vicinis mo nasterijs cōuersatio ei reuelaretur: ita vt scriberet ad patres eorum ⁊ commoneret. ꝙ ille ⁊ ille segni ter agunt: nec rectum in timore propositum gerūt ille vero ⁊ ille in fide ⁊ animi virtute proficiūt. Sed et ad ipsos patres scribebat: alijs quidem ꝙ mul tum tediosi essent erga fratres: ⁊ pusillanimes cir ca patientiam: alijs vero ꝙ bene constanter ⁊ solli cite agerent ⁊ sufficienter consolarētur fratres. Et quid huic meriti pro virtutibus: quid vero illi cor reptionis immineret a domino pro ignauia predi cabat: ⁊ ita eorum qui absentes erant actus ⁊ cau sas ac merita vel negligentia describebat: vt audiē tes hi (de quibus dicebat) conscientia conuicti ne gare non possent. Docebat tamen omnes: vt a visibilibus ⁊ corporeis rebus cor ⁊ animū ad inuisi bilia ⁊ incorporea trāsferrent. Tempus enim (inqt) est vt ad huiusmodi studia transeamus: neq; enim semper pueri ⁊ semper infantes esse debemus: sed aliquādo iam ad spiritalia et altiora conscendere et virorum sensus capere: atq; ad perfectiorem sub ire intelligentiam: vt possimus virtutibus animi enitescere. Sed ⁊ multa alia de hoc viro sanct⁹ ho mo dei appelles narratione nobis fidelissima com mendauit: que cuncta conscribere: ⁊ longum videt et pro magnitudine sui nonnullis fortasse audien tium vix credibile.

Finit vita sancti appellis.
De sancto Paphuncio.



Idimus ⁊ aliud monasteriū san cti paphuncij hominis dei: q no minatissim⁹ in illis locis anacho rites: ⁊ vltimi habitator fuerat deserti in regionibus eracleos: splēdide vrbis apud thebaidam De hoc ergo fidelissima patrum narratione comperimus: ꝙ cū fuisset vite angelice quodam tempore orauerit ad deum vt sibi ostende ret: cui sanctorum similis haberetur. Assistens vero angel⁹ dei respōdit ei: ꝙ similis esset symphoniaco cuidam qui in vico illo cantandi arte victum quere ret. Tunc ille obstupefactus nouitate respōsi cum omni properatione pergens ad vicum requirit ho minem. Et cum inuenisset studiosissime percūcta batur ab eo: quid nam sancti ⁊ religiosi operis ge stum sit ei. omnesq; actus eius curiosius discutit. At ille respondit ac res erat se esse indignissime vi te hominē peccatorem: atq; ante non multum tem poris ex latrone in istud quod nunc exercere videt fedum artificium deuolutum. Paphuncius eo ma gis instabat requirens si quid ei forte vel inter la

trocinia p̄ij operis fuisset admissum. Nihil inquit
mihi conscius sum boni. Hoc tamen scio ꝙ cum in-
ter latrones essem capta est aliqn̄ a nobis virgo deo
consecrata. huius cum ceteri college mei latrones
cuperent eripere pudorem: obieci me medium: et eri-
pui eam de contaminatione latronum: et nocte de-
ducens eam vsqꝫ ad vicum domui, sue restitui inta-
ctam. Alio quoqꝫ tempore inueni mulierem hone-
ste forme in heremo oberrentem: Hec cum interro-
garetur a me: cur aut quomodo in hec loca deuenis-
set respondit. Nihil me interroges infelicissimam
mulierem: nec causas requiras: sed si ancillam pla-
cet habere adducito quo vis. Mihi enim infelici est
maritus qui debiti fiscalis gratia sepe suspensus et
flagellatus ac penis omnibus cruciatus seruatur
in carcere nec aliam ob causam p̄ducitur nisi vt tor-
menta patiatur. Tres autem nobis filij fuerūt qui
pro eiusdem iam debiti necessitate distracti sunt.
Ego quoqꝫ miserrima quia ad similes penas inq̄-
ror: de loco ad locum fugitās: in edia miseriaqꝫ con-
fecta: per hec nunc latitans oberro loca: triduū hoc
sine cibo iā ducens. Ego vidi hec audiui: miseratus
adduxi eam ad speluncam: et reficiens animam eius
fame: collapsam dedi etiam trecentos ei solidos p̄
quibus se ac maritum et filios non solum seruituti:
sed et supplicijs asserebat obnoxios: et reuocatam
eam ad ciuitatem omnes eos data pecunia libera-
ui. Hoc solū scio me fecisse in latrocinio meo. Tūc
pater paphuncius. Ego inquit nihil tale feci tamē
credo etiam ad te peruenisse ꝙ celebre paphūcij no-
men inter monachos habeatur. Fuit enim mihi nō
mediocris studij vt vitam meam in huiusmodi ex-
colerem disciplinis. Deus igitur de te mihi reuela-
uit: quia nihil minus apud ipsum meriti habeas quā
ego. Quia ergo frater vides te non minimo loco
haberi apud deum: non negligas animam tuā. At
ille statim fistulas quas manu gerebat abijciens se-
cutus est eum ad heremum: et artem musicam in spi-
ritualem commutans vite mentisqꝫ armoniam: per
integrum triennium arctissime se tradidit abstinen-
tie: in psalmis et orationibus semetipsum die noctu-
qꝫ exercēs: atqꝫ iter celeste animi virtutibus agēs
inter sanctorum angelicos choros reddidit spiritū.
¶ Postea ꝙ hunc paphuncius omni exercitij vir-
tute consummatū premisit ad dominum: ipse acrio-
riobus semetipsū studijs ꝙ prius exercuerat agēs
iterum domino supplicabat vt sibi ostenderet quis
ei esset similis super terram. Fit ergo vox ad eum
dicens. Similem te esse nosce primario vici huius:
qui est in proximo. Quibus auditis paphuncius si-
ne mora ad eum properans pulsat ad ostiū domꝰ
eius. Ille vero cui moris erat suscipere hospites oc-
currit ei: atqꝫ introducit in domum suā lauans quo-
qꝫ pedes eius apposuit mensam: egitqꝫ cōuiuium.
Inter epulas vero percunctari paphūcius cepit ab
hospite qui actus eius: quod studium cuiusqꝫ ope-
ris haberet exercitia. Ille vero cum de se humilia
responderet: et latere in bonis ꝙ publicari mallet:
perurgebat paphuncius dicens relatum sibi esse a
domino ꝙ dignus esset consortijs monachorum.
At ille ergo magis humiliora de seipso sentiens aie-
bat Ego quidem in nullo mihi boni alicuius sum
conscius. Uerum quia verbum dei factum est ad te
cum quem nihil latet celare non possum. Hec ergo
que mihi in medio multorum posito in vsu sunt lo-
quar. Triginta iam completi sunt anni ꝙ continen-
tie consensum habere me cum coniuge mea nullus
agnouit. Suscepti autem ex ea tres filios. horum
enim causa solummodo cognita est mihi vxor: nec
p̄ter eā alia: nec ipsa vltra iā cognita. Suscipere ho-
spites nunꝙ cessaui: sed ita vt neminem ante me pa-
teret aduenienti occurrere peregrino. Non dimisi
vnꝙ de domo mea hospitem sine viatico: paupe-
rem nullum despexi: sed que necessaria fuerant pre-
bui. Si in iudicio sedi: nec filij mei personam con-
tra iusticiam accepi. Alieni laboris fructus nunꝙ
introierūt in domum meam. Litem si vidi nunꝙ
preterij donec reconsiliarem dissidentes ad pacem
Nemo vnꝙ deprehendit in culpa famulos meos:
nunꝙ greges mei leserunt fruges alienas. Uolen-
tes seminare in rure meo nunꝙ prohibui: nec vbe-
riora mihi noualia elegi: steriliora illis dereliqui
Quantum in me fuit nunꝙ permisi: vt potentior in-
firmū premeret. Semper studui in vita mea: vt ne-
minem contristarem. Judicium si fuit apud me: ne-
minem condemnaui: et dissidentes reuocare in con-
cordiam studui. Hec interim mihi vite institutio
deo donante hactenus fuit. ¶ Audiens autem hec
beatus Paphuncius caput eius exosculans bene-
dixit eum et dixit. Benedicat te dominus altissi-
mus ex syon: et videas que bona sunt h̄ ierusalē om-
nibus diebus vite tue. Quia ergo bene hec et conue-
nienter implesti illud tibi deest quod bonorum om-
nium summum est: vt omittens cuncta, ipsam iam
sequaris dei sapientiam et secretioris scientie in-
quiras thesauros: ad quos aliter non poteris per-
uenire: nisi abneges teipsum: et tollas crucem tuam
et sequaris christum. At ille cum audisset hec nihil
moratus nec omnino aliquid in domo sua ordinās
secutus est virum pergens cum ipso ad desertum.
Cumqꝫ venissent ad flumen: nusꝙ ad transmean-
dum reperto nauigio. Paphūcius precepit intra-
re secum pedibus fluuium: cuius in illis locis pro-
funda habebatur altitudo. transierūt ergo pariter
fluuium ita vt aqua eis vix ad latera perueniret.
Ubi vero veniunt ad desertum: collocat hominem
Paphūcius in cellula quadam: haud procul a suo
monasterio posita et conuersationis spiritualis or-
dinem tradidit. perfectorumqꝫ studiorum exercitia
docet scientiarum quoqꝫ secretiora cōcredit. Cūqꝫ
eum in omnibus instruxisset semetipsum: denuo
maioribus exercitijs dedit: exiguos priores depu-
tans labores quibus conferri potuerit. His qui se-
culi videbantur actibus occupari: hoc enim sibi di-
cebat. Si isti qui sunt in seculo tantum boni ope-
ris faciunt: quanto nos studere debemus plus vel

amplius in abstinentie labores eos antecedere.


¶ Tempore autem aliquando in his transacto. et ad scientie perfectionem perducto. cum quē perfectū iam in operibus assumpserat quadam die Paphnutius sedens in cellula sua videt animā eius inter angelorum choros assumptam dicentium. Beatus quem elegisti et assumpsisti. habitabit in tabernaculis tuis. Et cum hec audisset agnouit assumptum esse ex hoc mundo virum. Tunc vero paphnutius persistebat in ieiuniis et orationibus semetipsum ad maiora et perfectiora extendens. et rursus orabat dominum vt sibi ostenderet cui similis haberetur inter homines. Rursus ei vox diuina respondit dicens. Similis es negociatori quem videris ad te venientem. sed exurge velociter et occurre ei. Adest enim vir cui te similem indicaui. Et Paphnucius sine mora descendens occurrit cuidam negociatori Alexandrino viginti milibus solidorum merces tribus nauibus deferenti ex thebaida. et quoniam erat religiosus et bonorum operum studium gerens decem leguminum saccos pueris suis impositos ad monasterium dei hominis deferrebat: et hoc ei causa adeundi. Paphnucium fuit. At ille continuo vt eum vidit. quid agis (inquit) o preciosissima et deo digna anima. Quid tibi cum terrenis est labor. cui sors et societas cum celestibus data ē. Relinque hec illis qui de terra sunt et de terra cogitant. tu autem regni dei (ad quod vocatus es) negociator efficere et sequere saluatorem a quo paulopost assumendus es. At ille nihil omnino differens precepit pueris suis. vt omnia que superessent (multa enim iam ipse per se distribuerat) pauperibus erogarēt. Ipse vero sequens sanctum Paphnucium ad desertum in eodem ab eo constitutus est loco ex quo et priores ad deum fuerant assumpti. et similiter ab eo de omnibus instructus in exercitiis spiritualibus et diuine sapientie studiis permanebat: Breui autem tēpore consummato: etiam hic translatus ē ad cōgregationem iustorū. Et nō multo post ipse etiā Paphnucius in ipsis summe abstinentie exercitiis et laboribus vitam posuit. Astitit enim ei angelus domini dicens ad eum veni iam benedicte domini et ingredere (que tibi debentur) eterna tabernacula. Ecce enim mecum adsunt prophete qui te in tuum suscipiant chorum. Hoc autem tibi prius iccirco non reuelauimus: ne forte elatus dānum aliquod tui laboris incurreres. Et vnā post hec in corpore adhuc positus diem ducens: cum quidam presbyteri ad eum visitandum venissent omnia eisque sibi dominus reuelauerat nota fecit: dicens ad eos. Nullum in hoc seculo debere despici: etiam si latro sit aliquis: aut in scena positus: etiam si cultum ruris exerceat: et coniugio videatur astrictus etiam si negociator dicatur: et mercimoniis inseruiat: tamē in omni ordine humane vite sunt anime deo placentes: et habētes actus aliquos occultos quibus delectatur deus vnde constat non tantum professionem vite aut habitus speciem deo esse placitam quantum sinceritatem atque affectionem mentis et operum probitatem. Et cum similia de singulis quibusque disseruisset tradidit spiritum. Euidenter autem presbyteri qui aderant et omnes fratres viderunt eum ab angelis suscipi: hymnum cantantibus et collaudantibus deum:

¶ De sancti Isidori monasterio:



Vidimus apud Thebaidam etiā Isidori nominatissimum monasterium amplissimis spaciis circumspectum: muroque circundatum in quo habitantibus viris larga prebebantur habitacula Intrinsecus putei plures: horti irrigui omnium quoque pomorum arborumque paradisi et quecumque necessaria vsibus erant sufficienter: immo et abundanter prouisa: ob hoc vt nulli monachorum habitantium intrinsecus necessitas vlla fieret exeundi foras ad aliquid requirendum. Senior quidam vir magnus grauisque et de primis electus, ad ianuam sedens hoc habebat officii: vt aduentantes ea lege suscipiat: qua ingressi vltra non exeant. Si ergo semel ingredi placuerit stat immobilis lex: sed quod est ammirabilis: ingressos non tam legis necessitas sed vite beatitudo retinet ac perfectio. Hic ergo senior in ianua sibi ipse commanet. adherentem sibi habet hospitalem cellulam: in qua aduentantes hospitio recipiat et omni humanitate refoueat. Et ergo et nos ab eo suscepti sumus introeundi quidem copia nobis nulla fuit: ab ipso autem didicimus que institutionum beatitudo gererentur intrinsecus. Duos aiebat esse solos seniores viros quibus permissa est egrediendi ingrediendique libertas: qui opera fratrum dispensaret: et que necessaria sunt inferre curarēt ceteros vero ita eē in silētio et quiete orationibus et religiosis studiis operam dantes atque animi virtutibus pollentes: vt omnes signa faciant: et quod vere omnium mirificum signum sit nullus eorum egritudines cuiusque infirmitatis incurrit: sed cum vnicuique vite finis affuerit: omnimodis prenoscens et indicans ceteris fratribus suis de suo exitu atque vale dicens ad hoc ipsum recubans spiritum letus emittit.

¶ De sancto serapione.



Sed et in regione arsenoite. Serapionem quendam presbyterum vidimus multorum monasteriorum patrem: sub cuius cura plura et diuersa monasteria: quasi decem milium habebantur monachorum: qui omnes ex laboribus propriis quos precipue messis tempore mercede manuum conquerebant: partem plurimā ad supradictum


patrem conferentes: in vsus pauperum destinabant. Hoc autem moris erat non solum ipsis sed et omnibus pene egypti monachis vt messis tempore locent ad metendum opera sua: atque ex ea mercede octogenos vnusquisque modios frumenti: plus minusque conquirit: et horum partem plurimam pauperum vsibus afferunt. vnde non solum regionis ipsius egentes alantur: sed et alexandriam naues frumento onuste diriguntur. vel incarcere conclusis vel reliquis peregrinis ac egentibus prerogande. Neque enim intra egyptum sufficiunt pauperes qui possint misericordie eorum fructus et largitates absumere. Vidimus autem in regionibus mempheos et babylonis innumeras multitudines monachorum: apud quos et diuersas virtutum gratias ac morum ornamenta perspeximus. Ibi autem tradunt esse loca illa in quibus ioseph fertur recondidisse frumenta quos et thesauros ioseph vocant. Alij vero Pyramides quas dicunt ipsas esse i quibus putant frumenta nunc congregata.

De scto Appolonio monacho et martyre.



Radebant ergo seniores horum fuisse quendam persecutionis tempore monachum nomine Appolonium Qui cum vitam magnificam egisset inter fratres etiam diaconus ordinatus est. Tempore ergo persecutionis erat ei studium singulos quosque circuire fratres: et cohortari eos ad martyrium. Cumque fuisset etiam ipse comprehensus et in carcerem trusus gentilium plurimi tanque insultaturi veniebant ad eum: et verbis blasphemis et impijs confutabant. Inter quos fuit quidam philemon nomine choraula famosissimus et omni populo amabilis Qui cum multis eum fatigaret iniurijs impium et scelestum et seductorem vocans multorumque mortalium deceptorem: dignumque esse ab omnibus odio haberi. Cumque hec et multa alia aduersum eum grauiora loqueretur: rndit apolonius dicens Misereatur tibi deus fili: et nihil tibi horum que locutus es reputet ad peccatum. Hec cum audisset philemon corde compunctus est: vimque verborum eius sub humanu more in sua mente persensit: intantum vt xpianum se repente fateret. Et inde statim peruolat ad tribunal iudicis atque in conspectu iudicis totius populi proclamans iniuste (inquit) agis o iudex viros religiosos et deos amabiles puniens nihil enim christiani vel malefaciunt vel docent. At ille hec audiens primo quidem putabat vt pote loci illius hominem ioci aliquid proponere. Sed cum vidisset hec eum serio psequente: et cum omni constantia assistentem: Insanis inquit o philemon et mente captus es subito. At ille. Ego inquit no insanio: sed tu iniustissimus atque insanissimus iudex es: qui tot iustos iniuste perimis viros. Ego enim xpianus sum quod est hominum genus optimum. Tunc ille coram populo cepit cum primo plurimis blandimentis reuocare velle i id quod cum nouerat: sed vbi immobilem vidit omnia intendit in eum genera tormentorum. Cognito vero quod aduerbis. Apollonij hec ei fuerit facta pmutatio: correptum etiam apollonium grauioribus subdidit tormentis et deceptoris in eum crimen exaggerat. Apollonius vero vtinam inquit et tu iudex et omnes qui assistunt et audiunt me: hunc meum quem dicis errorem deceptionemque sequeremini. At ille vbi hec audiuit et ipsum et philemonem ignibus tradi in cospectu populi iubet. Illi vero postque ingressi sunt flammas beatus Appollonius cunctis audientibus clamat ad dominum dicens. Ne tradas domine bestijs animas cofitentium tibi: sed ostende nobis domine euidenter salutare tuum. Igitur vbi hoc in auditu populi et iudicis ad dominum locutus est appollonius repente nubes repleta rore circudedit viros: et flammas accensi ignis extinxit. super quo obstupefacti et iudex et populus: vna voce omnes clamare ceperunt. Magnus et vnus est deus christianorum solus immortalis. Sed hec cum fuissent prefecto alexandrie nunciata: semetipso truculentior redditur: et electis quibusdam de officio crudelissimis et seuissimis non tam hominibus quam bestijs: mittit qui et ipsum iudicem: qui mirabilibus diuinis crediderat et eos per quos virtus dei apparuerat vinctos in alexandriam deducerent. Igitur cum adducerentur omnes pariter vincti: affuit gratia dei i verbo: et cepit Appollonius eos. qui se vinctos deducebant: fidem dei docere. Quique cum domini misericordiam credidissent: et fidem dei tota cordis firmitate recepissent semet ipsos cum his quos exhibere venerant: vinctos offerunt iudici: et christianos se esse pariter profitetur. Quos cum perfectus in fide dei pertinaces et immobiles peruidisset. Vniuersos pariter iubet in profundum maris demergi: ignorans impius quid ageret. Hoc enim sanctis non mors sed baptisma fuit. Sed horum corpora sine dubio dei prouidentia integra illibataque maris vnda reportauit ad litus queque ab his qui obsequij causa simul venerant suscepta ac reuocata sub vno sepulchri domicilio collocata sunt. a quibus vsque ad presens tempus virtutes multe et signa miranda omnibus consummantur. sed et vota omnium atque orationes suscipiuntur ab eis et cum fructu petitionis implentur quo etiam nos dignatus est dominus adducere. et vota nostra orationesque complere.

De sancto dyoscoro.



Idimus et alium venerabilem patrem apud Thebaidas Dyoscorum nomine presbyterum: habentem in monasterio suo centum fere monachos quem tempore eo quo acceditur ad sacramenta summam curam summamque

perspeximus adhibere diligentiaz ne quis eorum qui accedūt in aliquo deferret ꝯsciētie maculaz in tantū vt etiā de his eos cōmoneret. que accidere ꝑ somnia hoibus solent vlꝫ fantasia mulieꝝ apparentiū. vel etiaz per naturalis humoris abundantiam Dicebat ergo siquidē absq̧ mulieꝝ fantasijs tale aliquid si eueniat nō esse peccatū. Ingenitus enim humor in corpe vbi propria repleuerit receptacula. sine necesse est vt meatib⁹ degerat. ⁊ ideo nō trahit ad pctm̄. Ubi hō visus mulieꝝ ⁊ blandimēta carnis occurrunt in hoc iā desijs anime. ⁊ erga huiusmodi cogitatiōes atq̧ illecebras occupare dari confirmabat indicia. Debere ergo monachos (aiebat) omni genere a cogitationibus suis repellere huiusmodi simulachra indulgere eos oino in hec blandimēta dilabi sensus suos. alioquin nihil interesse videbitur inter eos ⁊ illos qui seculo viuūt. Sed laborādum est monachis vt etiaz naturalem humorem per multam ieiuniorum abstinētiam ⁊ frequentes orationes doment ac superent fluxūq̧ eius labem: orationis ⁊ ieiunij cōmutatione ꝯstringant. Deniq̧ (aiebat) ⁊ qui delitijs viuunt si forte corporis sui egritudo deposcat. ab omnibus qui noxia esse iudicauerit medicus abstinebunt: cur non hec multomagis monachus faciat: cui anime ⁊ spiritus sanitas expetenda est.

De Nytrie monasterijs.

VEnimus autem ⁊ ad nytriam famosissimum in omnibus egipti monasterijs locum: qui quadraginta fere milib⁹ adest ab alexādria ex nomine vici adiacentis in quo nytrum colligitur: nytrie vocabulum trahens prospiciente hoc credo iaz nunc diuina ꝓuidentia: ꝙ in illis locis peccata hominū tanq̄ nytro sordes abluenda essent ⁊ abolenda. In hoc igitur loco quingēta fere: aut non multominus cernūtur vicina sibi ⁊ sub vno parte posita monasteria: in quibus aliqui plures: alij pauci: nonnulli etiam singulares habitant: ⁊ māsionibus quidem diuisi: aio autē ac fide ⁊ charitate valde coniūcti ⁊ inseparabiles manent. Huic ergo cum appropinquaremus loco vbi peregrinos fratres aduentare senserunt serui dei: cōtinuo velut examē apud singuli quiq̧ ex suis cellulis prorūnt: atq̧ obuiam nobis leto cursu ⁊ festina alacritate contēdunt: portātes secuz ꝙ plurimi ipsorū vreeos aque ⁊ panes: scd̄m ꝙ ꝓpheta corripiens quosdam dicit: quia nō existis filijs israel in obuiam cū pane ⁊ aqua. Tunc deinde susceptos nos adducūt prio cum psalmis ad ecclesiaz: lauāt pedes ac singuli quiq̧ lintheis quibus vtebantur abstergūt quasi vie laborem leuātes: re autez vera vite humane erūnas misticis traditionibus abluētes. Quid ergo nūc de humanitate eorum: quid de officijs: quid de charitate loquar cum omnes gestirent nos ad suū quisq̧ introducere monasterium: ⁊ non ea solū que hospitalitati debētur expleri sed ⁊ insuper aut de humanitate que ipsi pollebāt docere. aut de māsuetudine atq̧ alijs huiusmodi bonis: que apud illos velut ad hoc ipsuz de seculo sequastratos: diuersa quidem gratia: vna tamē eademq̧ doctrina discūtur. Nusq̄ sic vidim⁹ florere charitatez. Nusq̄ sic vidimus opus feruere misericordie: ⁊ studiū hospitalitatis ipleri. Scripturarum vero diuinarū meditationes: intellect⁹ atq̧ scientie diuine: nusq̄ tāta vidimus exercitia vt singulos pene eorum oratores credas in diuina esse sapientia.

De loco qui dicitur Cellia.

POst hunc vero alius est locus in deserto interiori: decem fere ab hoc milibus distans: quem locum pro multitudine dispersarum in heremo cellularū: cellia nominauerūt. Ad hunc locū hi qui prius ibi fuerūt imbuti: ⁊ secretiorem iam depositis rudimentis ducere volunt vitam secedunt. Heremus eniz est vasta ⁊ cellule tanto inter se spacio direpte diuiduntur: vt neq̧ in conspectu sibi inuicem neq̧ in vocis auditu sint posite. Singuli per cellulas commanent silentium ingens ⁊ quies magna inter eos est: die tantum sabbati ⁊ dominica in vnum ad ecclesiam conueniunt: ⁊ ibi semetipsos inuicez tanq̄ celo redditos vident. Si quis forte in conuentu illo defuerit: intelligunt statim eum corporis aliqua inequalitate detentum: ⁊ ad visitandum eum non omnes simul: sed diuersitate temporis omnes adeunt: portantes vnusquisq̧ si q̄d apud se est: quod ergo ei possit gratum videri. Aliam vero ob causam nullus audet proximi sui obturbare silentium: nisi siquis forte qui potest verbo instruere: et velut athletas in agone positos sermonis consolatiōe vngere. Multi ipsorum a tribus ⁊ quattuor milibus passuum ad ecclesiam conueniunt: ita longo a semetipsis spacio habitationis eorum cellule dirimuntur: sed charitas in eis tanta est: ⁊ tanto inter semetipsos ⁊ circa omnes fratres constringuntur affectu: vt in ammiratione ⁊ in exemplo sint omnibus. Unde et si quis forte voluerit habitare cum eis: vbi intellexerint vnusquisq̧ cellulam suam offert.

De sancto Ammonio abbate.

VIdimus quendam apud eos venerabilem patrem Ammonium nomine: virum inquem dominus omnem plenitudinem spiritualium contulerat gratiarū. Charitatis in eo gratiam si videres: nihil tale vsq̄ vidisse te crederes. Sed ⁊ si humilitatem cōsiderares: longe cuz in hoc dono prestantiorem ce-

teris faterctis. Et rursus si patiētiā: si mansuetudi
nem: si benignitatem in singulis eum ita precellere
iudicares: vt quid cui preferri debeat ignorares.
Donum vero sapientie τ scientie tantum ei contu
lerat dominus vt nullum fere ex omnibus patrib⁹
ita penetrasse aulas tot⁹ scientie crederes: nec ita
aliquē receptum esse intra cubiculum sapientie dei
omnes quicunq̄ eum viderent fateren̄t. Huic erāt
duo fratres Eusebius et Eutimius. Nam dioscorus
qui maior natu in eis fuerat ad episcopat⁹ officium
raptus est. Hi ergo fratres erant ei non solum
carne. sed et vita atq̄ institutione τ tota animi
virtute germani. Qui omnes simul eos qui in illis
locis habitabant fratres tanq̄ si nutrix foueat filios
suos. ita vnum quenq̄ instruentes consolabātur:
τ docentes ad summam perfectionem nitebantur
educere. ¶ Vidimus ergo supradictū hominē
dei Ammonium habentem monasterium inter eos
muro circundatum: quod in illis locis ex lateribus
crudis fieri facile solet amplū τ omnib⁹ necessarijs
instructū: in quo etiam puteum ipse foderat. Venit
autem quidam frater qui saluari apud eos volens
adijt eundem Ammonium rogans sicubi esset cellula
vacans: in qua habitari posset. Tunc ille. (Ego)
inquit) requiram: sed donec inueniā hic esto in hoc
monasterio. Ego enim iam nunc egrediar vt requiram.
Et relinquens ei omnia pariter cum monasterio
ipse procul ab eo loco paruissimam cellulam reperit:
atq̄ in ea constituit: fratriq̄ qui nuper aduenerat:
nec intelligenti ex integro cū omnibus que
in eo fuerant cessit monasterio. Sed τ si plures fuissent
qui forte venientes ad eos saluari cuperent:
supradictus vir fratribus congregatis omnibus cū
alacritate iuuantibus sub die vna monasteriū construebant.
Et cum singulis quibusq̄ expleuisset numerum
monasteriorum: inuitabantur hi qui mansuri
erant ad ecclesiam: quasi refectiōis gratia: quibus
nihi occupatis vnusquisq̄ fratrum de cellulis
suis proferētes que necessaria erant singulorū nouas
cellulas instruebant: ita vt ex collatione charitatis
nihil omino vel vtensilium: vel que ad victum
requiruntur deesset: nec tamen manifesta fieret vniuscuiusq̄
oblatio. Regressi ergo ad vesperā hi quib⁹
fuerant cellule preparate inueniebant posita omnia
que ad vsus essent necessaria: τ ita instructa habitacula
vt nihil prorsus deesse prospicerent.

¶ De sancto didimo.



Vidimus inter eos quendam ex
senioribus virum bonum nomine
Didimū: in quo multa erat
domini gratia quam in eo etiā
vultus ipse indicabat. Hic scorpiones
τ cerastas: id est bestias
quas cornutas vocant τ angues:
que in illis locis pro feruore
solis acerrimi habentur: tanq̄ terre quosdam vermiculos
pedibus conculcabat et ita extinguebat:
vt nihil ab eis omnino pateretur.

¶ De sancto Cronio.




Vidimus etiam alium apud eos
summe antiquitatis patrē Cronium
nomine: in senectute bona
τ perfecta etate durantem: centum
nanq̄ τ decem agebat etatis
annos. Hic ex discipulis adhuc
beati Antonij superat: cui⁹
inter ceteras animi virtutes et
humilitatis gratiam vidimus immensam.

¶ De santo Origine.



Erat autem τ alius adhuc ex discipulis
Antonij origenes nomine:
vir per omnia magnificus: τ summe
prudentie: cuius sermo τ narratio
de virtutibus optimi magistri
hominis dei edificabat omnes
audientes: τ inflammabat vehementer:
ita vt oculis cerni que ab eo narrabantur
putares.


¶ De sancto Euagrio.



Vidimus ibi τ sapientissimum virū
ac per omnia mirabilē Euagrium
nomine: cui inter cetera
animi virtutes tanta concessa est
gratia discernendorū spiritus
τ purgandarum sicut apostolus
dicit cogitationū vt null⁹ ali⁹ putaret
ex fratrib⁹ ad tm̄ subtiliū
et spiritualium rerū scientiā peruenisse. Cui q̄uis
rebus ipsi τ experimētis: τ (quod est super omnia)
per gratiam dei magna collata fuerit intelligentia:
accidit tamen τ hoc vt multo tempore instructu fuerit
a beato Machario. quem famosissimum in dei
gratia: signisq̄ τ virtutibus insignem fuisse omnibus
notū est. Hic ergo Euagrius incredibilis erat
abstinentie: super omnia tamen monebat fratres si
quis forte studium gererent vel humiliandi corporis:
vel fantasias a deo demonū propellandi: ne in
bibenda aqua largiore mensura vterentur: dicebat
enim. Quia si aqua multa corpori īfundat̄: maiores
fantasias generat τ largiora receptacula demonibus
p̄bet. Sz τ multa alia de abstinētia: summa cū
deliberatiōe edocebat. Ipse aūt nō solū aqua parcissima
vtebat̄: sz τ pane penit⁹ abstinebat. Illi v̄o
qui in illis locis morabātur fratres: pane solo τ sale
contenti erant vt in illa omni multitudine: vix inuenires
aliquem qui oleo saltim vteretur. Plures autē
ex eis nec iacētes somnū sed sedētes: τ (vt ita dicam)
in meditatiōe diuinor̄ v̄bor̄ positi capiebāt.

¶ Finit vita sancti Euagrij.

¶ De sancto Machario egyptio.



Narrabant autē nobis quidam ex patribus
qui ibi erant: q̄ in locis illis
duo Macharij quasi duo celi luminaria
refulsissent ex quibus vnus egyptius
genere: τ discipulus beati An

thonij fuit alius alexandrinus. Quibus vt voca-
bula nominis: ita virtutes animi ⁊ celestium gra-
tiarum magnificentia concordabat. Vterqꝫ enim
Macharius abstinentie exercitijs ⁊ virtutibus ani
mi equaliter pollens: hoc solo alius precellens: qꝛ
quasi hereditatem gratiarum ⁊ virtutum beati An
thonij possidebat. Hunc deniqꝫ ferunt: aliquando
cum homicidium in locis vicinis fuisset admissum:
et innocenti cuidam impingeretur crimē admissus
confugisse ad eius cellulam is qui calumniam patie
batur: affuisse etiam eos qui perungebant allegan
tes ⁊ dicentes periclitari seipsos: nisi compreheu-
sum legibus traderēt homicidam. ❡ Is vero cui
crimen impingebatur cum sacramētis affirmabat
conscium se nō esse sanguinis illius. Et cum diu ab
vtraqꝫ parte certamē haberetur. interrogabat san
ctus Macharius vbi sepultus esset qui dicebatur
occisus. Cum designasset locum cum omnibus q̇
ad perurgendum hominem venerunt pergit ad se-
pulchrum atqꝫ ibi fixis genibus inuocato christi no
mine ait ad eos qui assistebāt. Nunc dominus ostē
dat se vere reus est hic qui perurgetur a vobis. Et
eleuata voce ex nomine clamabat defunctū. Cūqꝫ
euocatus de sepulchro respōdisset: ait ad eū. Per
fidem xp̄i te obtestor: vt dicas si ab hoc hoie qui ca
lumniā patitur occisus es. Tūc ille de sepulchro cla
ra voce respōdit dicēs. Non se ab eo esse interfectū
Et cū obstupefacti oēs decidissent in terram ac pe
dibus eius aduoluerentur rogare ceperunt vt in-
terogaret eum a quo esset occisus. Tūc ille hoc (in
quit) nō interrogabo. Sufficit em̄ mihi vt innocēs
liberetur: non est autem meum vt reus prodatur.
❡ Aliud quoqꝫ eius genus miraculi ferebatur. Cu
iusdam e vicino oppido patrisfamilias virgo filia
per fantasias magicas videbatur hoibus in equi-
num animal versa vt putaretur equa esse ⁊ nō puel
la. Hanc adduxerunt ad eum. Tūc ille percunctatur
Quid sibi vellent. Aiunt parentes eius. Equa hec
quam vidēt oculi tui puella virgo ⁊ filia nostra fuit
sed homines pessimi magicis artib⁹ in animal hoc
quod vides eam verterunt. Rogamus ergo vt ores
dominum: ⁊ cōmutes eam in id qd̄ fuit. At ille ait.
Ego hanc quā ostēditis mihi puellam video nihil
in se pecudis habētē. Hoc autē quod dicitis nō est
in eius corpore: sed in oculis intuentium. Fantasie
enim demonum sunt iste: non veritas rerum. Et
cū introduxisset eam cum parentibus suis intra cel
lulā: fixis genibus orare christum cepit: simulqꝫ
et parentes hortabatur secum domino supplicare
et post hec perungentes eam oleo i nomine domi-
ni: omni fallacia visus expulsa virginē videri oib⁹
vt etiam sibi videbatur efficit. ❡ Alia quoqꝫ in-
nio: puella ad eum deducta est cuius obscena cor-
poris ita omni ex parte computruerunt: vt con-
sumtis carnibus interiora quoqꝫ et secreta nature
nudarentur: ac vermium ebulliret inde innume-
ra multitudo: ita vt nec accedere quidam quis-
quam ad eam posset pre fetoris horrore. Hec cum

allata a parentibus et proiecta fuisset ante fores
eius miserans virginis cruciatus: equo animo in-
quit esto filia: hec tibi ad salutem dominus nō ad
interitum dedit vnde prouidendum est magis vt
sanitas tua nullum tibi periculum conferat. Et cū
institisset orationibus p septem cōtinuos dies: et
oleum benedicens in nomine domini perungeret
membra eius: ita eam sanam reddidit vt mulie-
bris in ea nature nulla forma: nulla species appa-
reret. sed esset ei inter viros conuersatio: absqꝫ fe-
minee suspitionis obstaculo. ❡ Aiebant preterea
et aliquando venisse ad eum hereticum quendaȝ
hieracytam quod genus hereseos inuenitur apd̄
egiptum. Hic cum per multam loquendi artē plu-
rimos fratrum qui habitabant in heremo contur
baret ausus esset iam coram ipso fidei sue asserere
prauitatem. Cui cum resisteret senior et contra-
diceret: ille verba simplicia argumentis callidis
eludebat. Sed cum videret sanctus fidem fratrū
periclitari quid op⁹ est (inquit) nos verbis cōten-
dere ad superuersionem audientium. Exeamus
ad sepulchra fratrum: qui nos precesserunt in do-
mino: ⁊ cui nostrum concesserit dominus suscitare
mortuum de sepulchro sciant omnes quia illius
fides probatur a deo. Sermo hic omnibus qui ade
rant fratribus placuit. Processerunt ad sepulchra
hortatur Macharius hieracytam: vt euocaret
mortuum in nomine domini. At ille. Tu inquit qui
preposuisti prior reuoca. Et Macharius proster-
nens se in oratione ante dominum vbi sufficienter
orauit eleuatis sursum oculis suis ait ad deum. Tu
inquit domine quis ex duobus nobis rectam fi-
dem teneat ostende eleuato mortuo hoc. Et cum
hec dixisset: fratris cuiusdam nomen qui nuper
fuerat sepultus euocauit: cui ille cum de tumulo
respondisset: accedentes fratres continuo que su
perposita erant auferunt: et eductum eum de se
pulchro resolutis fasciolis quibus cōstrictus erat
exhibuerunt viuentem. Hieratyca vero vbi hec
vidit obstupefactus in fugam vertitur. Quem
fratres quoqꝫ omnes insequentes: extra termi-
nos terre illius exturbauerunt. Multa etiam
alia ferebantur de eo que nimis prolixa sūt ad scri
bendum: sed ex his paucis etiam cetera eius ope-
ra noscuntur.

❡ De virtutibus alterius Macharij
videlicet Alexandrini.


Alius vero sanctus Macha-
ri⁹ magnificas etiam ipse virtu
tes consummauit: de quib⁹ et
alij nonnulla scripserunt: que
sufficere possunt ad virtutis eius
magnitudinem contuendam: ⁊
ideo nos ea compendio prete
rimus. Ferebant tamen eum
amatorem fuisse heremi sup oēs ceteros: ita vt
etiam vltima et inaccessibilia deserti perscrutatus

At loca vſquequo inueniret (vt ferebatur) locū quē
dam in vltimis heremi cōſtitutū: ⁊ diuerſis ac po-
miferis arboribus cōſitum: ⁊ oībus bonis repletū
vbi etiā duos fratres inueniſſe ferebatur quos cū
rogaret vt paterētur a ſe deduci illuc monachos:
vt ibi habitarēt: qm̄ quidā locus et amenus eſſet ⁊
abūdans in oībus neceſſarijs. Reſpōderunt. Non
poſſe adhuc illuc plures adduci: ne forte veniētes ꝑ
heremū a demonibus deciperentur. Multos em̄
dicebāt eſſe demones in deſerto ac monſtra: quorū
moleſtias ⁊ calliditates ferre multitudo inſueta nō
poſſet. Regreſſus tamē ad fratres cū indicaſſet de
opoꝛtunitate loci multoꝝ inflammati ſūt animi vt
pergerēt illuc cū eo. Sed vbi patres reliqui ſenſe-
runt animos iuuenum cōcitatos: repreſſerunt eos
ſalubrioꝛe cōſilio dicentes. ¶ Locus iſte ſi vere: vt
iactatur a Jamne: ⁊ mābꝛe cōſitus eſt: nō aliud de
eo credēdum eſt: niſi ꝙ diaboli opere ad deceptio-
nem noſtrā p̄paratus ſit. Si em̄ vere vt perhibēt
delitioſus eſt ⁊ abūdās: quid ſperabimus in futuro
ſeculo: ſi hic delitijs fruimur. Et hec atq̄ alia hmōi
dicētes iuuenū feruētes animos repreſſerunt. Lo-
cus autē in quo habitabat ipſe ſanctus Macharꝰ
Scithiū appellatur. Eſt aūt in heremo vaſtiſſima
poſitus diei ⁊ noctis iter habēs de nytrie monaſte
rijs: ⁊ illuc nulla ſemita: neq̄ terrenis aliquibus col
ligitur vel mōſtratur indicijs: ſed ⁊ ſtellarum ſignis
⁊ curſibꝰ ꝑgiť. Aqua raro iueniť ⁊ ſicubi iuēta fue-
rit: odoꝛis qdē diriſſimi eſt ⁊ quaſi bituminea: ſed
ſapoꝛis innoxij. Sūt ergo ibi viri valde perfecti
nec enim patiť tā terribilis locus. niſi perfecti pro-
poſiti habitatoꝛes: ſummeq̄ abſtinētie: charitatis
tamen iter ſe ⁊ erga om̄es (ſi q̄ foꝛte ad eos acceſſe
rint) ſummum ſtudium gerunt. ¶ Fertur deniq̄
cum ſancto Machario vuam quis aliquādo detu-
liſſet: ille qui ſm̄ charitatem nō que ſua ſunt: ſꝫ que
alterius cogitaret ad alium fratrē detulit eam (qui
quaſi infirmioꝛ videbatur) iubet. Tunc ille gratias
egit deo pro fratris officio: ſed ⁊ ipſe nihilominus
plus de proximo ꝙ̄ de ſemetipſo cogitans ad aliū
pertulit: ⁊ ille ite ad aliū. Et ſi cū per oēs cellulas
que longe a ſemetipſis per heremū diſperſe erant
vua circūlata eſſet ignoꝛātibus eis quis eā primo
miſiſſet ad vltimū ipſi deferť: qui eā miſerat. Gra-
tulatus eſt autē ſanctus Macharius ꝙ tantam vi
deret in fratribus cōtinētiam: tantāq̄ charitatem
ad acrioꝛa ſemetipſum ſpiritalis vite extēdit exerci
tia. Ad fidē nāq̄ cōfirmādam nobis affirmatū de
eo eſt ab his qui ex oꝛe eius audierant: ꝙ quodam
tempoꝛe noctis demon ad oſtiū cellule eiꝰ pulſauit
dicēs. Surge abbas Machari: ⁊ eamꝰ ad collectā:
vbi fratres ad vigilias cōgregātur. Sed ille q̄ gra-
tia dei repletus falli non poterat intellexit diaboli
eſſe fallaciam: ⁊ ait. O mendax ⁊ veritatis inimice.
Quid em̄ tibi cōſoꝛtij: q̄d ſocietatis eſt cū collecta ⁊
cōgregatiōe ſanctoꝝ. At ille. Latet ergo te inquit
o Machari ꝙ ſine nobis nulla collecta agiť nulla
q̄ cōgregatio monachoꝝ. Veni deniq̄: ⁊ videbis
opera noſtra. Tunc ille Imperet inquit tibi domi-
nus demon immunde. Et conuerſus ad oꝛationē:
petijt a domino: vt ſibi oſtēderet ſi hoc verū eſſet:
qđ gloꝛiatus eſt demon. Abijt ergo ad collectā: vbi
a fratribus vigilie celebꝛabantur: ⁊ iterū in oꝛatiōe
dominum depꝛecatur. vt ſibi veritatē verbi huius
oſtēdat. Et ecce vidit ꝑ totā eccleſiaꝫ quaſi paruu-
los quoſdā pueros ethyopes tetros diſcurrere huc
atq̄ illuc: ⁊ velut volitando deferri. Mos autem
eſt nobis ſedentibus cūctis: ab vno dici pſalmū cete
ris vel audientibus vel reſpondētibus. Diſcurren
tes ergo illi ethiopes pueri: ſingulis quibuſq̄ ſedē
tibus alludebant. ⁊ ſic vbi duobꝰ digitulis oculos
cōpꝛeſſiſſent ſtatim doꝛmitabat. Si cui vero ī os
immerſiſſent digitū: oſcitare eū faciebāt. Vbi vero
poſt pſalmū ad oꝛandum ꝓceſſiſſent fratres ꝑcur-
rebāt nihilominus ſingulos: ⁊ ante aliū iacentem
in oꝛatiōe quaſi mulierū ſpecie ferebātur ante aliū
quaſi edificātes: aut poꝛtātes aliquid: aut diuerſa
queq̄ agētes apparebāt. Et quecunq̄ demones
quaſi ludēdo foꝛmaſſent hec oꝛātes illis in cordis
ſui cogitatione verſabāt. A nōnullis tn̄ vbi aliquid
hoꝛū agere cepiſſent: quaſi vi quadā repulſi ꝑcipi-
tes deijciebanť: ita vt nec ſtare quidē pꝛoꝛſus: aut
trāſire iuxta eos auderēt alijs vero etiā infirmis
fratribꝰ ſupꝛa ceruices ⁊ doꝛſa ludebant q: nō erāt
in ſua oꝛatiōe itēti. Hec cū vidiſſet ſctūs Macha-
rius igemuit grauiter: ⁊ lachꝛymas pꝛofundēs ad
dn̄m reſpice (ait) dn̄e ⁊ ne ſiles: neq̄ mitigeris deꝰ
Exurge vt diſpergātur inimici tui: ⁊ vt fugiāt a fa
cie tua qm̄ aīa noſtra repletur illuſionibus. Poſt
oꝛonē tn̄ examinādе veritatis gratia ſeoꝛſuꝫ euo-
catis ſingulis q̄buſq̄ fratribꝰ: ante quoꝝ faciē vi-
derat demones diuerſo habitu: ⁊ varijs imaginibꝰ
ludētes: requirit ab eis ſi ī oꝛone vel edificādi co-
gitatiōes habuerit: vel iter agēdi: vel alia diuerſa:
que vnicuiq̄ imaginata ꝑ demones viderat ⁊ ſingu
li eoꝝ ita ꝯfitebātur ī coꝛde ſuo fuiſſe vt ille argue-
bat: ⁊ tūc itellectū eſt: ꝙ oēs vane ⁊ ſuperflue cogi
tatiōes quas vel pſalmoꝝ vel oꝛonū tp̄e vnuſq̄ſq̄
cōceperit ex illuſione demonū fiant. ab his aūt qui
omniꝰ cuſtodia ſeruāt coꝛ ſuum tetri repelluntur
ethiopes. Deo enim coniuncta mens vt in ipſum
pꝛecipue tempoꝛe oꝛationis intenta: nihil alienum
nihil ſuperfluum recipit. Aliud quoq̄ multo ter-
ribilius addebat quod vidiſſet eo tempoꝛe quo
fratres accedebāt ad ſacramēta. Vbi poꝛrexiſſent
ad ſuſcipiendū palmas in nōnulloꝛum manibꝰ pre-
ueniētes ethiopes carbones: deponere: coꝛpꝰ aūt
quod tradi manibus ſacerdotis redire videbatur
ad altare: alijs vero quos melioꝛum merita iura
bant: extendentibus manus ad altare longe rece-
dere demones ⁊ cū ingēti metu effugere: āgelū em̄
domini aſſiſtere videbat altari q̄ cū ſacerdotis ma
nu ſuam quoq̄ manuꝫ in ſacramentoꝝ diſtributio
ne exponeret. Et ex hoc iā permāſit ei a deo gra-
tia iſta: vt in vigilijs fratrū pſalmoꝝ et oꝛationis
tempoꝛe: ſiquis aliud aliquid ſecundū illuſionē de


monū in corde cogitasset: agnosceret: et accedentiū ad altare: vel indignitates: vel merita eius non laterent. Quodā aūt tempore ambo Macharij hoīes dei cū fratris cuiusdā videndi gratia iter agerēt ascēderūt nauigiū quo fluuiꝰ trāsiri solet. In q̄ nauigio erant simul quidā tribuni diuites homines ꝑponētes equos plurimos ac pueros: ⁊ multa secū ministeria habentes. Horū vnus cum videret in vltima nauigij parte vilibus indumētis atq̄ ad omnia expeditos iacere mōachos ait ad eos. Beati estis vos q̄ huic seculo illuditis nec quicq̄ ex eo inq̄ritis nisi indumētū vilissimū parcissimū victū. Tunc vnus de Macharijs respondit ad eū Vere quidem vt dicis qui deū sequunt: illudūt mūdo: sꝫ miseremur vestri: q̄ vobis ecōtrario mundus illudit. Tūc ille cōpunctus sup hūc sermonē. statim vt puenit ad domum suā: derelictis oībus vel distractis que habebat: ⁊ paupibus datis ipse deū sequi cepit ⁊ ad monachorū exercitia pperauit. Sed et multa: vt diximus alia de opibꝰ scti Macharij. Alexandrini mirabilia ferunt: ex q̄bus nōnulla in xj. libro ecclesiastice historie inserta: qui requiret inueniet.

¶ De sancto ammone primo nytrie monacho.



Nitium sane habitationis monasteriorū que sunt i nytria sumptū tradebant ab Ammone quodam cuius animā (cum exiret de corpore) vidit ferri ad celum sanctus Anthonius sicut refert scriptura illa que vitam describit beati Anthonij. Hic igit Ammō locupletibꝰ ⁊ generosis parētibꝰ natus est a quibꝰ inuitꝰ ad nuptias cogebatur. Et cum vim parentū nō posset effugere. accepta virgine cū intra nuptiales thalamos conuenissent: ⁊ data eis essent cubiculi secreta silentia: alloqui puellā de pudicitia ⁊ ꝯseruāda virginitate cepit ⁊ hortari dicēs. Quia corruptio sine dubio inueniet corruptionē: incorruptio vero incorruptionē sperat. Multo meliꝰ ē si vterq̄ nostrū in virginitate pduceret: q̄ vt alter corrūpatur ex altero. Acquiescit virgo silētio tegitur incorruptionis thesaurus. Cumq̄ plurimo tempore solius dei contēti testimonio deo magis essent q̄ carni ⁊ sanguini cōiūcti: post obitū parentū: ille quidē ad hunc vicini deserti secedit locū virgo vero intra domum residens in breui ⁊ ipsa multitudinem virginum et ille multitudinem monachorum congregabat. Cumq̄ secretius resideret in heremo adolescens quidam qui morsu canis rabidi in rabiem versus est: multis vinctus cathenis ad eum deducitur prosequentibus eū parentibus suis: ⁊ rogantibus pro eo. At ille quid (inquit) mihi molesti estis o homines? Supra merita mea ē quod expetitis: sꝫ tamē hoc vobis indicare possum: q̄ in manibꝰ vestris est eius sanitas. Reddite vidue bouē suum quē furati estis: ⁊ sanus reddetur vobis filius vester. At illi extimuerūt quidē valde: q̄ ea que in secreto gesta sunt nō latuerūt hominē dei. Reuisi sunt tamē q̄ hanc eis viam salutis ostēdit. ⁊ sine mora vt reddiderūt direpta: orante homine dei etiā iuueni sanitas redijt. Alio quoq̄ tempore cū venissent ad eū quidā probare volens animos ipsorū dicit dolium sibi esse necessarium: vbi aquā pro aduenientibus congregaret. Et cum polliciti fuissent laturos se: vnꝰ ex ipsis graue sibi duxit: dicens periclitare posse camelum suū si ei tā graue onus imponeret. Et ait ad alterum. Tu si vis aut potes defer: ego camelo meo parcā ne moriatur. Tūc alter ait. Mihi inquit. vt ipsi nosti camelus non est: sed asinus. Numquid quod camelus portare nō potest: valet asinus portare? At ille facito inquit quod vis tu videbis. Ego eū nō in terrimā cameli mei. Tunc ille: ego inquit impono asino meo pondus: quod tu camelo tuo onerosum dicis: ⁊ merito homini dei satisfaciam quod impossibile est esse possibile. Et ita impositū dolium asino suo peruenit vsq̄ ad monasterium hominis dei: ⁊ ita vt nec sentiret asinus se aliquid oneris portare. Quem vt vidit Ammon. bene fecisti inquit in asino deferens dolium: college enim tui camelus mortuus est. Et regressus inuenit ita gestum vt predixerat famulus dei. Sed et multa alia per eum signa dominus ostendit. Nā ⁊ fluuium nylum cū trāsire vellet: ⁊ exuere se erubesceret virtute dei subito in alteram ripam translatus dicitur Beatꝰ autē Anthonius in summa ammiratione vite huius iusticiam: atq̄ animi eius virtutes habuisse memoratur.

¶ De sancto pyamone.



Non autē mihi videtur dignum etiā eius heremi habitatores: que parthenio mari adiacet vicina ē oppido quod dyolcho dicitur silētio preterire. In quo vidimus quēdā pbyterū admirabilē nomine Pyamonē totꝰ humilitatis ⁊ benignitatis virū habētē etiā reuelationum gratiam. Deniq̄ cū quodam tēpore domino sacrificia offerret: vidit angelū dei stantem iuxta altare: ⁊ vniuscuiusq̄ monachorū accedentium ad altare: scribentē nomina in libro. quē tenebat in manibus quorūdā tamē nomina nō scribentem. Cumq̄ diligenter obseruasset senior: q̄ essent quorū nomina non scripsisset posteaq̄ sunt completa mysteria: vniūquēq̄ eorū seorsū vocās perscrutat: quid eis in oculto peccati fuisset admissū ⁊ inuenit ex confessione eorum vnūquemq̄ mortalis peccati obnoxium. Tunc hortatus est eos agere penitentiam: ⁊ semetipsum cū eis ante dominū prosternēs die ac nocte tanq̄ ipse in eorū peccatis esset obnoxius flebat: ⁊ tamdiu permansit cum eis in luctu et lachrymis ⁊ penitentia: donec iterum videret eundem angelum stantem et scribentem ac-

cedentium nomina. Et posteaq omnium scripsit: tunc etiā illos ex nominib⁹ euocantē atq: ad reconciliationem altaris inuitantem. Et vbi hec senior vidit: intellexit eorum susceptam esse penitentiam: et sic eos a altari tota cū gratulatione restituit. Huic etiā quodā tempore ferebant a demonibus ita verberatum: vt stare aut moueri omnino de loco non posset. Et cum dies adesset dominica: et res posceret offerri sacrificium iussit se fratrum manibus ad altare portari. Ubi cum in oratione iacuisset astantem continuo vidit angelum domini qui stare solebat altari: et porrigentem sibi magnum atq eleuantem se de terra: et statim dolor omnis ita ab eo discessit: vt solito sanio redderetur.

¶ De sancto Johanne.



Rat i ipsis locis vir sanct⁹ ac totius gratie domo replet⁹ Johānes nomine: in quo tāta erat cōsolationis grā: vt quacūq mesticia: quocūq tedio oppressa fuisset anima paucis eius sermonibus alacritate et leticia repleret. Sed et sanitatū gratia plurima ei a deo donata ē. In alijs quoq q plurimis locis egypti: sparsim vidimus sanctos dei virtutes multas et mirabilia faciētes et gratia dei plenos: sz paucos ex multis memorauimus. De omnibus enim explicare supra vires nostras est. Nam de his qui in superiore thebaida. idest circa ipsam syrenē. habitare dicuntur: auditu solo comperimus: q his pene omnibus quos vidimus: celsiores illi et magnificentiores habebantur. Accedere vero ad ipsos p itineris periculo nequiuimus: q: quāuis omnia illarum partium loca latronibus incursentur: illa tñ que vltra ciuitatatē lyco sunt etiam barbaros patiūtur. Et ideo nullus nobis ad eos accessus fuit q: re vera nec eos quos superius memorauim⁹: absq periculo vidimus.

¶ De periculis itineris ad heremos.



Epties namq in hoc itinere periclitati sumus i octauo autē sicut scriptus est: nō obtinuit nos mali deo nos in omnibus protegēte. Demq semel p quinq dies ac noctes incendētes p heremū: siti ac lassitudie periclitati sum⁹ Alio quoq tēpore incurrimus loca in quib⁹ est cōualis quedam humorem ex semet ipsa gignēs salsus quē cōtinuo calor solis velut hyemalem pruinam in glaciem: ita in salem stringit: et tanq sudes acutas ex ipso sale: efficit atq ita omnia illa exasperant loca: vt non solū nudos pedes vt habeamus nos: sed et calciamentis munitos: terebret ac secet. In his ergo inuente magno cū periculo vix euasimus. Tertio cum nihilominus per heremum pergeremus: incurrimus valē quādam humorem et seme tipsa similiter gignētem sed intra semetipsaz cum seruātē cuius solū latum et fetidum ceno repletum transire cupiētes vsq ad latera descendimus. Cumq pene ibidem in eadem mergeremur: exclamantes ad dominū vocē psalmi protulimus: dicētes: Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vsq ad animam meam. Infixus sum in limo pfundi: et non est substantia. ¶ Quartū periculum in aquis quibusdam que ex inundatione fluminis nyli remanserant: in quibus triduo continuo afflicti vix euadere potuimus. ¶ Quintum periculum fuit nobis a latronibus cuz secq mare iter pageremus: qui per decē milia passuum insequētes nos: quos perimere ferro non potuerant: pene exanimes reddiderunt per fugam. ¶ Sextum discrimen nobis in ipso flumine nylo fuit: in quo nauigātes pene submersi sumus. ¶ Septimum in stagno quod marethse vocabulo appellatur: vento seuiente in insulam quandam eiecti sumus hyeme grauissima super nos et tempestate fluente. Erat enim tēpus quo epiphaniorum dies celebrantur. ¶ Octauum aūt fuit: q cum a nytrie monasteria venirem⁹: locum quendā incidimus in quo refluens nyli aqua residens velut stagnum quoddam effecerat in quo multe bestie: pcipue cocodrilli plurimi erant. Qui cum ad temperiem solis exissent: resoluti circa ora stagni iacebāt: ita vt ignorantibus nobis mortui viderentur. Et cum ac cederemus ad videndū mirandamq magnitudinem bestiarum: quas exanimes putabamus: continuo vt sonum pedum senserunt excitare: irruere et isectari nos vehementer ceperūt Nos autē magno cū clamore et metu nomen christi inuocauim⁹: cuius misericordia affuit: et bestie que contra nos insurrexerunt: quasi ab angelo repellēte: in stagnū protinus proiecte sunt. Nos autem cursu cōcito ad monasteria festinauimus gratias agentes deo nostro qui nos de tantis periculis liberauit: et tāta nobis ostēdit mirabilia. Ipsi gloria et honor et potestas et imperiū: i secula seculoz. Amē

¶ Finit vita et cōuersatio sanctorū patrū egyptiorum: et qui in scithia et thebaida morabantur: quēadmodū beat⁹ Hieronym⁹ multo labore cōspexit et relata a fide dignis audiuit. Et diligēter cōscripsit ¶ Incipiunt gesta sanctorū patrū egyptiorū scithie et thebaide: que beatus Hieronymus autētice conscripta reperit: et greco fideliter inlatinum transtulit: immo etiā ab alijs translata in vnū collegit.


¶ Prologus beati Hieronymi presbyteri in vitam sancti pauli primi heremite.



Nter multos sepe dubitatū ē: a quo potissimū monachorū heremus habitari cepta sit. Quidā enī altiꝰ repetētes a beato Helya et Joanne pncipalia sumpsisse dixerunt quorum et Helyas plures nobis videt fuisse q monachus et Joannes ante prophe

tare cepisse quam natus esset. Alij autem in quam etiã opinionẽ vulgus omne cõsentit: asseriũt Anthoniũ huius propositi caput: quod ex parte verum est. Nõ enim tam ipse ante omnes fuit: quam ab eo oim initiata sunt studia. Amathas vero et macharius discipuli Antonij: e quibus superior corpus magistri sepeliuit: etiam nunc affirmãt Paulus quendam thebeũ principem rei istius fuisse: sed non nominis quã opinionem nos quoque probamus. Nõnulli et hec et alia prout voluntas tulit: iactitãt sub terraneo specu crinitum calcaneo tenus hominem et multa alia psequi ociosum est incredibilia fingẽtes. quorũ quia impudẽs mẽdacium fuit repellenda quidẽ eorum sinia videt. Igitur quia de Anthonio tã greco quam romano stilo diligenter memorie traditũ est: pauca de Pauli primi heremite principio: et fine scribere dispo sui magis quia res omissa erat: quam fret ingenio. Quo mõ aũt i media etate vixerit: aut quas sathane ptulerit insidias nulli hoim compertum habetur.

¶ Incipit vita sancti Pauli primi heremite.



Sub decio et valeriano persecutoribus. quo tempore Cornelius Rome. Cyprianus carthagine felici cruore damnati sunt. multas apud egyptũ et thebaidam ecclesias tempestas seua populata est voti tunc christianis erat pro eo nomine gladio percuti. Verũ hostis callidus tarda ad mortẽ supplicia cõquirens animas querebat iugulare non corpora. Et vt ipse qui ab eo passus est. Cyprianus ait volẽtibus mori nõ permittebat occidi. Cuius vt crudelitas notior fiat duo memorie causa exempla subijcimus. Perseuerantem in fide martyrem: et inter eculeum flammasque victorem iussit melle perungi et sub ardẽtissimo sole ligatis post tergum manibus reponi scilicet vt muscarum aculeis cederet: qui ignitas sartagines ante superasset. Alium iuuenili etates florentem in amenissimos hortulos precepit adduci: ibique inter candentia lilia et rubẽtes rosas cum leni murmure iuxta serperet riuulus: et molli sibilo arborũ folia vẽtus stringeret: sup stratum plumis lectulum resupinari iussit: et ne se inde posset excutere blãdis sertorum nexibus irretitum relinqui. Quo cũ recedentibus cunctis meretrix speciosa venisset: cepit delicatis stringere colla cõplexibus et quod dicto quoque scelus est: manibus attractare virilia vt corpore in libidinem cõcitato se victrix impudica supiaceret. Quid ageret miles christi aut quo se conferret nesciebat quem tormẽta nõ vincerat ne superaret abhominata voluptas. Tandem celitus inspiratus: precisam morditijs linguam in obsculãtis se faciem expuit: ac si libidinis sensum succidẽs: doloris magnitudo sũpuit. ¶ Per idẽ ergo tẽpus quo talia gerebãtur apud inferiorẽ thebaidã cũ sorore iã viro tradita post mortẽ aborũ parẽtũ i hereditate locupleti. Paulus relictus est ãnorũ circiter sedecim: litteris tã grecis quam egyptiacis apprime eruditus: mã sueti animi deũ valde amãs. Sed dũ persecutiõis detonaret procella: i villã remotiorẽ et secretiorẽ recessit. Verum quid pectora humana nõ cogis auri sacra fames? Sororis maritus cepit prodere velle quẽ celare debuerat. Non illum vxoris lachryme: nõ communio sanguinis: nõ spectans cuncta ex alto deus a scelere suo reuocat. Aderat: instabat: crudelitate quasi pietate vtebatur. Quod vbi prudentissimus adolescens intellexit: ad montium secreta confugiens: dum persecutionis finem prestolaretur: necessitatem in voluntatem vertit. ac si paulatim progrediens: rursumque tantundem subsistens: atque idem sepius faciens reperit saxosum montem: ad cuius radices haud grandis spelunca lapide claudebatur. Quo remoto vt est cupiditas hominum audius occulta cognoscere animaduertit intus non grande vestibulum: Quod aperto de super celo. patulis diffusa ramis. vetus palma contexerat: fontem lucidissimum ostendens: tantum modo foras eadem continuo que genuerat terra sorbebat. Erant preterea per extensum montem non pauca habitacula: et in quibus scabre iam incudes et mallei (quibus pecunia furtiua signabatur) videbantur. Hunc locum egyptiorum littere ferũt furtiuam monete officinam fuisse: ea tempestate qua cleopatre iunctus Anthonius est. Igitur adamato et quasi a deo sibi oblato habitaculo: omnem ibidem in orationibus et solitudine duxit etatem: cibum et vestimẽtum palma prebebat. Quod ne cui impossibile videatur: Iesum testor et sanctos angelos eius in ea parte heremi: que iuxta syriã i sarracenis iungitur: et vidisse me monachos et videre e quibus vnus triginta iam per ãnos clausus: ordeaceum panẽ mãducabat: et luculẽtam aquã bibebat Alter in cysterna veteri quã gẽtili sermone syri gubba: al's gyppũ vocãt: quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Hec incredibilia videntur his qui nõ crediderit omnia possibilia esse credentibus. Sed vt ad id redeam vnde digressus sum: cũ iam centesimo tertiodecimo etatis sue anno beatus Paulus celestem vitã in terris ageret: et nonagenarius i alia solitudie moraret Anthonius vt ipe asserere solebat hec i mẽtẽ eius cogitatio icidit nullũ vltra se meliorẽ monachorũ in heremo consedisse. At illi per noctem quiescẽti reuelatũ est esse aliũ interius multo se meliorẽ ad quẽ videndum deberet pperare. Illico erũpente luce venerabilis senex infirmos artus baculo regẽte sustẽtãs cepit ire velle quo nesciebat. Et iam media dies coquente desup sole feruebat nec tñ a cepto itinere deducebat dicens. Credo i deũ meũ: quod ſuũ ſuũ quẽ mihi pmisit ostẽdet nec plura his iterca cõspicat hoiem equo mixtũ: cui opinio poetaruz cẽtauri vocabulũ indidit. Quo viso salutaris impressione signi armat frotẽ. Et et tu ro (iquit) qua nã in parte dei seruus hic habitat. At ille barbarum nescio quid infrendens et frangens potius verba quam proloquens: inter horrentia ora satis blandum quesiuit alloquium:

⁊ cum dextre manus protensione cupitum indicat iter: ac si per patentes campos volitando transmittens se in fugam ex oculis mirantis euanuit. Uerum hoc utrum dyabolus ad terrendum eum simulauerit: an ut solet heremus monstruosorum ferax animalium: istam quoque gignat bestiam incertum habemus. ¶ Stupens itaque Anthonius ⁊ de eo quod viderat secum voluens: ulterius progrediebatur. Nec mora inter saxosum conuallem aut grandem homunculum videt: aduncis naribus: fronte cornibus asperata. cuius extrema pars corporis: in caprarum pedes desinebat. Ad hoc spectaculum Anthonius scutum fidei ⁊ loricam spei bonus preliator: arripuit nihilominus memoratum animal palmarum fructus eidem ad viaticum quasi pacis obsides offerebat. Quo cognito: gradum pressit Anthonius ⁊ quisnam esset interrogans hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego sum ⁊ vnus ex accolis heremi: quos vario delusa errore gentilitas faunos ⁊ satyros ⁊ incubos colit: legatione fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis communem dominum deprecceris: quem pro salute mundi olim venisse cognouimus. nam in vniuersam terram exiuit sonus eius. Talia eo loquente: longeuus viator vbertim lachrymis faciem rigabat: quas magnitudo leticie indices cordis effuderat. Gaudebat quippe de christi gloria: et de interitu sathane: simulque ammirans quod eius posset intelligere sermonem. et baculo humum percutiens: aiebat. Ue tibi alexandria: que pro deo portenta veneraris: ve tibi ciuitas meretrix in quam totius orbis demonia confluxere. Quid nunc dictura es? Bestie christum loquuntur: ⁊ tu pro deo portenta veneraris. Nec dum verba compleuerat: ⁊ quasi pennigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cui ad incredulitatem scrupulum moueat: sub rege Constantio vniuerso mundo teste defenditur. Nam ad alexandriam istiusmodi homo viuus perductus magnum populo spectaculum prebuit: ⁊ postea ne cadauer examine calore estatis dissiparetur: sale infusum ad Anthiochiam: ut ab imperatore videretur allatum est. ¶ Sed ut propositum persequar. Anthonius cepta regione pergebat: ferarum tantum vestigia intuens ⁊ heremi latam vastitatem: quid ageret quo verteret gradum nesciebat. Iam altera fluxerat dies restabat vnum: ut deseri se a christo non posse confideret. Perseuerans secundas in orationibus exigit tenebras: ⁊ sub dubia adhuc luce. non longe intuetur lupam sitis ardoribus anhelantem: ad radices montis irrepere. Quam secutus est oculis: ⁊ iuxta speluncam: cum fera abisset: accedens cepit introspicere: nihil curiositate proficiente: tenebris auferentibus visum. Uerum (ut scriptura ait) perfecta dilectio foras mittit timorem: suspenso gradu ⁊ anhelitu temperato: callidus explorator ingressus est: ac paulatim progrediens sepiusque subsistens sonum aure captabat. Tandem per ceca noctis horrorem procul lumen intuitus: dum auidus properat offenso pede lapidem in strepitum concitabat. Post cuius sonitum beatus Paulus ostium quod patebat claudens sera obfirmauit. Tunc vero Anthonius pre foribus corruens: usque ad sextam et eo amplius horam aditum precabatur dicens. Quis sim. vnde ⁊ cur venerim nosti. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen nisi videro: non recedam. Qui bestias suscipis: hominem cur repellis. Quesiui ⁊ inueni. Pulso ut aperiatur mihi. Quod si non impetro. hic moriar ante postes tuos: certe sepelies vel cadauer meum. Talia perstabat memoratus fixusque manebat. Ad quem responsum Paulus ita reddidit heros: Nemo sic petit ut minetur. Nemo cum lachrymis calumniam facit ⁊ miraris si non recipiam te: cum moriturus aduenerís. Sic arridens patefecit ingressum. Quo aperto: dum in mutuos miserentur amplexus: propriis se salutare ceperunt nominibus: gratie domino in commune ab eis referuntur. Et post sanctum osculum: residens Paulus cum Anthonio: ita exorsus est. En quem tanto labore quesisti putridus senectute membris operit inculta caníeies. En vides hominem in puluerem mox futurum. Uerum quia charitas omnia sustinet: narra mihi queso quomodo se hominum genus habeat. An in antiquis vrbibus noua tecta consurgant quo mundus regatur imperio. An supersint aliqui qui demonum errore decipiantur. Inter has sermocinationes suspiciunt alitem coruum in ramo arboris consedisse. Qui inde leuiter subuolans: integrum panem ante mirantium ora deposuit. Post cuius abscessum eya inquit Paulus. dominus nobis prandium misit. Uere pius: vere misericors. Sexaginta iam anni sunt quod dimidij semper panis fragmenta accepi: verum ad aduentum tuum militibus suis christus duplicauit annonam. Igitur in deum gratiarum actione celebrata: super vitrei fontis marginem vterque consedit. Hinc vero quis frangeret panem orta contentio pene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitij. Anthonius iura refellebat etatis. Tandem consilij fuit ut apprehenso e regione pane: dum ad se quisque nititur: pars sua remansit in manibus. Dehinc paululum aque proni in fonte ore lamberunt ⁊ immolantes deo sacrificium laudis: noctem transegere vigilijs. Cumque iam esset terris redditus dies: beatus Paulus ad Anthonium sic locutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam: olim conseruum meum mihi promiserat dominus. Sed quia iam dormitionis tempus aduenit: et quod semper cupieram dissolui: ⁊ esse cum christo. peracto cursu superest mihi corona iusticie tu missus a domino es: qui humo corpusculum tegas immo terram terre reddas. His Anthonius auditis: flens ⁊ gemens ne se desereret: atque ut comitem talis itineris acciperet: precabatur. Et ille. Non debes inquit querere que tua sunt: sed que aliena. Expedit quidem tibi sarcina carnis abiecta agnum sequi: sed ⁊ ceteris expedit fratribus: ut tuo adhuc instituantur exemplo. Quamobrem perge queso (nisi molestum est) ⁊ pallium quod tibi Athanasius

episcopus dedit: ad obuoluendum corpusculum meum defer huc. Hoc autem beatus Paulus rogauit: nõ q magnopere curaret: vtrum tectum putresceret cadauer an nudum quippe qui tanti temporis spacio cõtectis palmarum folijs vestiebatur: sed vt a se recedenti meroris sue mortis alleuiaretur. Stupefactus Anthonius q de Athanasio z de pallio eius audierat quasi xpm in Paulo vidẽs: z in pectore eius deum venerans vltra respõdere nihil ausus est: sed cũ silẽtio lachrymãs: et osculatis eius oculis manibusq ad monasterium: qđ postea a sarracenis occupatum est regrediebatur. Nec vero gressus sequebatur animũ: sed cũ corpus inane ieiunijs seniles etiã animi frãgerẽt aio vincebat etatẽ. Tandẽ defatigatus z anhelans ad habitaculum suũ: cõfecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli: q ei iã longeuo ministrare ceperãt: occurrissent dicẽtes. Vbitãdiu moratus es pater: respõdit Ve mihi peccatori: q falsum monachi nomẽ fero. Vidi helyam z Joãnẽ in deserto: z vere in paradiso Paulum vidi. Ac si ore compresso: z manu verberans pectus a cellula pallium protulit. Rogantibusq discipulis vt plenius quidnam esset rei exponeret ait. Tempus loquendi et tempus tacẽdi. Tunc egressus foras. z nec modicũ quidẽ cibi sumẽs per viã quã venerat: regrediebatur. Illum sitiens: illum videre desiderãs illũ oculis ac mente cõplectẽs timebat eũ quod euenit: ne se absente debitum xpo spm redderet. Cũq iã dies illuxisset alia z triuz horarum spacio iter remaneret vidit inter angelorum cateruas: z inter pphetarũ apostolorũ choros. niueo Paulum cãdore fulgentẽ in sublime cõscendere. Et statim in faciem pcedẽs sabulum capiti suo supiacebat: plorans atq eiulans Cur me inquit paule dimittis. Cur abis insalutatus. Tam tarde notus quã cito recedis. Referebatq post ea beatus Anthonius tãta se velocitate qđ reliquũ erat vie cucurrisse: instar auis peruolaret. Nec immerito. Nam introgressus speluncã vidit genibus cõplicatis erecta ceruice. et extẽsis manibus in altũ corpus exanime: ac primũ z ipse viuere eũ credens pariter z orabat. Postq uo nulla vt solebat suspiria precãtis auditu inflexibile osculũ ruẽs intellexit q etiã cadauer sancti viri deũ (cui oia viuunt) officio gestus precaretur. Igit obuoluto z plato foras corpe psalmis quoq et christiana traditiõe cãtatis cõtristabat Anthonius: q serculum quo terram foderet nõ habebat. Fluctuans vario mentis estu: z secũ multa replicãs: si ad monasteriũ reuertar quadriduĩ iter est: si hic mancã: nihil vltra pficiã Moriar ergo vt dignũ est z iuxta bellatorẽ tuũ xpe ruẽs extremũ alitũ fundã. Talia eo aio volẽte: ecce leones duo ex interioris heremi parte cõcurrẽtes: volãtibus p colla iubis ferebãtur. Quibus aspectis primo exhorruit: rursusq ad deũ mẽtẽ referẽs: q̃si columbas videret: mãsit intrepidus. Et illi qdẽ directo cursu ad cadauer beati senis substiterũt adulãtibusq caudis circa eius pedes accubuere fremitu ingẽtis rugiẽtes: prsus vt intelligeret eos plãgere quomodo poterant. Deinde haud procul ceperũt humum pedibus scabere harenamq certatim egerentes: vnius hominis capacem locum effodere: z statim quasi mercedem p opere postulaturi: cũ motu aurium ceruice deiecta ad Anthonium perrexerunt: manus eius pedesq lingẽtes vt ille animaduerteret benedictiones eos a se deprecari. Nec mora in laudatione xpi effusus: q cuz muta quoq animalia sentirent ait. Dñe sine cuius nutu nec folium arboris defluit ne vnus passer ad terrã cadit: da illis sicut tu scis. Et manu annuẽs vt abirent imperauit. Cũq illi recessissent sancti corpis oneri seniles curauit humeros z deposito eo in fossam desup humũ cõgregãs tumulũ ex more cõposuit. Postq autem dies illuxerat alia: ne quid pius herẽs ex intestatis bonis nõ possideret tunicã eius sibi vendicauit: quã in sportarũ modum de palme folijs sibi ipse cõtexuerat. Ac sic ad monasterium reuersus discipulis ex ordine cũcta replicauit: diebusq solẽnibus pasche vel penthecostes semp Pauli tunica vestitutus est. Liber in fine opusculi iterrogare eos qui patrimonia sua ignorãt: q domos marmoribus vestiũt q vno liuo villarũ insuũt predia huic seni nudo qđ vnq defuerit. Vos ex gemma bibitis ille uo cauis manibus satisfecit nature. Vos in tunicis aurum texitis: ille nec vilissimi quidem vestri mãcipij indumẽtum habuit. Sed ecõtrario illi pauperculo paradisus patet: vos auratos gehenna suscipiet. Ille xpi vestem lz nudus seruauit: vos vestiti sericis indumẽtis xpi pdidistis. Paulus vilissimo opertus puluere iacet resurrecturus in gloriã: vos operosis saxis sepulchra premunt: cũ vris opibus fortassis arsuros. Parcite queso vos pcite saltem diuitijs quas amatis. Cur mortuos vros auratis obuoluitis vestibus. Cur ambitio inter luctus lachrymasq nõ cessat. An cadauera diuitum nisi in serico putrescere nesciunt. Obsecro quicũq hec legeris: vt Hieronymi peccatoris memineris cui si dominus opinionẽ daret: multomagis eligere tunicã Pauli cũ meritis eius q regũ purpurã cũ regnis suis.

Finit vita beati Pauli primi heremite.

Incipit prologus Euagrij presbyteri ad Innocẽtium episcopum in vitam beati Anthonij abbatis.



Resbyter Euagrius innocẽtio charissimo filio in dño salutem. Ex alia in aliã linguã ad verbũ z expressa trãslatio sensus operit z veluti letũ gramẽ sata strãgulabat. Dum enim casibus z figuris seruit oratio: qđ breui poterat indicari: smone lõgo ãbitu circũacta vix explicat. Hoc igit ego vitans vitam beati Anthonij te petente transposui: ita vt nihil desit ex sensu cum aliquid desit ex verbis. Alij syllabas aucupant et litteras tu quere sententiam.

¶ Incipit prefatio Athanasii episcopi in vitam sancti Anthonii monachi.



deliter imminẽtes: infelicẽ puniũt animã. Si autẽ
alacres fuerimꝰ in dño ⁊ futurorũ bonorum cupido
nos succenderit. si semꝑ oia manibꝰ dei cõmittamꝰ
nullus demonum ad expugnãdũ valebit accedere:
magis autẽ cũ munita in xp̄o corda conspexerint:
cõfusi reuertunt. Ita ⁊ iob firmatũ in dño diabolꝰ
refugit: ⁊ infelicissimũ iudã expoliatũ fide: vinculis
captiuitatis innexuit. Vna est enĩ ratio vincẽdi ini
micũ leticia spiritualis: ⁊ anime dñm semꝑ cogitã-
tis iugis recordatio: que demonũ ludos quasi fu-
mũ expellens: persequet aduersarios potꝰ ꝙ time
bit. Non est enĩ nescius sathanas ignũ futurorũ: sꝫ
estuantis gehẽne copiosa nouit incẽdia. Sꝫ vt mea
iam claudat oro: illđ in finẽ cõmemoro. Cũ aliqua
se vobis obtulerit visio: audacter requirite quis sit
ille: ⁊ vñ venerit: ac sine mora si sanctorũ fuerit reue
latio: angelica cõsolatiõe timor verteret in gaudi-
um. Si vero diaboli fuerit oblata tẽptatio: fidelis
anime percũctationibꝰ euanescet. quia maximũ est
securitatis iudicium interrogare quisnam est ⁊ vn-
de. Sic ⁊ naue filius auxiliatorem suum interrogã-
do cognouit: nec Danielem percunctatem latere
potuit inimicus. Postꝙ Anthonius dicendi finem
fecit: letantibus cunctis. in alijs virtutis cupido
exardescebat: in alijs infirma refouebatur fides: ex
aliorum mentibus false opiniones pellebantur: ex
aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur ac-
censio: simulqꝫ cum iam demonium insidias contẽ-
nerent. mirabantur in Anthonio tantam gratiam
spirituuꝫ discernẽdorum: quam domino tribuente
perceperat. Erant igitur in monte monasteria tan
ꝙ tabernacula plena diuinis choris psallẽtium: le-
gentium orantium: tantiqꝫ ieiunandi ⁊ vigiliarum
ardorem cunctorum mentibus sermo eius afflaue-
rat: vt future spei auiditate: ad charitateꝫ mutuam
et misericordias indigentibus exhibendas: iugi stu
dio laborarent: quasi infinitam regionem quandam
et oppidũ a mundana conuersatione seiunctũ: ple-
num pietatis atqꝫ iusticie videbant incolere. Quis
tantum monachorũ agmen aspiciens: virilem illũ
concordie cetum cernens in quo nullus nocens: nul
la detractio susurronis sed multitudo abstinentiuꝫ
et certamẽ officium erat: non in hãc statim erumpe
ret vocem: quam bone domus tue iacob tabernacu
la tua israel tanꝙ nemora obũbrãtia: tanꝙ paradi
sus suꝑ fluuios: tanꝙ tabernacula que fixa sunt do

mino: tanꝙ cedri circa aquas. Dum hec ita geruntur quibꝰ in dies beate vite studiū cresceret Anthonꝰ māsionē in celo positā recordans ⁊ presentis vite despiciēs inanitatē: quasi parua essent quecūqꝫ iaꝫ gesserat: separatus a fratribꝰ instituebatᷣ. Cūqꝫ eū siue cibū siue somnū indulgere corpusculo aut alias nature necessitates cogeret humana cōfectio. miro afficiebatᷣ pudore ꝙ tātaꝫ aīe libertatē modici carnis terminis coercerēt. Nā frequēter cuꝫ fratribꝰ sedēs a cibo qui fuerat appositꝰ memoria esce spiritualis bastrahebatᷣ. Edebat tñ vt pote homo sepe solus: sepe cū fratribꝰ. Et cum hec mira (vt p̄dixi) ageret. cū cōfusione aīe adhibēdū magno pere corpori diligētiā ꝑsuadebat dicēs: nec corpꝰ esse penitꝰ enecāduꝫ: ne operatio cōtra volūtatē creatoris dissolueretᷣ ⁊ ob id omne studiū aīe cōferēdū: ne vitijs superata corporeis ad eternas inferni tenebras truderetur: quinimo indultū sibi propter alteros in carne imperiuꝫ vindicās domiciliū suum: vt apostolꝰ paulus ad tertiū celū sublevaret. Asserebat hoc a saluatore p̄ceptū in quo ait. Nolite solliciti esse corpori qd vestiamini. ⁊ ne quesieritis quid manducetis aut quid bibatis. q: hec gētes q̄rūt vester autē pater nouit ꝙ indigetis his oibus. Querite ergo primū regnū dei ⁊ iusticiaꝫ eius: ⁊ hec oia adijciētᷣ vobis. His rebꝰ transactis: cū ꝑsecutio impijssima maximiani furore vesano vastaret ecclīaꝫ sanctis martyribꝰ alexādriā perductis: relicto ⁊ ipse monasterio secutꝰ est futuras xp̄i victimas: dicēs. Pergamꝰ ad gloriosos fratrū triūphos. vt aut ipsi cōgrediamur aut spectemꝰ alios preliātes. Et amore quidē iā martyr erat: sed cum tradere se vltro non valeret: ⁊ sociari confessoribꝰ in metallis vel incarceribus cōstitutis: magna cū cura ⁊ libertate ingrediētes ad iudicē: exortabatᷣ ne qꝫ errore ipiorꝝ subacti dn̄m negarent. Iāqꝫ sentētia coronatos exultās quasi ipse vicisset: vsqꝫ ad locū felicis sanguinis ꝑsequebatᷣ: Quāobrē motꝰ iudex ob Anthonij sociorumqꝫ eius constantiam precepit nullum penitus monachorum aut obseruare iudicium aut in ciuitate versari. Et ceteris quideꝫ omnibus in illa die placuit abscondi. Anthonius autem impauidus nec lecto persecutoris imperio lauit ependitem. i. scapulare suuꝫ. Et alia die stans in quodam eminēti loco candēte p̄cinctus veste: ꝓcedēteꝫ iudicē suo ꝓuocabat aspectu flagrās cupiditate martyrij ostēdebatqꝫ nobis: cōtēptorē pe͂narꝫ ⁊ mortis ī xp̄ianis animū ꝑseuerare debere intātū vt cōtristaretᷣ: q: volenti pati ꝓ dei noīe martyriū nō dabatur. Sꝫ dn̄s q̄ suo gregi parabat magistrum seruauit Anthoniuꝫ vt institutio (sicuti factum est) monachorum: non solum oratione eius: sed ⁊ conspectibus firmaretur. Nonꝙ tamen a confessorum vestigijs separatus est quia maxima circa eos cura ⁊ charitatis vinculo colligatus magis: carcerem patiebatur exclusus. Postꝙ autē persecutionis turbo deseuierat ⁊ beato episcopo petro iam ob martyrij gloriā coronato ad pristinum monasterium regressus est: quotidianum fidei ac conscientie martyriū merebatᷣ: acrioribus se ieiunijs vigilijsqꝫ cōficiens. Vestimento cilicino intrinsecus de sup pelliceo vtebatᷣ nunꝙ corpus lauās: nunꝙ a pedibus sordes abluens nisi cū per aquas transire necessitas compulisset. Nullus deniqꝫ anthonij corpus nudum anteꝙ moreretᷣ vnꝙ vidit. Quodā autē tempore cuꝫ ab omniū se amouisset oculis: ⁊ clauso monasterio neminem omnino susciperet martinianus militum prepositus cuius filia immūdi spiritus infestationibus quatiebatur pulsans ostium obsecrabat vt suo pignori subueniret ⁊ exiens: deum pro filia deprecaretur. Tunc ille aperire quidem minime voluit prospiciens vero de super ait: o homo quid meū poscis auxilium. Mortalis ⁊ ego sum: ⁊ tue socius fragilitatis. Si autem credis in christum cui deseruio vade ⁊ s̄m fidē tuā ora deum ⁊ sanabitur filia tua. Confestim ille credēs abijt. ⁊ inuocato iesu filiam reduxit incolumeꝫ. Multa ⁊ alia mirabilia per illū dominus operatꝰ est, ⁊ merito: q̄ hec ꝓmisit in euāgelio. petite ⁊ dabitᷣ vobis. inuento qui eiꝰ gratiā merētᷣ accipere suam potētiā nō negauit. Nā plures vexatorꝝ ante monasteriū eiꝰ clauso introitu dormientes fidelibꝰ ꝓ eum ad xp̄m p̄cibus curabātur. Hec illi multitudo veniētiū desideratā solitudinē auferēs tedio fuit. Metuēs itaqꝫ ne signorꝝ copiosa cōcessio: aut suū animū extolleret: aut alios plus de se ꝙ videbāt in ipso cogeret estimare: ad supiorē thebaidā ꝑgere cogitauit: vbi nullus eū agnosceret. Et a fratribus acceptis panibus: sedebat sup fluminis ripā: trāsitum nauis obseruās. Illo talia cogitāte vox ad eū desup facta est dicēs. Anthoni quo ꝑgis ⁊ quare? At ille intrepide q̄si cōsuetā vocē loquētis agnosceret: respōdit. Quī nō sinūt me quiescere populi idcirco ad supiorē thebaidē ire optimū duxi: p̄cipue q: ad ea erigor: que virtutē mee pusillanimitatis excedunt. Et vox ad illū ait. Si ad thebaidē vadas ⁊ ad pastoralia vt cogitas pergas: maiore ac duplicē sustinebis laborē. Si aūt vere quiescere cupis: vade nūc ad interiꝰ desertū. Cūqꝫ Anthonius diceret ⁊ quis mihi locū alium poterit ostendere? Ignarus autem sum locorum. Cōfestim ei vox q̄ loquebatur sarracenos indicauit: q̄ mercādi grā ad egyptuꝫ venire cōsueuerāt. His appropinquās Anthonius: rogauit vt se pariter adducerēt in desertum. Nullus obnisus est: sed tanꝙ a deo missum comitē suscipientes amplexi sunt eiꝰ societatē. Tribus autem diebus ⁊ noctibus itinere cōfecto: inuenit mōtem valde excelsum: ad cuius radices fons aque dulcis habebatᷣ. Et cāpus haud magnus totum ambiens mōtē q̄ palmis ꝑpaucis: ⁊ his neglectis cōsitꝰ erat. Hunc Anthonius locū quasi a deo sibi offerretᷣ amplexus est. Is eñ erat quē sibi ad fluminis ripam sedenti q̄ loquebatᷣ: ostēderat. Et ꝓximo quidē accipiens a comitibꝰ panes solus remāsit in mōte nullo alio ꝗ̄ cū eo cōuersante. Quasi ꝓpriā eñ domuꝫ agnoscēs habebat locū illū. Sarraceni quoqꝫ vidētes eiꝰ fiduciā optato ꝓ eū transitu panes eidē cū

leticia deferebāt: necnon panariū (licet mediocri) attamē aliquāto solatio refouebatur. Exinde cū fratres agnito loco tanꝗ ad patrē filij sollicite alimēta trāsmitterēt: vidēs Anthonius ꝙ ob suū refrigeriū multis onerosus labor indiceret: ⁊ parcens etiā in hoc monachis rogauit vnū de aduenientibus vt sarculū sibi bis acutū cū frumēto deferrat. Quibus allatis circuiens montē haud grādē: culture aptū reperit locū ad quē deriuata aqua de super poterat īfluere. Ibiqꝫ seminauit. atqꝫ exinde annū sibi panē laborans: gaudebat ꝙ sine cuiusꝗ molestia ex proprijs manibus viueret in deserto. Sed cū rursus etiā illuc quidā venire cepissent: misertus est lassitudini eorū: ⁊ olus in paruo terre cespite coluit: vt post asperū inter aliquādo venientes: solatio refouerētur hoc fratrū fuit refrigeriū ⁊ paruulā messē quā bestie que propter aquam illuc adueniebāt depaste sunt: e quibus vnā apprehēdens dixit omnibus. Cur me lediti: nihil a me lese? Abite: ⁊ in nomine dñi ne vt huc appropietis vlterius. Quis nō credat post hāc denunciationē quasi timētes nūꝗ illuc bestias ppinquasse. Sic Anthoniū in penetrabilia mōtiū ⁊ deserti īrestina captātē orationibus etiā deditū introeūtes fratres magnis vix pcibus extorserūt: vt oliuas ⁊ legumē: ⁊ oleū: qđ post mēses aliquot ministrabāt dignaret accipere et senili modicū laxaret etati. Proh nephas quātas ibi cōuersans expertus est luctas vero secū qđ scriptū est nō illi aduersus carnē ⁊ sāguinē fuisse collutatioēs sed aduersum pricipatus ⁊ potestates: ab his ꝗ ad eū: igrediebant: agnouimus. Illic enī tumultus voces ⁊ populi armorūqꝫ sonitus prorsus plenū mōtes demonū multitudine se vidisse referebat: ipsū etiam quasi cōtra inimicos palam resistētem: et fortiter colluctātem. Qui tamen ⁊ aduenientes suo refouebat hortatu: et flexis genibus armisqꝫ orationū omnem sathane prosternebat exercitū. Admiratione plane dignum est: iam inmani solitudine vnum hominē: nec demonum quotidianas expauisse congregationes nec tantarum bestiarū quadrupedū siue reptilium diuerse cessisse feritati. Iuste dauid cecinit. Qui confidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur ineternū. Immobilē ⁊ trāquillam retinens animi firmitatē: ⁊ demones fugabat et feras: sicut scriptum est secum pacificabat. Sed et dyabolus vt supradictus propheta ait obseruās eum: frendebat dentibus suis: ⁊ ille saluatoris auxilio ab vniuersis tutus perseuerabat insidijs.

¶ Quadā ergo nocte cum per vigili cura obsecraret dominum tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit: vt omnes heremi beluas circū se aspiceret. Que cum rugitu oris morsum corpori imminarētur: intellexit hostis astutias dixitqꝫ Si a domino in me vobis est tributa licentia deuorare concessum: si autem demonum huc venistis impulsu: quantocius abite: quia christi famulus sum ita factum est: ⁊ cum iubentis voce omnis bestiarū multitudo quasi maiestatis verbere cederetur: aufugit. ¶ Non multꝫ post hec fluxerant dies ⁊ alia oritur cum eodem hoste certatio. Operāte illo (nā semper: vt venientibus pro his que sibi detulerant aliquod munusculum rependeret laborabat) Die quidam sportelle texebat triciam: siue funiculum. Ad cuius motū exurgens vidit bestiam pubetenus humanā speciem preferentem que exinde in asinam finiebatur. Post cuius aspectum vexillum crucis in fronte suā pingens hoc tantum ait. Christi seruus sum: si ad me missa es nōn fugio nullum in medio spacium. Et statim in forme prodigium dicto ocius cum satellitum turba fugit: ⁊ in medio cursu ruens extinctum est. Ista aūt explosi mors atqꝫ euocatio prodigij demonū erat cōmunis interitus: ꝗ omni studio laborantes Anthoniū a deserto deducere nō valuerūt. ¶ Mirādis plus mirāda succedunt. Non grāde post ista tempus excesserat: ⁊ tantarū victoriarū homo fratrum precibus vincitur. A monachis enī rogatus vt eos dignaretur inuisere: vna cum his profectus est impositis camelo aqua ⁊ panibus: quia nusꝗ preter monasterij locū ex quo hauserat: potabilis aqua per arentē viā reperiebatur. Verū in medio itinere bibēdi subsidia defecerūt: Ardor nimius: estus intollerabilis mortē cuncta minitātur. Circūeunt ⁊ querūt saltim collectā pluuijs lacunā nihil prorsus remedij: nihil occurrit penitus ad salutē. Camelus quasi periturus ⁊ ipe estuās dimittit: estuās pectus exuritur ⁊ sitis desperatiōe feruescit. Mouit senē fratrū cōmune discrimē ⁊ vehemētissime cōtristatus ingemuit. De hinc ad solita prū auxilia cōfugiēs paululū ab eis secessit: ibiqꝫ genibus fixis supplices manus tetēdit ad dñm. Nec mora: ⁊ ad primas rogātis lachrymas in orationis loco fons ebulliens erupit: sibiqꝫ extincta siti ⁊ arētia mēbra refecta sunt: ⁊ plenis vtribus inuentum potāt camelū. Ita enī casu euenerat. vt camelus errans per heremum dū funiculū trahit in quodā lapide eiusdē alligatione funiculi teneret. Tandē confecto itinere ad monachos ꝗ inuitauerant puenit. Tūc hō quasi patri oēs obuiā currunt: ⁊ honorifico salutatu in obscula eius ⁊ amplexus certatim ruūt ¶ Proposito seruēti gaudet Anthonius: ⁊ letantibus de aduentu suo cūctis: quasi encenia de mōte portās spiritualia impertitur alimēta. Laudat veterum studia: hortat nouorū: Sororē quoqꝫ iā vetulam virginē vidēs. ⁊ aliarū puellarum magistram mira exultatiōe sustollitur. ¶ Exinde quasi diu abesset ab heremo rursum festinauit ad mōtē. Plurimis iā ad illū venientibus cū etiā vexati a demonibus malo necessitatis coacti auderēt deserta penetrare quos ille cōsolās ⁊ monachis in cōe precipiēs aiebat. Credite in iesum fideliter: mētē a malis cogitationibus: carnē ab immūdicijs seruate purā ⁊ iuxta eloquia diuina ne seducamini in saturitate vētris. Odite vanā gloriā orate sepissime: psallite vespe et mane ⁊ meridie: ⁊ mādata scripturarū reuoluite. Recordamini gestorū ꝗ sctī qꝫ fecerunt: vt exēpli memoria animā iciter ad virtutē refrenet a vitijs. Sua

debat etiam iugi meditatione retinenduȝ apostoli
sermonē quo ait: sol non occidat sup iracūdiā vestrā
Nō tantū autē super iracūdiā solem occidere non
debere interpretabatur: sed ꝛ super omnia delicta
hominum. ne peccatoruȝ vnꝙ nostrorum aut in no
cte luna: aut in die sol testes abscederent. Illiꝰ quo
ꝙ ammonebat precepti quod dicit. Dijudicate vos
metipsos. ꝛ probate vt rationem diei noctisꝙ fa
cientes: si in se delictū deprehendissent: peccare desi
sterent. Sin autē nullus error decepisset pseuerātes
instarēt potiꝰ icepto ꝙ arrogātia tumidi. aut alios
contēnerent: aut sibi iusticiam vēdicarent: iuxta su
pradicti doctoris eloquium dicētis. Nolite iudica
re ante tēpus magis debere eos christo: cui soli oc
culta patent: reseruare iudicium. Multas esse: vt
scriptum est vias que videntur hominibꝰ iuste: sȝ fi
nes earū ad profunduȝ respicere inferni. Sepe no
stra non posse nos intelligere: peccata: sepe falli in
ratione gestorū: aliud esse dei cuncta cernētis iudi
ciuȝ qui nō ex superficie corporuȝ: sed ex mentium
iudicat archanis. Equū autē esse nos nobis cōpati
ꝛ inuiceȝ onera nostra portare vt cōcesso examine
saluatori pprias cōsciētias nosmetipsos dijudicā
tes intueremur. Necnō precipiebat magnā esse vir
tutis viā: si singuli vel obseruarēt quid regerēt vel
vniuersas mentium cogitationes fratribꝰ referrent
¶ Non eñ posse aliquē peccare. cū relaturꝰ esset
ad aliū quecūꝙ peccasset. ꝛ subire pudorē in publi
cū turpia proferendi. Deniꝙ nullū peccātē coram
alio peccare etiam si peccet tamē testeȝ vitare pec
cati mentiri magis ꝛ negare: ꝛ vetꝰ delictū nouo
inficiēdi augere delicta. ¶ Igiẗ q̄si sub oculis agē
tes nostris: ꝛ cogitatu cōfundimur ꝛ actu si omnia
referēda faciamꝰ: multo autē magis si peccata no
stra fideliter describētes digeramꝰ in ordinē. Tūc ve
ro annotatio delictorū fratrū videbitur oculis: tūc
timebimus peccati maculas: cōsciētie ipsi nos ar
guēt apices. Et quomō meretricibus mēbra miscē
tes cōfundūtur ad p̄sentiā ceterorū: ꝛ nos erubesce
mus ad litterarū scripturas: hec agamꝰ hāc virtu
tis gradiamur viā: ꝛ corpora mentibus subiugātes
perniciosas dyaboli cōteramꝰ isidias. Talibꝰ sermo
nibus hortamētisꝙ: ꝛ venicētes ad se monachos in
citabat ad studiū ꝛ parētibꝰ cōdolebat pluresꝙ eo
rū dominꝰ per antoniū liberauit. Nunꝙ tamē: aut
de incolumitate curatorū est inflatus ad gloriā aut
contristatus de obsessis adhuc corporibus murmu
rauit. ¶ Magis autem eodem semper animo ꝛ vul
tu manens gratias deo referebat: suadens occupa
tis vt correctionē qua vexabātur patiētiꝰ ferrent
Non enim Anthonij aut cuiusꝙ hominuȝ omnino
hanc esse medicinam: sed dei solius: qui. ꝛ quibus
vellet: ꝛ quo vellet tempore daret sanitateȝ. Ita cō
solatione sua ꝛ vexatos equanimiter ferre tempta
tionem ꝛ iam libaratos nō sibi: sed deo gratias re
ferre docebat. ¶ Frontho autem quidam vir ex pa
lestinis qui in festissimo demonio vexabatur. Nam
ꝛ linguam eius laniabat dentibus. ꝛ oculorum nite

batur lumē extinguere: perrexit ad mōteȝ: rogabat
ꝙ beatuȝ senem: vt pro se dominū rogaret. Orauit
Anthoniꝰ: dixitꝙ ad eū. Uade ꝛ curaberis. Illo in
credulo sibi et violenter ibidem cōtra preceptuȝ re
morāti eadē geminabat. Anthoniꝰ dicens. Hic cu
rari nō poteris: egredere ꝛ calcata egypto statiȝ te
misericordia christi consequetur. Tandem credidit
ꝛ profectꝰ est: ac viso egypto fm promissionē senis
quā ei dñs oranti reuelauerat infestatio cessauit ini
mici. ¶ Uirgo vero quedā que a tripolitane regio
nis ciuitate deuenerat: i auditis ac flebilibꝰ morbis
laborabat. Etenī nariū purgamēta oculorū lachry
me auriū putridꝰ humor in terrā cadēs confestim
in vermes vertebatur. Augebat calamitatē corpus
paralisi dissolutū: oculos quoꝙ peruersos cōtra na
turā habens. Hanc parentes eiꝰ deferentes cū ad
Anthoniū monachos tre didicissent credētes in do
mino q̇ pertinacē sanguinis fluxū i euāgelio tactu
fimbrie stare p̄ceperat. Rogauerūt vt miserabilem
filie comitatum susciperent. Illis renitentibus cū
vsꝙ ad Anthoniū perducere: remāsere parētes fo
ris cū filia debili apud' beatū cōfessorē ꝛ monachū
Paphnuciū: qui effossis pro christo oculis: sub Ma
ximiano psecutore tali de honestamēto corpis plu
rimū gloriabatur. Peruenerunt igitur ad Antho
nium monachi. Cunꝙ de morbo puelle referre di
sponerent relationē eorū senis sermo p̄uenit: ꝛ om
nē debilitatis: ꝛ itineris vsꝙ ad sanctū Paphnuciū
causam quasi ipse interfuisset exposuit. Rogātibus
autē euȝ monachis vt parētibus cum filia pmitte
retur ingressus: non cōcessit: sȝ ait. Ite ꝛ inuenietis
puellam si non ē mortua curatam. Et adiecit. Nul
lus debet ad meam humilitatē peruenire: qȝ largi
tio curationum nō est humane miserie. sȝ Iesu chri
sti misericordie: que vbiꝙ in se credētibus prestare
consueuit auxiliū quā obrē ꝛ illa p qua petitis: suis
precibus liberata ē: ꝛ cum ad dominū orarē ego: mi
hi p̄sentia sanitatis eius indulta ē: dixit ꝛ fm verba
eiꝰ puelle incolumitas secuta ē. Nā exeuntes foras
ad beatum. Paphnucium ꝛ filiam sospitē: ꝛ parē
tes letos repererunt. ¶ Non multū autē post istos
dies cum duobus fratribus intereuntibus ad An
thoniū aqua in itinere defecisset. ꝛ vt vno siti mor
tuo alter iaceret in terra morteȝ expectans. Antho
nius sedens in monte celeriter ad se duos mona
chos vocauit. qui forte ibidem sunt reperti. ꝛ festi
nato precepit. vt lagenam aque assumentes . inua
derent iter quod ducit ad egyptum: dixitꝙ. Unus
e fratribus huc aduenientibus modo migrauit ad
dominuȝ alter si nō succurreritis ei addetur. Hoc
enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait. ꝛ iux
ta preceptum eius monachi festinantes extinctum
corpus inueniunt terra pro id operientes alterum
refocillatum suo iunxerunt comitatui. Erat autem
spaciuȝ itineris vnius diei fortasse aliquis hoc que
rat. cur non anteꝙ moreretur. Anthonius dixerit
incongruo prorsus christianis argumēto vtitur.
quia non Anthonij. sed dei fuit iudicium quia ꝛ de

recedente quam voluit sententiam tulit. ⁊ de sitien-
te reuelare dignatus est. hoc tantum in Anthonio
mirabile est. q in monte remotissimo sedens corde
peruigili cuncta procul posita domino iudicante co
gnosceret. ¶ Alio rursus in tempore cum sederet i
monte. ⁊ oculos subito tēdisset in celū vidit nescio
quam animā letantibus in eius occursu angelis. ad
celuz pergere. Cuius spectali nouitate stupefactus
beatꝰ dixit sanctorū chorū. orauitq̄ vt sibi ei p̄sens
agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta in
quiēs istam esse Ammonis monachi animam. qui
nitrie morabatur. Erat autem ammō vir grādeuꝰ
qui perseuerāter a pueritia vsq̄ ad senectutē in san
ctitate vixerat. Itinere quoq̄ dierum. xiij. spacio a
nytria locꝰ in quo sedebat. Anthoniꝰ diuidebatur.
vidētes autē eū monachi ammirantem qui venerāt
deprecati sunt vt causaz hylaritatis ediceret. Qui-
bus ait Modo ammon quieuisse. queȝ propter fre
quentē eius ad Anthoniuȝ cōmeatū. ⁊ propter cele
ritatē indultorum ei a domino signoruȝ optime no
uerāt de quibus etiam hoc vnum dicenduȝ est. Ne
cesse ei fuit aliquādo flumē nomine licū subitis aq̄s
inundatuȝ transuadere: rogauitq̄ theodorū qui cū
ipso erat vt paululū a suo separaretur aspectu: ne
nuditatē corporis inuicem vterq̄ conspicerent. Re
cessit theodorus. Nihilominꝰ ille seipsuȝ cū nudare
vellet erubuit. Cogitantem autē eum in alteraȝ ri
pam virtus diuina trāsposuit. Rursusq̄ theodorus
vir ⁊ ipse deo deuotus transiens ad senem mirari
cepitq̄ tam velociter fluuiū transuadesset. Cumq̄
nihil humoris in pedibus: nihil in vestibus eius aq̄
conspiceret: rogauit eum vt tam incredibilē transla
tionem quasi filio pater exponeret. Nolēte illo di
cere que acciderant amplexus est pedes eius iura-
uitq̄ non se dimissurū priusq̄ sibi id quo celabat re
ferret. Videns ergo senex contentiose vincere volē
tē fratrē: exegit vicissim ab eo vt nulli hoc ante suā
mortē iudicaret atq̄ ita cōfessus ē: se subito in alte
rā ripā fuisse trāspositū: neq̄ omnino vndis impres
sisse vestigia: dominici corporis hoc tātūmodo pri
uilegium asserēs eorū quibus vt ipse apostolo Pe
tro donauerat: vt aquarū leuitate humanū corpus
insisteret. Hec autē theodorꝰ premisso tēpore nō di
xit post eius mortē retulit. ¶ Monachi ergo qui
bus dixerat. Anthoniꝰ de morte ammō: notauerūt
diē ⁊ venientibꝰ de nytria fratribꝰ: post dies trigin
ta sciscitātes repperiūt illo die illaq̄ hora dormisse
Ammō qua animā eius ferri senex viderat vtriq̄ igi
tur puritatē mētis i Anthonio mirati sunt quomo
do rei tā lōge geste statiȝ ad eū fuisset perlata co-
gnitio. ¶ Archelaus quoq̄ comes cū eū inuenisset
i exteriori monte rogauit: vt oraret pro polleratia
publij filia: que i laodicia erat admirabilis: ⁊ christo
dedicata virgo Paticbatur enim pessimos stoma
chi ⁊ latheris dolores quos ieiunijs nimijs vigilijs
q̄ contraxerat et erat penitus tota debilis corpo-
re. Orauitq̄ Anthonius: ⁊ diem (quo oratio fuerat
facta) annotauit archelaus. Rediēs in laodiciam
⁊ inuenit virginem incolumē: Percunctatus diem
sanitatis reperit tempus medele. cum annotatiōe
congruere. Et omnes ammirati sunt agnoscentes
eo tēpore illā a dn̄o fuisse a doloribus liberatā quo
orās Anthoniꝰ p ipsa bonitatē saluatoris inuoca-
uerat. ¶ Sepe etiā ad se venientiū turbarū ante
dies ⁊ menses: ⁊ causas predixit ⁊ tēpora. Nā quos
daȝ videndi euȝ tantū desideriū alios imbecillitas
nōnullos obsessa a demonibꝰ corpora ptrahebant
nemo tamē vnq̄ vexationē: aut detrimentum labo
riosi itineris cōquestus ē: regrediebātur omnes spi
rituali cibo pleni. At ille p̄cipiebat. nō sue laudi hāc
ammirationē ab eis applicari debere s; domini: q̄
sui notionē hominibus p capacitate mortalitatis
indulserit. Quodam autē tēpore cuȝ exisset ad exte
riora monasteria: ⁊ rogatus esset a fratribus: vt in na
ui quidā cum monachis proficiscentibus iret: ascen-
dit: ⁊ solus ex omnibꝰ odorē sensit teterrimū: asse-
rebant cuncti piscium salsorum ⁊ caricaꝝ euȝ in na
ui positarum hunc esse putorem. At ille alterꝰ rei
fetorē se sentire affirmauit: Adhuc loquēte illo: ado
lescēs quidā possessus a demone: q̄ precedēs iuxta ca
rinā se abscōderat repēte exclamauit. Quo statim
per Anthoniū i noie dn̄i iesu christi curato: itellexe
re vniuersi dyaboli illū fuisse putorē. ¶ Aliꝰ quoq̄
ad eum vir inter suos nobilis demoniosus adduci
tur tāta oppressus insania: vt sciret se eē apud An
thoniū: necnō excorpis sui superflua comederet. Quā
obrē rogatus senex ab his qui eū adduxerāt vt p
illo dominum oraret: intātū iuuenis miserie condo
luit vt tota nocte peruigilans cum eo aduersus pa
tiētis insaniā laboraret. Sed cū iā lucesceret: ⁊ obses
sus impetu i Anthoniū facto vehemēter eū impulis
set irasci ceperūt q̄ eū adduxerant cur seni fecisset
iniuriā Quibꝰ Anthoniꝰ ait. Nolite alienā culpā iu
uenī miser ascribere: furor. iste e obsidēti ēnō posses
si. Idcirco aūt i hāc prupit dolēs hostis audaciam
q: dn̄s ad aridā regionē ire eū iussit: ⁊ expulsi satha
ne iudiciū iste aduersuȝ me impetꝰ fuit. Nulla post
v̄ba ⁊ mora: ⁊ adolescēs recepto sensu: ⁊ grās agēs
deo ⁊ locū vbi eēt agnouit: ⁊ toto Anthoniū cōple
xās deosculatꝰ est affectu. ¶ Innūera ⁊ alia istius-
modi. signa sūt: q̄ monachoꝝ cōcordi sepe relatiōe
cognouimꝰ. Verū nō tantū his adhibēdis ē stupor
q: multo plus que sequunt cōditionē nostre fragi
litatis excedūt: Hora circiter nona: cū añ cibū ora-
re cepisset: raptum se sensit in spiritu: ⁊ ab angelis
in sublime ferri prohibētibꝰ trāsitus aereis demoni
bus. ceperūt angeli contradicētes requirere q̄ esset
causa retinēdi nullis existentibus in Anthonio cri
minibus. Illis vero ab exordio natiuitatis replica
re peccā nitentibꝰ: calūniosa angeli ora clauserūt di-
centes: nō debere eos a natiuitate eiꝰ delicta nar
rare: q̄ iam christi essent bonitate sopita: si qua au-
tem scirent ex eo tempore: quo factus est monachꝰ:
⁊ deo se consecrasset: liceret proferri. Accusabant de
mones multa procaciter mentientes: ⁊ cū deessēt
probamenta fallacibus: liber Anthonio consensus

aperitur. Et statim rediens in se: in eo loco in quo
stare ceperat: hoc se rursum vidit esse quod fuerat
Tunc vero oblitus esce ex illa hora noctem gemitu
ac lamentatione transegit reputans secum huma
norum hostiliu̅ multitudine̅: et collutationem tan
ti exercitus et laboriosum per aera iter ad celum: et
hoc apostoli dictum quod ait. Non est vobis collu
ctatio aduersus carnem: sed aduersu̅ principes po
testatis huius aeris. Qui sciens aereas potestates
ob id semper temptare: luctari: et contendere ne no
bis liber transitus esset ad celum hortabatur mo
nens. Assumite arma dei: vt possitis resistere in die
mala: vt nihil mali habens: quod de vobis dicere
possit inimicus confundatur: nos aute̅ apostolici
sermonis recordemur dicentis. Siue in corpore si
ue extra corpus nescio: deus scit. et paulus quide̅ vsq̄
ad celum tertium raptus est: ibiq̄ auditis verbis
ineffabilibus descendit. Anthonius autem vsq̄ ad
aerem sublatus post collutationem liber consen
sus apparebat. Habebat etiam istiusmodi donum
Si cuius rei sedens in mo̅te ignarus fuisset: et eius
secum inquireret notionem: oranti ei a domino re
uelabatur: et erat s̄m quod scriptu̅ est a deo doctꝯ.
¶ Deniq̄ cum a fratribus haberetur iste tractatꝯ
et ab eo sedule sciscitarentur. quemadmodu̅ se post
corpis sarcina̅ anima gereret: quiue ei locus post
exitum concederetur: proxima nocte vox desuper
nome̅ eius inclamitans ait Anthoni exurge: exi et
vide. Qui exurgens egressus est: sciebat enim quibꝯ
respo̅dere deberet. Et eleuatis ad celu̅ oculis: vidit
quendam longum atq̄ terribilem: caput vsq̄ ad
nubes attollentem vidit etiam pennatos quosda̅
euolare cupientes ad celum atq̄ illum extensis ma
nibus prohibere transgressum: e quibus alios ap
prehensos elidebat ad terra̅. alios frustra retinere
contendens dolebat super se ad celestia transuola
re: et maximum gaudium mixtum merore: victi vi
ctoresq̄ tribuebant statimq̄ ad eum vox facta est
dicens. Aiaduerte qd̄ vides. Et tu̅c cepit illumina
to corde intelligere: aia̅ ee̅ co̅scen̅ et dyabolu̅ phibe̅
te̅: qui et sibi retinere obnoxios. et i sanctos q̄s deci
pere no̅ poterat: cruciaret volatu. His visionu̅ exe̅
plis incitatꝯ quotidie ad meliora crescebat. Neq̄
vo id qd̄ sibi reuelatu̅ fuerat cu̅ iacta̅tie: fratribꝯ in
dicabat: sed cu̅ ora̅s iugiter dei laudaret auxiliu̅: in
terroga̅tibꝯ compellebat̄ edicere: nec sp̄uales filios
pura i xp̄o aia occultare q̄cq̄ volebat: p̄sertim cu̅ hu
iusmodi signoꝝ relatio et amore̅ ministraret ppo
to: et fructu̅ laboris oste̅deret. Nu̅q̄ ille: aut ira su
bita co̅citatꝯ patie̅tia̅ rupit aut hu̅ilitate̅ excessit igi̅a̅
Na̅ oe̅s clericos vsq̄ ad vltimu̅ gradu̅ an̄ se orare
co̅pelle̅s. Episcopis q̄ atq̄ p̄sbyteris q̄si hu̅ilitatis
discipulꝯ: ad b̄ndicendu̅ se caput submittebat. dyaco
nos vo q̄ ad eu̅ vtilitatis co̅ueniebant exp̄o adiutorio
coꝝ eis p̄se̅tibꝯ disputaret ad ora̅du̅ dn̄s sibi ppo
nebat no̅ erubesce̅s et ipse dicere. Na̅ et iterrogabat
freque̅ter eos cu̅ q̄bꝯ erat et si aliq̄d ab eis necessa
riu̅ audierat; se fatebat̄ adiutu̅. Habebat au̅t et i vul
tu magna̅ gratia̅: et admirabile a saluatore etia̅ ho
nurꝯ acceperat. Si quis em̄ ignarus eiꝯ inter mul
titudine̅ monachoꝝ cum videre desiderasset: nullo
indica̅te ceteris p̄termissis ad Anthoniu̅ currebat:
et anime puritatem agnoscebat in vultu. et p speculu̅
corpis gratia̅ sancte me̅tis intuebat̄. Na̅ semp hyla
rem faciem gere̅s liquido ostendebat se de celesti
bus cogitare sicut scriptura ait. Corde letante vul
tus floret: sed in merore co̅stituto tristatur. Ita et
Jacob agnouit laba̅ socerum suu̅ insidias sibi ma
china̅tem dice̅s ad filias eiꝯ. No̅ est facies p̄ris vr̄i
sicut heri et nudiustertiꝯ. Sic Samuel agnouit Da
uid letificatos em̄ habebat oculos: et de̅tes sicut ac
candidos. Similiter agnoscebatur Anthonius q̄
semp ea̅dem faciem: inter p̄spera et aduersa retine̅s
nec secundis extollebatur nec frangebat̄ aduersis.
Erat au̅t in vultu amabilis et in fidei puritate mi
rabilis. Nu̅q̄ em̄ scismaticorum se miscuit co̅ioni:
antequa̅ coꝝ scie̅s prauitatem atq̄ tra̅sgressione̅.
Nu̅q̄ manicheis aut alijs hereticis saltim amica
bilia verba largitus est: nisi tantu̅ ea q̄ eos possent
ab iniquitatis errore reuocare denu̅cia̅s taliu̅ ami
cicias atq̄ sermones perditionem esse anime. Sic
etiam arianos detestabatur vt omnibꝯ diceret: nec
iuxta eos quide̅ esse accede̅dum. Nam cu̅ venissent
quidam arrianite reperta post eorum examinatio
nem infidelissima secta effugauit eos de monte di
cens multo serpentibus deteriores horum esse ser
mones. Me̅tie̅tibus au̅t arrianis aliq̄n Anthoniu̅
ita vt se credere. ammiratus eoꝝ audacia̅ et iusti do
loris ira commotus rogatusq̄ ab episcopis atq̄
vniuersis fratribus alexandriam desce̅dit. ibiq̄ ar
rianas publico sermone co̅de̅nauit vltima̅ ha̅c esse
heresim et precursorem antichristi affirma̅s. predica
uitq̄ in populo filiu̅ dei no̅ facturam: no̅ ex vllis in
stantibus sed p̄priu̅ et vnius cu̅ patre substa̅tie. ne
creatura potius aut adoptio. aut appellatio vide
retur impium esse dice̅s vel me̅te co̅cipere. erat q̄n
no̅ erat: cum verbu̅ dei deus. q̄ est semp patri sit co
eternus q̄ ex eo natus est patre q̄ semp est. Unde
aiebat. Cu̅ arrianis vobis nulla sit co̅iunctio. Que
em̄ societas luci ad tenebras? Uos fideliter creden
tes christiani estis. illi verbum id est filium q̄ ex deo
patre est creaturam doce̅tes nullo interuallo a gen
tibus separantur: qui seruiunt creature potius q̄
creatori q̄ est benedictus in secula. Ipsa (mihi credi
te) irascu̅tur eleme̅ta: et ois co̅tra arrianum furore̅
s̄m apostoli dictum co̅gemiscit creatura: q̄ sibi dn̄m
suu̅ p quem omnia facta sunt videat coequari. alias
agrregari. Hec tanti viri predicatio exprimi no̅ po
test quantum ad fidem populos roborauerit. Leta
bantur quippe hostilem et christo inimicam heresim
anathematizari ab ecclesie columna. Nulla tu̅c etas.
nullus sexus domi rema̅sit. Taceo de christianis cu̅
pagani quiq̄. et ipsi ydolorum sacerdotes ad domi
nicum imperiu̅ co̅uolaba̅t dicentes. Deprecamur:
vt videamus hoiem dei: quia hoc apud vniuersos
conspicuum erat nomen Anthonij. ¶ Ambiebant

quoque saltim fimbriam vestimenti eius attingere multum sibi et tactum prodesse credentes. Quot tunc dyabolica obsidione et varijs infirmitatibus liberati: quot simulachris erepta sunt spolia: quanti etiam ab errore gentilium retracti nostro iū. ti sunt gregi? Tanti certe: vt paucorum dierum spacio ex ydolorum superstitione conuersio: omnem per annum credentium vinceret turbam. Preterea cum irruentem multitudinem comites repellerent: existimantes tedio illi conuentū populi fore ipse trāquillo animo dicebat: Nūquid hic cetus demonum maior est turbis. Nunquid obsequentiū multitudo collutatorum in mente nostrorum cateruis est numerosior? Accidit etiam vt cum eum redeuntē circa portam prosequeremur: a tergo quedam mulier clamitaret dicens: Expecta homo dei: filia mea atrocissimo vexat demonio: expecta, obsecro expecta. ne et ego corruens interam. Hoc audito ammirabilis senex a nobis ammonitus: volens tamen et ipse paululum subsistit. Cūque appropinquāte muliere puella iaceret explosa orauit tacitus iesum: et ad comminationem eius statim spiritus impurus egressus est. Puella incolumis: populus in laudibus dei: mater in gaudio fuit. Ipse autē letabatur quia ad desideratam solitudinem repedabat. Erat autem valde sapiens et hoc in se mirabile habebat quia cum litteras non dedicisset ingeniosissimus et prudentissimus: immobilis et mansuetus erat.

¶ Aliquando etenim philosophi duo gentiles venerūt ad eū putātes Anthoniū se posse decipere. Erat enim in superiori monte: Quos cum vidisset paganos intellexit ex vultu: et procedens ad eos per interpretem: ita cepit appellare. Quare tam longe ad stultum homines sapientes se vexare voluerūt Illis dicentibus non esse illum stultum sed nimium sapientem: vigilanter respondit. Si ad stultū venistis. superfluus est labor vester. Si autem putatis me sapientem esse et sapientiam habere bonum est: imitamini que probatis: quia bona conuenit imitari. Si ergo ad vos venissem vos imitarer: sed quia vos ad me quasi ad sapientem venistis: estote sicut ego sum christiani. Abscesserunt philosophi vtrunque mirantes: et acumen ingenij et demonium expulsiones.

¶ Alios quoque similiter mundi sapientes: qui eum irridere cupiebāt: quia litteras ignoraret: tali disputatione colligauit dicens. Respondete mihi. Quid prius est sensus an littere. Et quid cuius exordium. Sensus ex litteris: an littere oriuntur ex sensu? Illis asserentibus: quod sensus esset autor atque inuentor litterarū ait. Igitur sicut sensus incolumis est: hic litteras nō requirit. Quis presentium post hanc collutationen non exclamauerit: cum obstupuerunt: et ipsi qui victi sunt: tātā in imperio litterarum sagacitatem animi ammirātes Neque enim vt insolitudine et montibus versatus: atque omnem ibidem exigens vitam: agrestis et rudis erat: sed iocūdus atque affabilis sermonem secundum apostoli preceptum diuino conditū sale proferebat ita vt inuidia careret. et amore omnium potiretur.

¶ Inter hec quasi parum esset: his gentilitatem fuisse superatam: et tertio venerunt viri omnis secularis prudentie nuge secati: atque vniuersis prophetie studijs artium suarū estimatione doctissimi. Hi cū rationem ab eo exigerent fidei quam in christo habemus: et niterentur arguta sophismarum interrogatione de diuina cruce eum illudere. Intra silentium paululum doce compressa: primum eorum miseratus errorem est. Deinde per interpretem: qui eius verba diligentissime in grecum solebat exprimere sermonē: ita expositus est dicens? Quid pulchrius est quid ve honestius crucem colere: an adulteria: parricidium vel incestum: his assignare quos colitis: cum in altero cōtemptus mortis insigne virtutis fit in altero turpis religio fuit obscenitatis magistra. Quid melius est dicere quod dei verbum manēs vt erat ob salutem nostram humanū corpus assumpserit: vt societates mortalitatis nos eueheret ad celum participesque nature celestis efficeret an vt ipsi asseretis diuine mentis haustum: ad terrena veneranda caput submittere: vt pecudum atque serpentium formis celeste nomen includere. Quo ore christianorum crudelitatem audetis irridere: dicentium christum filium dei sine sui detrimento: et cepisse esse quod non erat: et mānsisse quod fuerat cum ipsi animā de celestibus detrahentes: non tantum hominum: sed et pecudum soleatis sepelire corporibus: christiana credulitas pro salute mundi deum suum venisse testatur: vos vero inatam animā predicantes: vltro citroque trāsfertis. Christiana fides omnipotentiam dei clementiāque veneratur. Cōsequēter incarnationem dicit deo fuisse possibilem: ita tamen vt nō euacuauerit dignatio dignitatem: vos qui animam ex splēdidissimo dei fonte manantem turpiter decidisse iactatis: qui mutabilem et conuertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere: iam illam quoque naturam dominam seculorum per anime cōtumelias impia lingua temeratis. Imago enim que secundum nos naturalem similitudinē sui retinet autoris: cui vna est ex quo defluit: eademque substantia humilitati et proprias et iniurias cōsequenter ad suam originem remittit. Igitur animaduertite contumelias animarum ad patrem: vt appellatis earum: per vestrā blasphemiam redundare. Crux christi domini dei nostri nobis ingeritur. Rogo que hic est religiōis obscenitas? Nonne potius est crucem: aut alicuius generis mortem ab iniquis hominibus illatam patiēter substinere quam isidis plāgere post orisis vagos incertosque discursus. Pudeat queso vos insidiarum typhonis pudeat saturni fuge: et deuorationis crudelissime liberorum. Erubescite parricidium ouis: et incestum erubescite: raptum eius et coitum mulierum atque puerorum. Ille sicut vestri fingunt poete ad explendum immanissime libidinis furorem: molles dedit in amore vagitus: ille in diane fluxit sinus: ipse amator et precium: ille modulatus alos: ledeos petiuit amplexus: ille in propriam seuiens sexum re

gium pueruꝫ miniſtris auibus polluit.¶ Hec vos
creditis:hec colitis:hec ſunt veſtrorum ornamenta
templorum.Ex quo deprecor pro veſtra ſalute:no
ſtra dicta pēſate iudicio.Cūcta an nihil libris credē
da ſunt chriſtianis?Si nihil nec crucis quoqꝫ cui de
trahitis nomē agnoſcitis.Si vniuerſa credēda ſūt
cur cū in hiſdeꝫ libris cruci ſurrectio copulet̄: paſſio
nem diuinam ſtolido laceratis eloquio:⁊ nō ſtatim
ſungitis cecorꝫ viſuꝫ:ſurdorꝫ:auditū claudorꝫ greſſuꝫ
lepre emundationē ſeruiēs ambulāti deo ſuo mare
demonum fugas reſurrectionem mortuorum ⁊ de-
functorum ab inferis reditus.Hec omnia ſcripturis
quas interpellitis inſerta ſunt:⁊ hiſdeꝫ voluminibꝰ
continētur preconia maieſtatis ⁊ mortis.Quāobrē
odio quo ibuti eſtis abiecto inuenictis illico:⁊ deū
verum eſſe ieſum:⁊ ſalutis humane gratia fragilem
aſſumpſiſſe naturā.Veſtram tamen nobis(ſi non
pudet)narrate religionē. Sed quas (o error infe-
lix)poteris referre culturas de tanta rerum fedita
te atqꝫ vecordia niſi forte vt audio fabulas aſſeritis
deorum veſtrorum.⁊ obſcenitates ⁊ crudelitates:⁊
vanitates:⁊ mortes tegētes eas allegoricis velami
nibus:liberum: raptum:terram ꝓſerpine:ſemiclau
dum vulcanum ⁊ debilem ignem: iunonem aerem:
apollinem ſolem:dianam lunam:neptunū maria:et
libidinum principem iouem etherem interpretātes
Nec poſt hanc excuſationis procacitatem deum:
ſed creaturas contēpto creatore ſuſcipitis. Quod
ſi pulchritudo vos elemētorum ad ſuam traxit ve-
nerationem:moduꝫ fas erat cuſtodire ⁊ oportebat
mirari tantum:nec colere ne facture veneratio crea
toris eſſet iniuria. Nam ſecūdum iſtiuſmodi quam
vos ſequimini formam ratio eſt prepoſtera atqꝫ ꝑ-
uerſa:et architecti honor migrauit ad domuꝫ ⁊ me
dici ſcientia ad remedia cōferetur oim quoqꝫ artifi-
cium merita vel laudes ad opera trāſferētur.Quid
ad hec dicitis:vt agnoſcamꝰ que ſit crucis ridicule
vobis ignominioſa ꝯfuſio. Hac diſputatiōe cōuer
tentibus inter ſe philoſophis oculos:ſimulqꝫ muſi
tantibus:ſubridēs Antonius rurſuſqꝫ per interpre
tantem ait.Precdurum nāqꝫ cūcta victor videntur
operi quotiēs iuſto vniuerſe rei tenore calcato:la-
boris merita factis magis ꝙ factoribus aſtruūtur
Elemēta quidem:vt memoraui ex ipſo conſpectu
ſuam comprobāt ſeruitutē. Sed qm̄ vos obſerua-
tione dyalectica neceſſaria(vt putatis)queqꝫ colli-
gitis:hec quoqꝫ artificia:etiā noſtrā religionē com
pellitis affirmare.Reſpondete mihi. Cognitio dei
quēadmodū manifeſtius approbat̄:ꝑ lectionē ver-
borum:an ꝑ operationem fidei.Et quid antiquiꝰ
eſt:operatio fidei:an diſputatio ꝑ argumēta ꝓce-
dens.Illis reſpōdentibus firmiore ſermonibꝰ ope
rationem eſſe:et hāc liquidā de deo cognitionē:bū
eos ⁊ ipſe dixiſſe conſentit: ꝙ operationem que ex
fide deſcēdit animi generat affectus: dyalecticā ꝟo
ex artificio componētium ſumpſiſſe oppoſitionis
exordia.Cū ergo ait operationem fidei aio ſitā qs
habuerit ſupflua erit ꝟborꝫ cōpoſitio ꝑ quam cōce

ptam ſenſu noſtro credulitatem tēptatis euellere:
et tū ſepe noſtras explicare intelligētias nōvaletis
Ita ſolidiora ſunt mentis opera:ꝙ ſophiſmatum
fraudulenta cōcluſio.Nos chriſtiani myſterium vi
te noſtre nō in ſapientia mūdi habemus repoſituꝫ
ſed in virtute fidei:q̄ nobis a deo tributa ꝑ xp̄m eſt
Hanc orationis mee veritatem rerū q̄ quotidie ge
runtur ordo cōmēdat:vobis imperitis ⁊ lrarū ve-
ſtrarum ignaris ad dei cognitionē eius ſolum ver-
ba ſufficiunt.Ecce nos tot gentilitatis gregibꝰ ab
ſtractis in vniuerſum orbē quotidie ꝓpagamur:vo
bis ꝟo poſt aduētuꝫ dñi mō ſe ſophiſmatū deſerūt
verſutie.Ecce nos ſimplicē xp̄i fidē docti ydolatriā
debellauimus:⁊ ꝑ predicationē ignominoſe crucis
aurata templa ceciderūt.Vos ſi poteſtis oſtendite
qua cōtextione ꝟborꝫ gētilitatē xp̄o ꝓponere ſuaſe
ritis.Per oēs iā terras deꝰ dei filꝰ xp̄s eſt agnitꝰ
nihil eloquētia ſophiſmatum nihil diſputatio ꝓbie
multitudini pōt ob eſſe credētiū.Crucifixi noīamꝰ
et vniuerſi demones(quos vos vt deos colitis)fu
giunt:atqꝫ ex obſeſſis corpibꝰ ad primū dñice cru-
cis ſignū fugantur. Vbi ſunt illa fabuloſa oracula:
vbi egyptiorꝫ incantationes quo magorꝫ ꝑfecere
carmina?Certe tūc vaſtata ſunt oīa:cū de ſua cruce
mundo xp̄s intonuit.Nihilominꝰ vos ꝑtermiſſis
beatorū cateruis:glorioſam ieſu mortē irridere co-
namini.Illud aūt quale eſt:ꝙ nūꝙ infeſtatione re-
gali cōcuſſa gentilitas:imo ſeculo chara ⁊ hoim ꝓ-
ſidijs fulta iā corruit.Nos famuli xp̄i quo plus pre
mimur:eo magis aſſurgimus ⁊ floreremus.Veſtra
ſimulachra ornatus quondā ſepta parietibꝰ:iā ve-
tuſtate collapſa ſunt.Xp̄i ꝟo doctrina(q̄ vobis ſtul
titia videt̄ ⁊ ludus)lꝫ tyrānica ꝑſequētiū ꝓncipum
tēptamēta pepulerint.licet varijs ſit incurſata ter
roribus.nullo tū terrarū orbe cōcludit̄ nullo gētiū
barbararū fine ꝓhibetur.Qn̄ eīn diuine ſciētie tan
tus ſplendor illuxit. Quādo tot ſimul in ſe cōuene
re virtutes?cōtinētia in matrimonio.virginitas in
eccleſia.floret martyrū ꝑ dño ſuo glorioſa cōſtātia
quorꝫ oim crux xp̄i principium eſt. Tū interim eos
inter tantos virtutū choros ſyllogiſmorꝫ rethia tē
ditis:⁊ verā rerū lucē tenebroſis conamini argumē
tationibus obuoluere.Ecce nos vt dixit doctor no
ſter nō in gētili ꝑſecutione: ſed in fide aptiſſima ſua
demꝰ q̄ ꝟborꝫ affirmationē ꝑuenire ꝯſueuit.Aſſunt
quippe patiētes a demonibus vexati quos cū i me
dium ꝓduxiſſet ꝟba repetiuit dicēs.Nūc vos colle
ctionibus veſtris:et ſiquo vultis malefico carmine
deos veſtros quos putatis expellite: ſinautē non
poteſtis victas ſubmittite manꝰ:⁊ ad xp̄i trophea
cōfugite ⁊ ſtatim crucifixi credulitatem maieſtatis
potētia ꝑſequet̄.Dixit ⁊ inuocato noie ieſu:cū vi-
tale ſignum in ſacro numero trinitatis preſſiſſet in
frontibus vna cū expulſis demonibus:vana preſen
tium ꝓborꝫ cōfutata ſapientia eſt. Expauerūt eīn
ſtupētes hoiem cui poſt tantum ingenium affuerꝫ
ſignorꝫ diuina largitio.At ille vniuerſa xp̄o q̄ cura-
uerat aſcribēs viſus eſt affectu reciproco et ait.Mo

lite me putare his sanitatem dedisse: xp̄s per ser-
uos suos facit ista miracula. Credite ⁊ vos ⁊ vide-
bitis: q2 deuota deo fides: nõ eloquẽtie vanus tu-
mor: talia signa mereantur. Cõfugite ad crucifixi le
gem: nosq3 eius imitamini famulos: ⁊ hoc scientie
fine cõtẽti: nulla deinceps secularis imprudẽtie ar-
gumẽta queratis. Hactenus Anthonio dicẽte: mi-
ro philosophi stupore perculsi: ⁊ cũ honorifico salu
tatu ab eo recedẽtes: multum eius sibi fatebãtur ꝓ
fuisse cõspectum. Hoc in eo viro mirabile est vt ho
minem in extremo mũdi limite cõditum: ⁊ fauor p̄n
cipum ⁊ oĩs celebraret aula regalis. Nam ⁊ cõstan
tinus augustus ⁊ eius liberi cõstans atq3 cõstanti9
talia cognoscẽtes crebro ad eum quasi ad patrem
missis litteris obsecrabãt vt reciprocis eos scriptis
hylaret. at ille eiusmodi manens: qualis ⁊ anteq̄ lit
tere ad eum venirẽt fuerat: nec salutatione princi-
pium mouebaꝫ ⁊ tanq̄ nõ acceptis litteris cõuoca
tis monachis aiebat. Reges seculi ad nos miserũt
epistolas que hic christianis adhibẽda miratio est
Licet enim diuersa sit dignitas attñ eadẽ nascenti
morientisq3 cõditio est. Illa sunt veneratione omni ꝓ
colenda: illa toto animi affectu retinẽda sunt: q2 ho
minibus deus legẽ scripserit: q2 per filium suum ꝓ
prijs ecclesias ditauerat eloquijs. Que monachis
est ratio cum epistolis regũ. Cur accipiã lr̃as q̄bus
cõsueta nesciã reddere salutationis obsequia. Igiꝫ
rogatus ab vniuersis fratribus: vt christianos re-
ges sus litteris refrigeraret: ne sc3 ꝓ silẽtiũ ei9 exa-
sperarentur. ad susceptas epistolas cõueniẽtia re-
scripsit. Laudauit primum q2 christũ colerẽt deinde
salutaria ꝑsuasit ne magnã putarent regiã potesta
tem: ne presentis carnis imperio tumẽtes: se hoies
esse nescirẽt. ⁊ iudicandos a xp̄o obliuiscerẽtur. Ad
postremum clemẽtie circa subiectos ⁊ iusticie: curã
quoq3 inopum admonuit: atq3 vnũ sempiternũ esse
regem oim̃ seculorum iesum xp̄m epistolis testatus
est. His principes susceptis vehemẽtissime letabã-
tur. ¶ Sãcta quoq3 apud cũctos Anthonij flagra
bat opinio: ita vt eius se filios cupẽrent nominari.
magna etenĩ cũ aduenientibus affabilitas omniu3
in se studium cõuerterat postq̄ ergo gẽtiles cõfuta
ti: reges ammoniti fratres ab eo sunt cõsolatiõe re
leuati ad interiorẽ mõtem: ⁊ ad rigorem solitũ gres
sus est: ibiq3 sepe cum introeuntibus deambulans
ac residẽs stupebat: sicut in daniele scriptum est et
interiectis horarũ spacijs cõsequẽtia respõdebat:
vt intelligereꝫ aliqua reuelationis vidisse secreta.
Nam in mõte positus ea q̄ in egypto longe gere-
bantur ꝓuidẽs epõ Serapioni ibi cõstituto narra
uit. Lamẽtabilis sequiꝫ visio: ⁊ omni9 lachrymaru3
fonte plãgẽda. Cũ enĩ cũ fratrib9 circa se sedẽtib9
operareꝫ. intẽte fixit oculos in celũ gemẽs atq3 su-
spirãs. Et post aliquãtũ spaciũ reuelatiõis incepte
nimio dolore cõtremuit: ⁊ statim fixis genib9 ante
dei vultum ꝓuolut9 orauit: vt clemẽtia sua futuru3
aduerteret scelus. Succedũt orationi lachryme: me
tus ingẽs inuadit ꝓ̄res obsecrãt vt tãte calamita

tis exponeret visionẽ. Singultus occupãt vocẽ: lin
gua fletibus prepeditur ⁊ in medio conatu sermo
gemitu interrũpiꝫ. Vix tñ cũ vociferatione fletuo-
sa ait. Melius erat o filioli impendẽs piaculũ cita
morte lucrari. Sic incipiens rursum lachrymis vin-
citur ⁊ inter egra suspiria tandẽ pectori cõmodãs
vocẽ magnũ inquit quoddam ⁊ vniuersis seculis in
auditũ imminet nephas. Magno fides catholica
turbine subuerteꝫ: ⁊ hoies iumẽtis similes: xp̄i san
cta diripient. Vidi enĩ altare dñi multoꝝ circũdatũ
multitudine q2 crebris calcium ictibus oia dissipa-
bant. Hec est causa gemituum quos audistis. Et fa
cta est vox dñi dicẽs. Abhominabitur altare meum
nec mora visionẽ seq̄tur effectus. Nam post annos
duos seua arrianoꝝ irripit insania. Tũc ecclesiaru3
rapine: tunc diuinoꝝ temeratio vasoꝝ: tunc pollu-
tis ethnicoꝝ manibus sacra polluta sunt ministe-
ria tunc paganoꝝ opificũ ꝓ̄fidia aduersum xp̄m cõ
parat9 cũ assumptiõe palmarũ: qḋ ydolatrie apḋ ale
xandriã insigne est ad eccl̃iam ꝑgere cõpellebãtur
xp̄iani: ita vt arrianoꝝ populi crederẽt. Proch sce
lus horret animus replicare q̄ gesta sunt virginu3
matronarũq3 ereptus pudor: sanguis ouium xp̄i in
xp̄i tẽplo effusus venerẽda respersit altaria: baptis
terum ꝓ volũtate gẽtiliũ pollutum est. Nihil de-
fuit visionis. veritatẽ mõstrauit effectus q2 calcitrã
tiu3 multoꝝ indisciplinatio: arrianoꝝ esset ipietas
¶ S3 istã tristiciã cõsequẽtis reuelatiõis ꝓsperita
te cõsolatus est: ⁊ ait. Nolite filioli merori vos pe-
nitus sedere: vt enĩ iratus est dñs sic rursum mise-
rebitur: ⁊ suũ cito ecclesia recuperabit ornatum: cos
q3 qui in ꝑsecutionibus fidem dñi seruauerint soli-
to videbitis fulgore relucẽtes. Reuerteꝫ ad foueas
suas serpẽtes: ⁊ religio longi9 ꝓpagabitur: tantum
videte ne fidei vestre synceritas arriana labe sorde
scat. Non apostolorum: sed demonum ⁊ patris
eorum dyaboli ista doctrina est ob id ꝑ insipientiã
iumentorum similis pecudum eorum expressus est
animus. Hucusq3 Anthonius. ¶ Sed nos minime
cõuenit diffidere: tam grande miraculum ꝑ hoiem
potuisse ostendi. Saluatoris enĩ promissio est: ita
dicentis. Si habueritis fidẽ vt granũ sinapis dice
tis huic monti trãsfert te: ⁊ transferetur ⁊ nihil im
possibile erit vobis. Et iterum. Amen amẽ dico vo
bis omne qḋ petieritis patrẽ in noie meo dabit vo
bis. Petite ⁊ accipietis. Ipse enĩ suis discipulis ⁊
vniuerso credẽtiũ regi: nũc subiectionẽ dmonũ: nũc
variarũ infirmitatũ pollicẽs curationẽ aiebat. gra
tis accepistis: gratis date: nunq̄d sue virtutis impe
rio curabat Anthonius. Nunq̄d sue possibilitatis
arbitrabaꝫ qḋ fecerat orationib9 nõ preceptis de-
mones morbiq3 cesserunt: ⁊ ad xp̄i dei nr̃i noiatio-
nem semꝑ vniuersa ꝑfecta sunt. Nemo sapientium
sanitatũ admirationẽ ascribaꝫ Anthonio sed dño
iesu q̄ solitã erga creaturas suas exhibẽs beniuolẽ
tiã: nunc quoq3 ꝑ electũ famulũ suũ indulgẽter exer
cuit. Anthoni9 tñ orabat: ⁊ ob vite ei9 merita cũcta
dñs largiebaꝫ. Sepe aũt ⁊ ꝯ volũtatẽ: ad exteriorẽ

monte a fratribus pducebat. Et cu iudices qui ad
interius archisterium ppter asperitate itineris: et
obsequentiu multitudine et horrida solitudinem ire
non poterant: precasio qrerent: vt eius fruerent aspe
ctibus nec impetrare possent: q molestissime fere-
bat veratione discursuz. Ipsos cathenos quos aut
noxietas: aut vigor publicos costrinxerat: ad eum
destinabat: scientes tales ab Anthonio no posse co
temni: quoz fletibus superatus pertrahebat ad ex-
teriorez monte agnoscens labore suum vtilem mi-
seris fore. Suadebatq iudicibus qui eu inuitauerat
vt in snia pferenda: et odio et gratie dei timore ante
poneret: nec ignorare eos debet quod scriptu est.
Quocunq iudicio iudicaueritis in eo iudicabit de
vobis Attame iter medios sermones chare sibi so
litudinis recordabat. Post coacta itaq presentia
tẽpore abdias propheta cẽtum prophetas aluit pa
ne ⁊ aqua. Hinc cito itinere percucurrit nazarã nu-
triculam domini. chanaã ⁊ capharnum signorum eius
familiares. lacũ thiberiadis nauigãte domino san-
ctificatum. ⁊ solitudinẽ in qua multorum populorũ
milia paucis saturati sunt panibus ⁊ reliquijs na-
scẽtium repleti sunt cophini duodecim. tribuũ israel
ascendebatq; montem thabor in quo transfigura-
tus est dominus. aspiciebat procul mõtes heremii
et hermonijm. ⁊ campos latissimos galilee. in qui-
bus sisara ⁊ oĩs ei9 exercitus barach vincẽte p̃stra-
tus est torrens cyson qui mediam planiciem diui-
debat ⁊ oppidum iuxta naym. in quo vidue suscita-
tus est filius monstrabatur. Dies me prius q̃ ser-
mo deficiet. si voluero cũcta p̃currere: que paula ve-
nerabilis fide incredibili peruagata est. Transibo
in egyptum et in sochot atq; apud fontem sanson
(quem de molari maxille dente produxit) subsistam
parumper. ⁊ arẽtia ora colluam vt refocillatus vi-
deam morastim sepulchrum quondam michee pro-
phete nunc ecclesiam: ⁊ ex latere derelinquam cho-
reos: getheos: maresa: idumeã ⁊ lachis: ⁊ per are-
nas mollissimas per gentium vestigia subtrahẽtes
latamq; heremi vastitatem veniam ad egyptii flu-
uium syor: qui interpretatur turbidus: ⁊ quinq; egy-
pti transeam ciuitates: que loquuntur lingua cana-
dithidi. ⁊ terram gessen ⁊ cananeos: in quibus fe-
cit deus mirabilia: ⁊ vrbẽ no. que postea versa est
in alexandriam ⁊ opidum domini nytriam in quo
purissimo virtutum nitro: sordes lauantur quoti-
die plurimorum. Quod cum vidisset occurrente si-
bi sancto ⁊ venerabili episcopo. Isidoro confessore
et turbis innumerabilibus monachorum ⁊ quibus
multos sacerdotalis ⁊ leuiticus sublimabat grad9
letabatur ad gloriam domini: sed se in dignam tan-
to bonore fatebatur. Quid ergo narrẽ macharios:
arsenios. serapiones: ⁊ reliqua columnarum christi
nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorum nõ
pedibus aduoluta est? Per singulos sanctos chri-
stũ se videre credebat: ⁊ quicquid in illos contulerat
contulisse se in domino letabatur. Mirus ardor et
vix in femina credibilis fortitudo oblita sexus ⁊ fra
gilitatis corpore inter tot milia monachorum cum
puellis suis habitare cupiebat: ⁊ forsitan a cunctis
eam suscipentibus imperasset: nisi maius sanctorum
locorum traxisse desiderium: atq; propter feruentis
simos estus de pelusio maynmam nauigatione pre
ueniens: tanta velocitate reuersa est: vt auem pu-
tares. Nec multo post in sanctam bethleem mansu
ra veniens perpetuo: augusto per triẽnium man-
sit hospitio donec extrueret cellulas ac monasteria
ac diuersorium peregrinorum iuxta viam conderat:
in qua Maria ⁊ ioseph hospitium non inuenerant.

Hucusq; iter eius descriptum est: quod multis vir
ginibus ⁊ filia comite peragrauit. ¶ Nunc virtus
eius latius describatur: que ipsius ppria est expo-
nenda deo iudice ac teste: profiteor me nihil addere
nihil in maius extollere more laudantium: sed (ne
rerū excedant fidem) multa retrahere: ne apud de
tractores: ⁊ gemmino semper deuote rodētes finge
re putet ⁊ cornicem esopi alienis coloribus adorna
re: que prima christianorum virtus est tanta se hu-
militate deiecit: vt qui eam videret: et pro celebrita
te nominis videre gestiret ipsam esse non crederet
sed ancillarum vltimam. Et cum frequētibus cho-
ris virginum cingeretur: ⁊ veste ⁊ voce ⁊ habitu et
incessu minima omnium erat. Nunq̄ post viri mor
tem vsq; ad diem dormitionis sue cum vllo come-
dit viro q̄uis eum sanctum ⁊ in pontificali sciret
culmine positum. Balnea nisi periclitās nō adijt:
mollia etiā in grauissima febre lectuli strata nō ha
buit sed sup durissimā humū stratis ciliciolis q̄esce
bat (si tamen illa quies dicenda est) que iugibus pe
ne orationibꝰ dies noctesq; iungebat: illud implēs
de psalterio. Lauabo per singulas noctes lectum
meum lachrymis meis stratum meum rigabo. In
qua vt fontes crederes lachrymarum: ita leuia pec
cata plāgebat: vt illā grauissimorum criminum cre-
deres reā. Cūq; a nobis crebriꝰ moneretur vt par-
ceret oculis: vt eos seruaret euāgelice lectioni: aie-
bat turpāda est facies: quā contra dei preceptū pur
puris ⁊ cerusa ⁊ stibio depinxi: affligēdū est corpus
quod multis vacauit delitijs: longus risus perpeti
compēsandus est fletu. mollia lintheamina ⁊ serica
preciosissima asperitate cilitij commutāda. Que vi
ro ⁊ seculo placui: nunc xp̄o placere desidero. Si in
ter tales tātasq; virtutes castitatem in illa voluero
predicare superfluus videar: in qua (etiā cum secula
ris esset) omnium rome matronarū exēplum fuit:
que ita se gessit vt nūq̄ de illa etiā maledicorū quis-
q̄ auderet fame confingere. Nihil animo eius. Cle
mentius nihil erga humiles blādius fuit. Non ap-
petebat potentes nec tamen superbos ⁊ gloriolaz
querentes studio despiciebat. Si pauperem vide-
rat sustentabat si diuitem ad bene faciendū cohor
tabatur. Liberalitas sola excedebat modum: ⁊ vsu
ras tribuens euersurā quoq; sepe faciebat: vt nulli
stipē rogātium denegaret. Fateor errorem meum
cur in largiendo esset profusior arguebā illud profe
rens de apostolo: non vt alijs refrigerium vt vobis
sit tribulatio: sed ex qualitate in hoc tempore vt
abūdātia vestra sit ad illorum inopiam. Et hoc de
euāgelio saluatoris qui habet duas tunicas. det al
teram non habēti: ⁊ prouidendum esse ne quod libē
ter faceret semper facere non posset: multasq; hu-
iusmodi que illa mira verecūdia ⁊ sermone parcissi
mo dissoluebat testem inuocās dominum se pro fi-
lius nomine cuncta facere: ⁊ hoc habēte voti vt mē
dicās ipsa moreretur: vt vnū nūmum filie non di-
mitteret: ⁊ in funere suo alieno syndone inuolueret
At extremum inferebat. Ego si petiero multos in
ueniam qui mihi tribuāt: mēdicās si a me non acce
perit (que ei possum etiaz de alieno tribuere ⁊ mor
tuus fuerit) A quo anima eiꝰ requiretur. Ego cau
tior in re familiari esse cupiebā sed illa ardētior fide
toto saluatori animo iungebat ⁊ pauperē dn̄m pau
per spiritu sequebat: reddens ei quod acceperat: p
ipso pauper facta. Deniq; cōsecuta est quod opta
bat ⁊ in grādi ere alieno filiā dereliquit: qd̄ hucusq;
debēs nō suis viribus sed christi se fidit misericor-
dia redditurā. Solēt plereq; matronarum buccina
toribus suis dona conferre: ⁊ in paucos largitate
profusa manum a ceteris retrahere: quo illa omni-
no carebat vitio. Ita em̄ singulis suā pecuniā diui-
debat vt singulis necessarium erat: non ad luxuriā
sed ad necessitatem. Nemo pauperum vacuus re-
uersus est. Quod obtinebat non diuitiarū magni
tudinem sed prudētia dispensandi illud semp repli
cans: beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā con-
sequētur ⁊ sicut aqua extinguit ignē: ita elemosyna
extinguit peccata: ⁊ facite vobis amicos de iniquo
māmona qui vos recipiāt in eterna tabernacula et
date elemosynā: et ecce omnia munda sunt vobis ⁊
verba Danielis regē nabuchodonosor premonen-
tis: vt elemosynis redimeret peccata sua. Nolebat
in his lapidibus pecuniā effundere: q̄ cum terra et
seculo trāsituri sunt: sed in viuis lapidibus qui vol
uuntur sup terrā: de quibus in Apocalipsi. Joānis
ciuitas regis magni extruitur. quos in saphirū sma
ragduz ⁊ ceteras gemmas esse vertēdos scriptura
cōmemorat. Uerum hec cōmunia possunt esse cum
paucis: ⁊ scit diabolus non summo culmine virtutū
posita: vnde loquitur ad dominum post amissam
Job substātiā: post euersam domum. post liberos
interfectos. corium pro corio. ⁊ omnia que habuerit
homo dabit pro anima sua. sed extende manuz tuā
⁊ tāge ossa ⁊ carnes eius nisi in faciem benedixerit
tibi. Scimus plerosq; dedisse elemosynā sed de pro
prio corpore nihil dedisse porrexisse egētibus ma-
num sed carnis voluptate superatos. dealbasse ea
que foris erāt. ⁊ intus plenos fuisse de ossibus mor
tuorum. At nō Paula talis que tāte cōtinētie fuit
vt prope mēsurā excederet ⁊ debilitatē corporis ni
mijs ieiunijs ac labore cōtraheret que exceptis fe-
stis diebus vix oleuz in cibo caperet. vt ex hoc vno
estimaretur. Quid de vino ⁊ liquamine ⁊ piscibus ⁊
lacte ac melle ⁊ ouis ⁊ reliq̄s que gustu suauia sunt
iudicarit: in quibus sumēdis quidā se abstinētissi-
mos putāt. ⁊ si his ventrem ingurgitauerit. totam
pudicitiā suspicātur. Semper virtutes sequitur in
uidia. feriuntq; summos fulgura montes. Nec mi-
rum si hoc de hominibus loquar cum etiā dominꝰ
noster phariseorum zelo sit crucifixus. ⁊ omnes san
cti emulos habuerint. In paradiso quoq; serpens
fuerit cuius inuidia mors introiuit in orbē terrarū
Suscitarat ei dominus adā qui eā colaphizaret. ne
se extolleret ⁊ quasi quodam stimulo carnis sepius
admonebat ne magnitudine virtutum altius sape
ret aliarūq; vitijs feminarum se in excelso crederet

constitutam. Ergo alebam liuori esse credēdum et dandum insanie locū qd fecisset iacob in fratre suo Esau et dauid in pertinacissimo inimicorū. Saul. quorū alter in mesopotamiā fugerit alter se alophilis crediderit. mallēs hostibus q inuidis subiacere Aetilla iuste respōdebat hoc dicēs. Si diabolus cōtra seruos dei. et ancillas nō vbiqꝫ pugnaret: et ad omnia loca fugiētes precederet si nō sanctorum locorum amore retinerer et bethlē meā in altera reperire possem parte terrarū. Cur em̄ nō patientia liuores superē. Cur nō humilitate frāgā supbiam et percutiēti maxillā alteram nō offerā dicēte apostolo Paulo vincite in bono malum. Nonne apostoli gloriabātur: qm̄ pro dn̄o passi sunt cōtumeliam Nonne ipse saluator humiliauit se formā serui accipiens factus obediens patri vsqꝫ ad mortē. mortē aūt crucis vt nos sua passione saluaret Job nisi certasset et vicisset in prelio non accepisset coronā iusticie: nec audiuisset a dn̄o. putasne me tibi aliter locutum q vt appareres iustus. Beati dicitur in euāgelio q ꝑsecutionē patiūtur ꝓpter iusticiā. Secura sit cōscientia qꝫ nō ꝓpter peccata patiamur et afflictio in seculo materiā premiorū est. Si qn̄ pcatior fuisset inimicus et vsqꝫ ad verborum iurgia ꝓsiliisset illud psalterij decātabat. Cū cōsisteret peccator aduersuz me obmutui et silui a bonis. Et rursuz. Ego em̄ quasi surdꝰ nō audiebā: et q̄si mutus nō aperiēs os suū. et factꝰ sum quasi homo nō audiēs nec habens in ore suo increpationes. In temptationibus ꝗ deuteronomij verba voluebat. Tēptat vos deꝰ vester: vt sciat si diligitis dn̄z deū vestrū ex toto corde vestro et ex tota anima vestra. In tribulationibus et āgustijs Esaie replicabat eloquia. Qui ablactati estis a lacte. qui abstracti ab vbere tribulationem sup tribulationē expectate. spem super spem adhuc pusillum ꝓpter malitiā labiorū ꝓpter linguā malignā. Et scripture testimoniū in cōsolationem suā disserebat ablactatorum esse et corū q ad virilem etatē ꝑuenissent. tribulationē sup tribulationē sustinere. vt spē sup spē mererētur accipere scientes qm̄ tribulatio patiētiā opatur. patiētia ꝓbationez ꝓbatio spem. spes aūt nō cōfundit. et qꝫ si is q foris est noster homo corrūpitꝰ. ille qui intus est innouatꝰ et in presentiariū momētaneū et leue tribulationis nostre eterne glorie pōdus operetꝰ in nobis nō aspicientibus q videntꝰ sed q nō vidētur. Que em̄ vidētur temporalia sunt q aūt nō vidētur eterna. Nec longū foret tp̄s etiā si humane impatiētie tardū esse videatꝰ. quin dei statim sequatur auxiliū dicētis. Tēpore opoꝛtuno exaudiui te. et in die salutis auxiliatus sum tui. Nec dolosa labia et linguas iniquorū esse metuēdas. tn̄ dn̄o adiutore letemur et ipsuz audire debeamus monētem ꝑ patiētiā vestrā possidebitis animas vestras. et nō sunt cōdigne passiones huius temporis ad futurā gloriā q reuelabitꝰ in nobis. et alibi. Patiēter agamus in oibus q acciduntꝰ nobis. Patiēs em̄ vir multus i prudētia. q em̄ pusillanimis est vehemēter insipiēs est. Itē in laboribus et crebra infirmitate dicebat. Quādo infirmor tunc fortior sum. et habemus thesauruz istū in vasis fictilibus donec mortale hoc induat immortalitatē et corruptiuum hoc vestiat incorruptionem. Et iterum. sicut abūdāt passiones xp̄i in nobis. ita ꝑ christum abūdat cōsolatio. Ac deinde vt socij passionuz estis. ita et cōsolationis eritis. In merore cātabat. Quare tristis es anima mea. et quare cōturbas me Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi salutare vultꝰ mei et deꝰ meus. In ꝑiculis loquebatꝰ. Qui vult venire post me. abneget semetipsuz et tollat crucez suam quotidie: et sequatur me. Et iterū q voluerit animā suā saluā facere perdet eā. et q ꝑdiderit animā suam ꝓpter me saluā eā faciet. Qn̄ dispēdia rei familiaris et auersio totꝰ patrimonij ei nūciabatꝰ: aiebat. Quid em̄ prodest homini si totum mundum lucrifecerit: et anima sua dānum habuerit? Aut quā dabit homo commutationem pro anima sua? Nudus exiui de vtero matris mee: nudus et redeā. Sicut placuit domino ita factum est. sit nomen domini benedictum. Et illud. Nolite diligere mundum: neqꝫ ea que in mundo sunt: quoniā omne quod in mundo est desiderium carnis est: et cōcupiscentia oculorū et superbia vite huius que non est ex patre: sed de mūdo est et mundus trāsibit et cōcupiscentia eius. Scio em̄ scriptas īfirmitates grauissimas liberorū et maxime toxotij sui quem plurimum diligebat. cūqꝫ illud virtute complesset: turbata sum et nō sum locuta. in hec verba prorupit. Qui amat filium aut filiam super me non est me dignus. Exorās ad dn̄z loquebatur possidefilios mortificatorum qui prote quotidie mortificāt corpora sua. Noui susurrationem quādā (quod genus hominum vel perniciosum est) quasi beniuolum nunciasse. qꝫ ꝓ nimio feruore virtutum quibusdā videretur insana: et cerebrū illius dicerēt cōfouēdum. Cui illa respondit. Theatrum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Nos stulti ꝓpter christum sed stultum dei sapientius est hominibus. Unde et saluator loquitur ad patrem tu scis insipientiā meā quā in euāgelio et ꝓpinqui quasi mentis impotē ligare cupiebāt et aduersarij sugillabāt dicētes demoniū hz et samaritanꝰ est. et in belzebub ꝑncipe demoniorū eijcit demonia. Sed nos audiamus apostoluz cohortātem. hec est gloria nostra testimoniū cōsciētie nostre: qm̄ in sanctitate et sinceritate et gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Et dn̄m dicētē ad apostolos. Ideo mūdus vos odit. qꝛ nō estis de mūdo. Si em̄ essetis de mūdo amaret vtiqꝫ mūdus qd suum erat. Et ad ip̄m dn̄m ꝗ hauertebat dicēs. Tu nosti cordis abscōdita et hec oīa venerunt sup nos: et nō sumus obliti tui. nec inique egimus in testm̄ tuum nec aduersum est retrorsum cor nostrū. Et ꝓpter te mortificamur tota die. et reputati sumus vt oues occisionis. sed dn̄s auxiliator meꝰ nō timebo quid faciat mihi homo. Legi em̄. Fili honora dn̄m: et cōfortaberis: et extra deum nullum metueris. His et talibus testimonijs quasi armatura xp̄i: et aduersus quidem oīa vi

cia ſed precipue inſtruebat ſe contra inuidias ſeuiē
tem.et patiendo iniurias furorem rabidi pectoris
mitigabat. Denicꝫ vſcꝫ ad diem mortis et huius
patiētia et aliorum zelus omnibus patuit: qui ſuū
rodit autorē: ⁊ dū; emulū ledere nitit̃. inſemetipſu;
pprio furore bachat̃. Dicā ⁊ de ordine monaſterij
quomodo ſanctorum continentiam in ſuum cōuer
teret lucrum. Seminabat carnalia: vt meteret ſpi
ritualia. dabat terrena: vt celeſtia tolleret. predia
concedebat vt pro his eterna mutaret. Poſt viro
rum monaſterium quod viris tradiderat gubernā
dum plures virgines quas e diuerſis prouincijs
congregarat: tam nobiles ꝙ medij ⁊ infimi gene
ris in tres turmas monachorum diuiſit ita dum
taxat: vt in opere ⁊ cibo ſeparate: in pſalmis ⁊ ora
tionibus iungerētur. Poſt alleluya cātatum quo
ſigno vocabant̃ ad collectā nulli reſidere licitū erat
ſ; primas vl' inter primas veniēs: ceteras opiebat̃:
pudore ⁊ exēplo ad laborē eas puocans nō terrore
Mane hora tertia: ſexta nona veſpera: noctis me
dia: per ordinē pſalteriū canebat: nec licebat cuicꝙ
ſororꝫ pſalmos: necnō de ſcripturis ſanctis aliquid
quotidie diſcernere. Die tn̄ dhco ad eccleſiā pcede
bant ex cuius habitabāt latere: ⁊ vnūquodcꝫ agmē
matrē ppriā ſequebat̃. Atcꝫ inde pariter reuerten
tes: inſtabāt operi diſtributo: ⁊ vel ſibi vel ceteris
indumēta faciebāt. Si qua erat nobilis: nō pmitte
batur nec de domo ſua habere comitē: ne veterum
actuum memor. ⁊ laſciuiētis infantia errorē fabrica
ret antiquum: ⁊ crebra confabulatione renouaret.
Un⁹ oīm habitus: linthyamine ad tergēdas ſolum
man⁹ vtebātur. A viris tāta eis erat ſeparatio vt a
ſpadōib⁹ quocꝫ eas ſe iunxerat: ne vllā daret occa
ſione lingue maledice: q̄ ſanctos carpere ſolita eſt
in ſolatiū delinquēdi. Siqua vero vel tardior erat:
vel nō inueniebat̃ ad pſalmos ⁊ in ope pigrior. va
rijs eā modis aggrediebatur. Si erat iracūda blā
ditijs ſi patiēs in correctione. Illud apoſtoli imitās
Quid vultis in virga veniā ad vos an in ſpū lenita
tis ⁊ māſuetudinis? Excepto victu atcꝫ veſtitu nul
lam habere qd rei patiebat̃. dicēte Paulo. Habē
tes victū ⁊ veſtitū his cōtenti ſumus ne cōſuetudi
ne pl⁹ habēdi pberet locu; auaricie. q̄ nullis explet̃
opib⁹ ⁊ quāto pl⁹ habuerit plus requirit. ⁊ necꝫ co
pia necꝫ inopia minuit̃ Iurgātes inter ſe ſermōe
blandiſſimo ſedebat. laſciuiētē adoleſcētularū car
nem. crebris ac duplicatis frangebat ieiunijs. ma
lens eas ſtomachū dolere ꝙ mētem. Si vidiſſet ali
quā cōptiorē contractione frontis ⁊ vultis triſticia
arguebat errantem dicēs mūditiā. ⁊ turpe verbu;
atcꝫ laſciuum nūꝙ virgineo ore pferēdū. quibus ſi
gnis libidinoſus anim⁹ oſtēdit̃. ⁊ per exteriorē ho
minē interioris hominis vitia demōſtrant̃. Quam
linguoſa; ⁊ garrulā ⁊ pcacē riſu rixiſcꝫ pſpexerat
delectari ⁊ ſepi⁹ cōmonitā nolle conuerti. inter vlti
mas ⁊ extra cōuētum ſororū ad fores triclinij orare
faciebat. ⁊ ſeparatim cibū capere. vt quā obiurga
tio non correxerat. pudor emendaret. Furtu; qua

ſi ſacrilegiū deteſtabat̃. ⁊ quod inter ſeculi homies
vel leue putat̃ vel nihil. hoc in monaſtrijs grauiſſi
mu; dicebat eſſe delictum. Quid memorem clemen
tiam ⁊ ſedulitatem in egrotantes quos miris obſe
quijs ⁊ miniſterijs confouebat. Cumcꝫ alijs lan
guentibus large preberet omnia. ⁊ eſum quocꝫ ex
hiberet carnium. ſi quando ipſa egrotaſſet ſibi nō
indulgebat. ⁊ in eo inequalis videbatur ꝙ in alijs
clementiam in ſe duritiam commutabat. Nulla iu
uenū puellarum ſano ⁊ vegetatio corpe tāte ſe dede
rat cōtinētie quāte ipſa fracto ⁊ ſenili debilitatocꝫ
corpuſculo. Fateor in hac repertinatior fuit. vt ſibi
non parceret. vt nulli crederet admonenti. Referā
quod expert⁹ ſum. Menſe iulio feruētiſſimis eſtib⁹
incidit in ardorem febris. ⁊ poſt deſperationem cū
dei miſericordia reſpiraſſet. ⁊ medici ſuaderent ob
refectionem corporis vino opus eſſe tenui ac par
uo ne aquā bibēs in hydropen verteret̃: ⁊ ego cla;
beatū papam Epiphanium rogarē. vt eam mone
ret. immo compelleret vinum bibere. vt erat pru
dens ⁊ ſolertis ingenij ſtati; ſenſit inſidias ⁊ ſub
ridens meū eſſe qd ille diceret intimauit. Quid plu
ra Cum beatus pontifex poſt multa hortamenta
exiſſet foras. querēti mihi qd egiſſet reſpondit. Tm̄
pfeci vt ſeni homini pene ſuaſerit ne vinū bibam.
Hec refero nō qd incōſiderāter ⁊ vltra vires ſumpta
onera pbē. monēte ſcriptura. Sup te on⁹ ne leua
ueris. ſ; qd mētis eius feruorē ⁊ deſideriu; fidelis
anime. et hac quocꝫ probare velim perſeuerētia di
centis. Sitiuit in te aīa mea ꝙ multipiciter tibi ca
ro mea. Difficile ē modū tenere in omnib⁹: Et ve
re iuxta philoſophorū ſententiam. meſotes. are
tes. yperbolai kakilim qd nos breui ſentētiola ex
primere poſſumus. ne quid nimis. Que in contē
tu ciborum tantam habebat pertinatiam in luctu
mitis erat et ſuorum morbus frangebatur maxi
me liberorum. Nam in viri et filiorum dormitione
ſemper periclitata eſt. et cum os ſtomachumcꝫ ſi
gnaret. et matris dolorem crucis niteretur impſ
ſione linire ſuperabatur affectu. ⁊ credulam mēte;
parētis viſcera cōſternebāt. aiocꝫ vincēs fragilitate
corpis vincebat̃. Quid ſemel lāguor arripiēs lōguo
tpe poſſidebat. vt ⁊ nobis inqetudinē ⁊ ſibi diſcri
mē afferret. In q̄ illa letabat̃ p momēta cōmemo
rās miſer ego hō. q̄s me liberabit d̄ corpore mortis
huius. Dicat prudēs lector p laudib⁹ me vitupera
tionē ſcribere. Teſtor ieſu; cui ⁊ illa ſeruit. ⁊ ego ſer
uire cupio me in vtrancꝫ partem nihil fingere. ſed
quaſi chriſtianum de chriſtiana que ſunt vera pro
ferre idem hyſtoriam ſcribere non panigericu; ⁊ il
liusvitia aliorum eſſe virtutes. Uitia loquor ſ; ani
mum meum ⁊ omnium fratrum ac ſororum diſide
riu;. qui illam diligimus ⁊ aaſentē querimus ceter;
illa impleuit curſum ſuum fidemcꝫ ſeruauit. ⁊ nunc
fruitur corona iuſticie. ita ⁊ vidimus in ciuitate do
mini virtutum in ciuitate dei noſtri. O beata reru;
cōmutatio. Fleuit vt: ſemper rideret deſpexit la
cus cōtritos vt fontem domini reperiret. Ueſtit ı

est editio. vt nunc albis vestibus vteretur et diceret. ¶ Scidisti saccum meum. et induisti me leticia. Cinerem sicut panem manducauit. et potionem suam cum fletu miscebat. dicens. Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac nocte. vt in eternum pane angelorũ vesceretur et caneret. Gustate et videte quoniam suauis est dñs. et eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi et Esaie (imo dñi p Esaiã) in se cerneret verba cõpleri. Ecce q seruiũt mihi mãducabunt: vos autem esurietis: ecce serui mei bibent: vos autem sitietis: ecce qui seruiunt mihi letabuntur: vos autem confundemini ecce qui seruiũt mihi exultabunt in gaudio: vos autem clamabitis ob dolorem cordis: et propter contritionem spiritus vlulabitis: Dixeram lacus eam semper fugisse contritos: vt fontem domini reperiret: vt posset leta cantare sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. ¶ Tangam ergo breuiter quomodo hereticorum cenosos deuitauerit lacus: et hos instar habuerit ethnicorum. Quidam veterator callidus atq (vt sibi videbat) doctus atq sciolus: me nesciente cepit ei proponere questiones et dicere. Quid peccauit infans vt a demone corripiatur: In qua etate resurrecturi sumus si in ipsa que morimur: ergo nutricibus opus erit. Si in altera nequaq erit resurrectio mortuorũ sed trãsformatio in alios. Diuersitas quoq sexus maris ac femine: erit an non erit. si erit sequẽter et nuptie et concubitus et generatio. Si non erit sublata diuersitate sexus: eadem corpora non resurgũt aggrauat enim terrena habitatio sensum multa cogitantem: sed tenui a te spiritalia dicente apostolo seminatur corpus animale et resurget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat rationales creaturas ob quedã vitia: et antiqua peccata incorpora esse dilapsas et pro diuersitate meritis. peccatorum tali vel tali conditione generari: vt vel corporum sanitate gauderent et parentũ diuitijs ac nobilitate vel in morbidas carnes et domos inopum venientes penas pristinorum luerent delictorum: et presenti seculo atq corporibus quasi carcere clauderentur. Quod cũ audisset et ad me retulisset iudicans hominem mihiq incubuisset necessitas: nequissime videre ac mortifere bestie resistendi: de quib⁹ psalmista cõmemorat dicens. Ne tradas bestijs aĩas cõfitẽtes tibi. Et increpa dñe bestias calami: q scribẽtes iniquitatẽ loquuntur cõtra dominũ mẽdaciũ: et releuant in excelsũ os suũ: cõueni hominẽ et orationib⁹ eius quã decipere nitebat: breui interrogatiõe cõclusi: vtrũ crederet futurã resurrectionẽ mortuorũ an nõ. Qui cũ credere se respõdisset: intuli. Eadẽ resurgẽt corpora: an altera. Cũq dixisset eadẽ suscitat⁹ sum. In eodẽ sexu an altero? Ad interrogata reticẽti et instar colubri huc atq illuc trãsferẽti caput ne feriret: q:(inq̃) taces: ego mihi p te respõdebo et cõsequẽtiam inferã. Si nõ resurget mulier vt mulier: neq masculus vt mascul⁹ nõ erit resurrectio mortuorũ. q: sexus mẽbra nõ fuerit vbi erit resurrectio mortuorũ q̃ sine sexu nõ cõstat membris? Porro si corporũ nõ erit resurrectio. nequaq erit resurrectio mortuorũ. Sed et illud qđ de nuptijs obijcis. Si eadẽ mẽbra fuerint sequi nuptias: a saluatore dissoluit. Erratis nesciẽtes scripturas neq virtutẽ dei. In resurrectiõe enĩ mortuorũ neq nubẽt neq nubent: sed erũt similes angelis Ubi dicit nõ nubẽt neq nubẽtur sexuũ diuersitas demõstratur. Nemo enĩ de ligno et lapide dicit: non nubent neq nubẽtur: q̃ naturã nubẽdi nõ habẽt sed de his que possunt nubere: ex christi gratia ac virtute non nubũt: q si opposueris: quõ erim⁹ similes angelis cũ inter angelos nõ sit mascul⁹ nec femina: breuiter ausculta: Nõ substãtiã nobis angelorũ sz cõuersationẽ et beatitudinẽ repromittit: quõ et iohãnes baptista anteq decolaret angelus appellatus est: et omnes sancti ac virgines dei ẽtiã in isto seculo vitã in se exprimunt angelorũ. Quãdo enim dr: eritis similes angelis: similitudo promittit: nõ natura mutatur. Simulq respõde. Quomodo illud interpreteris qđ thomas dñi resurgentis palpauerit man⁹ et viderit lat⁹ lancea vulneratum: et Petrus in littore dominum stantem conspexit: et fauũ mellis ac partẽ assi piscis comedẽtẽ. Qui stabat habebat pfecto pedes q monstrauit lat⁹ vulneratũ. vtiq et vẽtrẽ et pectus habuit: sine q̃bus nõ sunt latera vẽtri et pectori cohẽrẽtia. Qui locut⁹ est lingua et palato ac dẽtibus loquebatur. Sicut enĩ plectrũ chordis: ita et lingua illidit dẽtibus et vocalem reddit son⁹. Cuius palpate sunt man⁹ cõsequẽter et brachia habuit Cũ igitur oĩa mẽbra habuisse dicat necesse est vt totũ corpus habuerit: qđ consiscit ex mẽbris nõ vtiq femineum sed virile. i. eiusdẽ sexus in quo mortuum est. ¶ Qđ si ostenderis ergo et nos post resurrectionẽ comedemus: et quomodo clausis ingressus ẽ ianuis cõtra naturã pinguiũ et solidorũ corporum audies. Noli propter cibũ resurrectionis fidẽ in calũnias trahere Nam et archisynagogi filie suscitate iussit iesus cibum dari. et lazaro quadriduano mortuo cũ ipo scribit inijsse cõuiuiũ: ne resurrectio eorũ fantasma putaretur. Sin autẽ q: clausis ingressus ẽ ianuis: et idcirco spiritale et ethereum corpus niteris approbare: ergo et anteq pateretur. quia cõtra naturam grauium corporum sup mare ambulauit. et spiritale corpus habuit. et apostolus petrus qui et ipse super aquas pendulo incessit gradu: spiritale corpus habuisse credendus est: cum potentia magis et virtus ostendatur dei quãdo fit aliquid cõtra naturam. Et vt scias in signorũ magnitudine non nature mutationem. Sed dei omnipotentiam demonstrare Petrus qui supra mare ambulabat cepit infidelitate mergi nisi eum manus domini subleuasset dicentis. Quare dubitasti, modice fidei? Miror autem te obdurare fratrem loquente dño. Infer digitũ tuum huc et tange man⁹ meas et porrige manũ tuã et mitte in lat⁹ meũ et noli esse incredul⁹ sz fidelis. Et alibi. Uidete man⁹ meas et pedes

meos:q: ego ipse sum. Palpate ⁊ videte:q: spiritꝰ
carnem ⁊ ossa non habet:sicut me videtis habere
Et cũ hoc dixisset ostẽdit eis manꝰ ⁊ pedes. Ossa
audis ⁊ carnẽ ⁊ pedes ⁊ manus:⁊ globos mihi stoy
corum atq; aeria quedam deliramenta confingis
¶ Porro si queris cur infans a demone corripiat
qui peccata non habuit: aut in qua etate resurre-
cturi sumus (cum diuersa moriamur ingetate) susci
piet. Iudicia tua abyssus multa: ⁊ profunda alti-
tudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei:ꝙ inscruta
bilia testimonia eius ⁊ inuestigabiles vie eiꝰ. Quis
enim cognouit sensum domini:aut quis consiliarꝰ
eius fuit? Etatum aũt diuersitas non mutat corpo
rũ varietatem. Cum enim corpora nostra quotidie
fluant ⁊ aut crescant aut decrescant. Ergo tot eri-
mus homines quot quotidie cõmutamini. Aut ali-
us fui cũ decem annorum essem:alius cũ quinqua-
ginta:alius cum iam toto cano capite sum. Igitur
iuxta ecclesiarum traditiones:⁊ apostolũ paulũ il-
lud est respondẽdum qd in virum perfectum ⁊ in mẽ
suram plenitudinis christi resurrecturi sumꝰ:in qua
etate ⁊ adam conditũ iudei autumant:⁊ dominum
saluatorẽ legimus resurrexisse:⁊ multa alia que de
vtroq; testamẽto in suffocatione heretici ptuli. Ex
quo die ita cepit hominẽ detestari:⁊ oẽs q eiusdem
dogmatis erãt:vt eos voce publica hostes domini
proclamaret. Hec dixi non vt breuiter heresim con-
futarem cui multis voluminibus respondẽdum est:
sed vt fidẽ tãte femine ostẽderẽ: que maluit inimi-
cicias hominũ subire ppetuas:ꝙ se offensam amici
cijs:noxijs puocare. Dicã ergo vt ceperã nihil ige
nio eiꝰ docilius fuit. tarda erat ad loquẽdũ:⁊ velox
ad audiendũ memor illius precepti: audi israel et
tace. Scripturas sanctas tenebat memoriter:⁊ cum
amaret hystoriam: ⁊ illud veritatis diceret funda-
mentũ magis sequebat intelligentiã spũalem: ⁊ hoc
culmine edificationẽ anime ptegebat. Denique com
pulit me vt vetus ⁊ nouũ testm̃:cum filia me discerẽ
te pigerẽ. Quod ppter verecũdiã negans:propter
assiduitatẽ ⁊ crebras eius postulatiões prestitit. vt
docerẽ qd didicerẽ. a semetipso pceptore. sed ab illu
stribus ecclesie viris. Sicubi hesitabã ⁊ nescire me
ingenue confitebar: nequaꝙ volebat mihi acquie-
scere:sed iugi interrogatione cogebat: vt e multis
varijsq; sentẽtijs:q̃ mihi viderent pbabiliora idica-
rẽ. Loquar ⁊ aliud:qd forsitan emulis videat incre-
dulum. ¶ Hebreã linguã quã ego ab adolescentia
multo labore ac sudore ex parte didici:⁊ infatigabi
li meditatione non desero:ne ipse ab ea deserar di-
scere voluit:⁊ cõsecuta est: ita vt psalmos hebrai-
ce cantaret:⁊ sermonem absq; vlla latine lingue p-
prietate resonaret. Qd quidẽ vsq; hodie in sancta fi
lia eius eustochio cernimꝰ:que ita semp adhesit ma
tri:⁊ eiꝰ obediuit iperio. vt nunꝙ absq; ea cubaret:
nunꝙ procederet:nunꝙ cibum caperet:ne vnũ qui
dem nũmũ haberet ptãtis sue:sed ⁊ paternã ⁊ ma-
ternã substantiolam a matre distribuit pauperibꝰ:
⁊ pietatẽ in parente:hereditatem maximam:⁊ diui-
tias crederet. Non debeo silentio pterire: quanto
exultauerit gaudio ꝙ paulam neptem suam leta ex
toxorio genitam:imo voto ⁊ future virginitatis re
promissione conceptam audierat:in cuius ⁊ crepi-
taculis balbutiente lingua alleluia cantare: auiq;
et amite nomine dimidiatis verbis frãgere. In hoc
solo patrie desiderium habuit. vt filium nurum ⁊ ne
ptem renunciare seculo christoq; seruire cognosce-
ret. quod ⁊ impetrauit ex parte. Nam neptis christi
flammeo seruatur nurus eterne se tradens pudici-
tie. socrus opera fide ⁊ elemosynis sequitur: rome-
q; conatur exprimere: quod hierosolymis illa cõple
uit. Quid agis anima? Cur ad mortem eius venire
formidas? Iam dudum prolixior liber cuditur: dum
timemus ad vltima peruenire quasi tacẽtibus no-
bis ⁊ in laudibus illius occupatis differri possit oc
cubitus. Huiusq; prosperis nauigauimus ventis. ⁊
crispãtia maris equora labens carina sulcauit. nũc
scopulis incurrit oratio. ⁊ tumescentibus fluctuum
mõtibus presens vtriusq; monasterij intẽtatur nau
fragium. ita vt cogamur dicere: preceptor salua nos
perimus. Et illud. Exurge vt quid dormis domi-
ne? Quis enim possit siccis oculis Paulam narra-
re morientem? Nam grauissimam inualitudinẽ im-
mo quod optabat: inuenit: vt nos desereret ⁊ domi-
no plenius iungeret. In quo languore eustochij fi-
lie probata semper in matre pietas ⁊ magis ob om
nibus cõprobata est. Ipsa assidere lectulo: flabel-
lum tenere: sustentare caput puluillum supponere:
fricare pedes manus stomachumq; confouere mol
lia strata componere: aquam calidam temperare:
mappulam apponere: omnium ancillarum puenire
officia: ⁊ quicquid alia fecisset de sua mercede pu-
taret subtractum. Quibus illa pcibus: quibus illa
mentis ⁊ gemitu: niter iacentem matrem ⁊ specum
domini discurrit: ne priuaret tanto contubernio: ne
illa absente viueret: vt eodem feretro potiretur.
Sed o mortalium fragilitas ⁊ caduda natura: ⁊ ni-
si christi fides nos extollat ad celũ: ⁊ eternitas ani-
me promittatur: cum bestijs ⁊ iumentis vna condi-
tio est corporũ idem occubitus iusto ⁊ iniusto: bono
⁊ malo: mundo ⁊ immundo: sacrificãti ⁊ non sacri-
ficanti sicut bonus: ita ⁊ qui peccat: sicut qui iurat
sic ⁊ is qui iuramentũ metuit similiter ⁊ homines ⁊
iumenta in fauillam ⁊ cinerem dissoluuntur. Quid
diu differo: ⁊ dolorem meum in alijs immorando fa
cio longiorem? Sentiebat prudentissima feminarũ
adesse mortẽ: ⁊ frigẽte alia parte corporis atq; mẽ-
brorum soliũ anime tẽporem in sancto ⁊ sacro pecto
re palpitare. ⁊ nihilominus dum ad suos pergeret
alienosq; despiceret: illos versiculos suspirabat: do
mine dilexi decorem domus tue ⁊ locũ habitatiõis
glorie tue ⁊ ꝙ dilecta tabernacula tua domine virtu
tũ concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini.
Item elegi abiecta esse in domo dei mei: magis ꝙ
habitare in tabernaculis peccatorum. Cumq; a me
interrogaret cur taceret: cur nollet respondere in-
clamanti: an doleret aliquid: greco sermone respon

dit. Nihil habere moleſtie: ſed omnia quieta ⁊ tranquilla reſpicere. Poſt hec obmutuit: ⁊ clauſis oculis quaſi humana deſpiceret: vſqꝫ ad expirationem anime eoſdem repetebat verſiculos: vix ⁊ aure appoſita quod dicebat audire poſſemus: digitumqꝫ ad os tenēs: crucis ſignum pingebat in labijs. Defecerat ſpiritus ⁊ anhelabat in mortem: animaqꝫ erumpere geſtiens ipſum ſtridorē quo mortaliū vita finitur in laudes domini conuertebat. Aderant hieroſolymorū ⁊ aliarū vrbiū epiſcopi ⁊ ſacerdotes inferioris gradus ac leuitarū innumerabilis multitudo omne monaſteriū virginū: ⁊ monachorū chori repleuerūt. Statimqꝫ audiuit ſponſum vocantē: ſurge veni proxima mea: ſpecioſa mea: columba mea. Quoniā ecce hyems tranſijt pluuia abijt: ſibi leta reſpondit. Flores viſi ſunt in terra: tempus ſectionis aduenit: ⁊ credo videre bona domini in terra viuētium. Ex hinc non vlulatus non planctus: vt inter ſeculi homines fieri ſolet. ſed pſalmorū linguis diuerſis examina concrepabant tranſlataqꝫ epoꝝ manibꝰ ⁊ ceruicem feretro ſubijcientibus cum alij pontifices lampades cereoſqꝫ proferrent. alij choros pſallētium ducerēt in media eccleſia in ſpelūca ſaluatoris eſt poſita. Tota ad funus eius paleſtinarū vrbiū turba conuenit. Quē monachorū latitantiū in heremo cellula ſua tenuit. Quā virginū cubiculorū ſecreta tenuerunt. Sacrilegium putabat. que non tali femine vltimum perdidiſſet officium. Vidue ⁊ pauperes in exemplū dorcadis veſtes ab ea prebitas oſtēdebant. Omnis inopū multitudo matrē nutriculā ſe perdidiſſe clamabat. quod qꝫ mirū ſit nihil pallor mutarat in facie: ſed ita dignitas quedā ⁊ grauitas ora cōpleuerat: vt eā putares non mortuā: ſed dormiētē. Greco latino ſyroqꝫ ſermone: pſalmi in ordine perſonabant: non ſolum triduo ⁊ donec ſubter eccleſiā ⁊ iuxta ſpecū domini conderet: ſed per omnem hebdomadā. Cunctis qui venerāt ſuū funus ⁊ proprias cernētibus lachrymas: venerabilis virgo filia eius euſtochium: quaſi ablactata ſuper matre ſua velle ſepeliri. Teſtis eſt ieſus ne vnū quidē nummū ab ea filie derelictū: magnum es alienū ⁊ quod his difficilius eſt: fratrū ⁊ ſororū immēſam multitudinē: quos ⁊ ſuſtentare arduū ⁊ abijcere impiū eſt. Quid hac virtute mirabilius: feminā nobiliſſime familie magnis quondam opibꝰ tanta fide oia diſargitam: vt ad egeſtatem pene vltimā perueniret. Iactent alij pecunias in corbanam dei: era congeſta: funalibus aureis dona pendentia nemo plus dedit pauperibus qꝫ que ſibi nihil reliquit. Nunc illa diuitijs fruitur: ⁊ his bonis que nec oculus vidit nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcēderunt. nos noſtrū vicē dolemus. ⁊ inuidere potius glorie eius videmur ſi voluerimus diutius flere regnantem. Secura eſto euſtochium magna hereditate ditata es. pars tua dominus. et (quo magis gaudeas) mater tua longo martyrio coronata eſt. Non ſolum effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur: ſed deuote quoqꝫ mentis immaculata ſeruitus quottidianum martyrium eſt. Illa corona de roſis ⁊ violis texitur: iſta de lilijs. Unde in cantico ſcribitur canticorum. Fratruelis meus candidus et rubicundus ⁊ in pace ⁊ in bello eadem premia vincentibus tribuens. Mater inqꝫ tua: audiuit cum Abraam. Exi de terra tua: ⁊ de cognatione tua: ⁊ veni in terram quam oſtendam tibi: ⁊ per Hieremiam dominum precipientem: fugite de medio babylonis: ⁊ ſaluate animas veſtras. Uſqꝫ ad finem mortis ſue: non eſt reuerſa in chaldeam: nec olles egypti ⁊ virulentias carnium deſiderabat. ſed choris comitata virgineis: ciuis eſt ſaluatoris effecta: ⁊ de paruula bethleem: celeſtia regna conſcendens: dicit ad veram noemi populus tuus populus meus: deus tuus deus meus. Hunc tibi librum ad tuas lucubratiunculas: eodem quem tu ſuſtinens dolore agens dictaui. Nam quotienſcumqꝫ ſtilum figere volui: et opus exarare promiſſum: totiens obriguerunt digiti: cecidit manus ſenſus elanguit. Unde et inculta oratio votum ſcridētis abſqꝫ vlla elegantia et verborum lepore teſtatur. Uale paula: et cultoris tui vltimam ſenectutem orationibus iuua. Fides ⁊ opera tua chriſto te ſociant preſenſqꝫ quod poſtulas facilius impetrabis. Exegi monumentum ere perhēne quod nulla poſſit deſtruere vetuſtas. Incidi elogium ſepulchro tuo: quod huic volumini ſubdidi. vt quocunqꝫ ſermo noſter peruenerit: te laudatam: et bethleem cōditam lector agnoſcat.

Titulus ſepulchri eius.

Scipio quā genuit: paule fudere parētes.
Gracchorū ſoboles: Agamēnonis inclyta proles.
Hoc iacet in tumulo: paulā dixere priores.
Euſtachij genitrix: romani prima ſenatus.
Pauperiē chriſti: ⁊ bethleemetica rura ſecuta eſt.

In foribus ſpelunce.

Reſpicis anguſtū: preciſa pure ſepulchrum.
Hoſpitiū paule eſt celeſtia regna tenentis.
Fratres: cognatos: romā patriāqꝫ relinquēs.
Diuicias. ſobolem. bethleemiti condit antro.
Hic preſepe tuū xp̄e: atqꝫ hic myſtica magi.
Munera portantes hominiqꝫ deoqꝫ dedere.

Dormiuit ſancta ⁊ beata Paula ſeptimo kalen. Februarij. tertia ſabbati poſt ſolis occubitum: et ſepulta eſt quinto kalendas earundem: honorio auguſto et ariſteno conſulibus. Uixit in ſancto propoſito rome annos quinqꝫ: bethleem annos viginti. Omne vite tempus impleuit annis quinquaginta ſex. menſibus nouem: diebus viginti et vno.

Finit vita ſancte Paule.

Incipit prologus in conuerſatione ⁊ vite ſancte Pelagie.



Erba sacerdotis tanti et celata latinis. Eustochius christi transtuli subsidio. Sed vos lectores mecum pensate laborẽ. Et memores nostri fundite verba dei. Qualiter pelagia de prostibulo ad celestia migrauit.

¶ Incipit vita sancte Pelagie.



Uod factum est signum. immo miraculum in dieb⁹ nostris placuit mihi peccatori Jacobo dyacono. vt scriberem vobis spiritalibus fratribus. vt audientes ⁊ iuuamen maximum consequẽtes anime vestre misericordem dominũ glorificetis qui nullum homines vult vllo modo perdere: sed omnes peccatores saluos facere Nunc ergo silentium date mihi. ⁊ intuemini cum omni affectu ⁊ sensu vigilantissimo hec que a me explanantur. totius etenim iuuaminis ⁊ cõpunctiõs plena est expositio. ¶ Sacratissimus apiscopus anthiochie ciuitatis. conuocauit ad se omnes prope se cõsistẽtes episcopos pro certa quadaʒ causa vnde cõuenerũt episcopi numero octo. Inter quos fuit ⁊ sanctissimus vir dei. Nonnius episcopus me⁹ vir mirificus ⁊ efficacissimus monachus de monasterio quod dicitur tabẽnensiotarum. ¶ Propter incomparabilem enim eius vitam. ⁊ decoratissimaʒ conuersationem. raptus est de monasterio et episcopus ordinatus. Congregatos ergo in predicta ciuitate. iussit nos episcopus ipsius ciuitatis manere in basilica beatissimi martyris iuliani. Ingressique secessimus vbi ⁊ ceteri qui conuenerunt episcopi de cellulis suis ante ianuam ipsius basilice secederunt in cellulis suis. Quibus sedentibus aliqui episcopi dominum meum Nonnium rogabant vt aliquid ab ipso docerentur. Statimque ex ore suo sanctus episcopus cepit loqui ad edificationem ⁊ salutem omniuʒ qui audiebant. Cunctis vero nobis admirantibus sanctam doctrinam eius ecce subito transijt per nos prima mimarũ antiochie ipsa que est prima theoretriarũ panthomimarũ sedens super asellum ⁊ processit cum summa fantasia adornata. ita vt nihil videretur super ea nisi aurum ⁊ margarite ⁊ lapides p̃ciosi. nuditas vero pedum eius ex auro ⁊ margaritis erat cooperta. Cũ qua maxima erat pompa puerorũʒ ⁊ puellarũ in vestibus preciosis amicta. ⁊ torques aurea super collum eius. Quidam p̃cedebant. alij vero sequebanť eam. pulchritudinis aũt ⁊ decoris eius non erat sacietas omnibus secularib⁹ hominib⁹: Que tamẽ transiens per nos totũ impleuit aereʒ ex odore musco vel ceterorũ suauissimorũ odoramentoruʒ flagrantia. Quam vt viderunt epĩ: ita nudo capite ⁊ omni mẽbrorum compage: sic inuerecunde transire cum tantis obsequijs: vt nec velamen super caput positum: nec super scapulas tacentes ingemuerunt: et quasi a peccato grauissimo auerterũt facies suas. Beatissim⁹ aũt nõnius itentissime eã ⁊ diu respiciebat: ita vt postea transisset intuereť: et respiceret eaʒ. Et postea auertit facieʒ suam: dicens ad circũsedentes episcopos: vos nõ delectati estis in tanta pulchritudine eius. Illis vero nihil respondentibus posuit faciẽ super genua sua: et manuale sanctum quod tenebat sanctis manibus suis ⁊ sic omnem sinum suuʒ repleuit lachrymis et suspirans grauiter dicit iterum ad episcopos. Non delectati estis tãta pulchritudine eius. Illis vero nihil respondentibus: vere ait: ego valde delectatus sum et placuit mihi pulchritudo eius. quoniam istam habet deus proponere ⁊ statuere in conspectu tremende ⁊ admirabilis sedis sue iudicaturus nos tam episcopatum nostrum. Et iterum dixit ad ep̃os. ¶ Quid putatis dilectissimi quãta horas fecit in cubiculo suo hec mulier lauãs et componẽs se cum solicitudine animi et intentione: ad spectaculum ornãs: vt corporali pulchritudini ⁊ ornatui nihil deesset: quatenus omnibus placeat ne turpis videatur esse suis amatoribus: q hodie sunt ⁊ crastino non. Ergo ⁊ nos habentes patrem in celis omnipotẽtem sponsum immortalem donãtem bene custodientibus p̃missiones que habent diuinitas celestes: ⁊ eterna premia que extimari nõ possunt: q̃ oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hõis ascẽderũt que parauit deus dilgẽtib⁹ se. Quid enĩ plura loquor habẽtes repromissionem faciem illã magnã ⁊ splẽdidã et inestimabilem sponsi vultum videre: cui cherubin respicere non audẽt: non ornamus neque detergimus sordes de miseris animalibus nostris: sed dimittimus eas negligenter iacere. His omnibus dictis: apprehendit me peccatorem dyaconum peruenimusque in hospicio vbi nobis fuerat cellula data. Et igressus cubiculum suum iactauit se in pauimentum: ⁊ faciem suam ad terram: percutiensqʒ pectus suum lachrymabatur dicens domine iesu christe ignosce mihi peccatori ⁊ indigno: quia vnius diei ornatus meretricis superauit ornatum anime mee. Quali vultu respiciam ad te: aut quib⁹ sermonibus iustificer in conspectu tuo. Non enim cor meum ante te: quoniam prospicis secreta mea. Et veh mihi peccatori et indigno: quoniam ante altare tuuʒ assisto ⁊ non offero pulchram animã qualem expetis a me. Illa enĩ promisit placere hominibus ⁊ fecit: ⁊ ego promisi tibi placere ⁊ mentitus sum propter pigritiã meã. Nudus sum tam in celo q̃ in terra: non adimplens precepta mãdatorũ tuoꝝ. Ergo nõ est mihi spes ex operibus bonis: sed spes mea in misericordia tua: qua cõfido saluari. Hec vero illo dicente: et horum plurimum vlulante: eodem die vehementer festa celebrauimus. Superueniente autem die que est dominica: postq̃ compleuimus nocturnas orationes: dicit ad me sanctus Nonnius episcop⁹ Tibi dico frater dyacone: vidi somnium ⁊ fortiter con

turbor eo q̄ nō possim discernere illō. Qui mox dicit ad meridisse se in somnis: quomō ad cornu altaris staret nigra colūba: multis sordibus inuoluta: que circūuolabat me: t fetores ad squalorē sordidum eius ferre nō valebā. Illa vero circūstetit me donec dimissa est oratio cathecuminorū. Postq̄ vero proclamauit dyaconus cathecuminis procedite statim nusq̄ comparuit. Et post missas fideliū t completionem oblationis cū dimissa eēt ecclesia egrediente me limitē domus dei venit denuo ipsa colūba multis sordibus inuoluta t iterū circūuolabat me. Ego vero attendēs manū apphendi eā t iactaui in cōcham que erat in atrio sancte ecclesie t dimisit in aqua oēs sordes suas quibus obuoluta erat: t ascēdit de aqua candida sicut nix: que t volās in excelsius ferebatur: t oīno ab oculis meis sublata est. Cum ergo narrasset somniū sanctus dei nonnius eps apprehēdit me: t puerium ad maiorē ecclesiā cū ceteris episcopis: t salutauimus epm ciuitatis. Et ingrediens omnem populum ecclesie hortatus est. qui ingressi sederunt super thronos suos: t post omnem canonicam celebrationem vel lectionem sancti euāgelij idem episcopus ciuitatis porrigens sanctum euangelium beatissimo nonnio hortabatur eum vt verbum faceret ad populum. Qui aperiens os suum loquebatur sapientiā dei que habitabat in eo: quoniam nihil compositionis aut philosophie aut indiscretum alloquebatur: nihil in se habens humane nature superfluum: sed repletus spiritu sancto arguebat t monebat plebem: sincerissime loquens de futuro iudicio: t de perpetuis bonis que reposita sūt. Cuncta ergo plebs compuncta est ex verbis quibus locutus est per eum spiritussanctus ita vt pauimentum sancte ecclesie inunderet populi lachrymis. Gubernatiōe xpo misericordie diuine cōtigit vt cōueniret ad ecclesiam: t meretrix hec de qua factus est vobis sermo: et (quod mirum est) cathecumina cui nunq̄ accessit sollicitudo peccatorum: nec aliquādo est dei conuenisset ecclesiam: subito cōpuncta est timore domini. Cum argueret sanctus nonnius populum ita vt desperaret de seipsa mulier: plangens flumina lachrymarum fundebat nec vllo modo a fletu continere se poterat. Et statim precepit duobus pueris suis dicēs. Sustinete in hoc loco: t dum egressus fuerit sctūs nonnius eps sequimini eū et inq̄rite vbi maneat. t venite t renūciare mihi. Pueri vo fecerūt sicut pcepit eis dña sua et sequētes nos venerūt in basilica beatissimi martyris Juliani vbi nobis hospitiū seu cellula erat. Et ingressi venerūt dñe sue dicētes: qm in basilica beatissimi martyris iuliani manet. Quo illa audito statim trāsmisit dypticū tabularū per eosdē pueros ita cōtinētes. Sancto discipulo xpi peccatrix discipula dyaboli. Audiui de deo tuo q̄ celos inclinauit t descendit super terram: non propter iustos sz vt peccatores saluaret: intantum humiliatus vt publicanis appropinquauerit: t in quem cherubin respicere non audent: cum peccatoribus cōuersatus sit

Et tu domine meus qui multas sanctitates habes t si carnalibus oculis: ipsum dominum Jesum christum qui se illi mulieri meretrici samaritane manifestauit ad puteum non aspexisti: tamen verus cultor illius es: sicut a christianis audiui referentibus. Si vero illius christi verus es discipulus. non me respuas: per te desiderantem videre saluatorem: vt per te merear videre vultum sanctum suū. Tunc rescripsit ei sanctus nōnius episcopus. Quecūq̄ es: manifesta es deo: t tu: t tractatus tuus t volūtas tua. Attamē dico tibi ne velis tentare humilitatē meā: ego enim sum homo peccator: seruus dei. Si pro certo habes desiderium diuinitatis virtutem adipiscendi t fidem: t me vis videre sunt mecum episcopi alij: veni t ante eos me videbis: nā sola me videre non poteris. Cum hec relegisset meretrix gaudio repleta cursu venit ad basilicam beati martyris Juliani: t nunciauit nobis de pñtia sua. Quo audito sanctus nōnius episcopus vocauit ad se omnes qui illic aderant episcopos: t iussit eam accedere ad se. Que accedens vbi congregati erant episcopi iactauit se in pauimentum: t apprehendit pedes beati Nonnij episcopi dicēs. Rogo te domine meus imitare magistrum tuum dñm iesum christum et effunde super me tuā bonitatem et fac me christianam. Ego eni sum domine meus pelagus peccatorum t abissus iniquitatis. Peto me baptizari. Dñs vir eā persuasisset sanctus nonnius episcopus surgere a pedibus suis cū surrexisset dixit ad eā. Canones sacerdotales cōtinēt nō baptizari meretricem nisi fideiussores prestiterit: vt non se iterum in ipsis malis reuoluat. Que audiēs talem episcopi sententiam iactauit se iterum in pauimentum et apprehēdit pedes sancti Nonnij t ipsos lachrymis suis lauit: t capillis suis extergebat dicēs. Rationem reddas deo pro anima mea: t tibi ascribātur iniquitates factorum meorum si distuleris me iniquā t turpissimā baptizare. Non inuenias portionem apud deum cum sanctis. nisi me nunc feceris alienā malorum operum meorum. Neges deum t ydola adores nisi me hodie in sponsam christi renasci feceris et obtuleris deo. Tunc omnes episcopi t clerici qui cōuenerūt vidētes talem peccatricem pro deitatis desiderio talia loquētem: admirātes dicebāt: nūq̄ se talem vidisse fidē t desiderium salutis: sicut huius meretricis. Et statim trāsmiserunt me peccatorem dyaconū ad episcopum ciuitatis vt hec omnia eius insinuarem: et vnā de dyaconissis iuberet eius beatitudo trāsmittere mecum. Qui audiens letatus est gaudio magno dicēs. Bene pater honorabilis te expectabāt opera ista: scio q̄ os meū eris. Et statim trāsmisit mecum donnā Romanā primā dyaconissarum. Que veniens inuenit eā adhuc ad pedes sancti Nonnij episcopi: cui vix persuasit surgere a pedibus suis dicēs. Surge filia. vt exorciseris. Dixitq̄ ei. Cōfitere omnia peccata mea. Que respondit. Si pscrutata fuero sciētiā cordis mei: nō inuenio in me aliqua opera bonorum actuum. Peccata

enim mea ſcio ꝙ arene maris grauiora ſint:aq̃ enĩ
perparua eſt pre mole peccatorum meorum:Confi
do vero de deo tuo ꝙ dimittat pondus iniquitatũ
mearum et reſpiciat ſuper me.Tunc dixit ad eã ſan
ctus:Nonnius epiſcopus.Dic quod ſit nomẽ tuũ
Que reſpondit.Naturali nomine Pelagia voca-
ta ſum a parentibus meis ciues vero anthiochie
margaritam me vocãt:propter pondus ornamẽto
rum quibus me adornauerunt peccata mea.Ego
enim eram ornamentum et comptum ergaſterium
diaboli.Iterũ dicit ad eam ſanctus Nonnꝰ epiſco
pꝰ Naturali nomĩe Pelagia vocaris:Que reſpõ
dit.Ita dñe Quo audito ſanctus Nonnius epi-
ſcopus exorcizauit eam et baptizauit:⁊ impoſuit ei
ſignũ domini:tradiditq; illi corpus chriſti.Fuitq;
illi mater ſpiritalis ſancta Romana prima dyaco-
niſſarum:que accipiens eã aſcendit in cathecumi-
num:eo ꝙ nos ibi manerem?.Tunc dicit ad me ſan
ctus Nonnius epiſcopus.tibi dico frater dyaco-
ne:letemur hodie cum angelis dei:⁊ oleum extra cõ
ſuetudinem ſumamus in cibo:⁊ vinum cum leticia
ſpirituali accipiamus propter ſalutẽ huius puelle.
Sumentibus vero nobis cibum: audiuntur voces
ſubito velut hominis qui violentiã patitur. Dya-
bolus eñ clamauit dicens.Veh veh quid patior a
decrepito ſene iſto.Nõ tibi ſufficiũt triginta milia
ſarracenorũ quos mihi abripuiſti ⁊ baptizaſti:⁊ ob-
tuliſti deo tuo?Nõ tibi ſufficiebat de tuis heliopo-
lis qñ cum ⁊ ipſa mea eſſet:⁊ omnes qui in ea ha-
bitabãt me adorarent:tu mihi abripuiſti ⁊ obtuliſti
deo tuo?Sed ⁊ nunc maximã ſpem meam abſtuliſti
a me iam nũc non fero machinationes tuas.O iam
quid patior a dannabili iſto?Maledicta dies illa
in qua natus es tu flumina lachrymarum infirmo
hoſpitio inundant iã ſpes mea abſtracta eſt.Iſta
oia clamabat dyabolus:⁊ lamentabat ante ianuas
⁊ audiebatur ipſe ab oĩbus hoĩbus.Et iterum re-
petens:ad neophitam puellam dixit.Hec mihi fa-
cis domna mea Pelagia.Et tu mecũ iudam imita-
ris.Ille enim gloria ⁊ honore coronatus:⁊ apoſto
lus conſtitutus tradidit dñm ſuũ:ita vt tu mihi fe-
ciſti Tunc dicit ad eã ſanctus Nonnius epiſcopus.
Signa te cruce chriſti:⁊ abrenũcia ei. Que ſignauit
ſe in noĩe chriſti: ⁊ inſufflauit in demonem:⁊ ſtatim
nuſꝗ cõparuit.Poſt biduum autem dormiente ea
cũ ſancta romana cõmatre ſua ĩ cubiculo ſuo appa
ruit dyabolus nocte ⁊ ſuſcitauit ancillam dei Pela
giam ⁊ dicebat. Rogo te domna mea margarita.
Nunquid nõ ex auro ⁊ argento ditata es.Nunqd
nõ ex auro ⁊ gemmis p̃cioſis adornauit te quid te
contriſtauit.Reſponde mihi vt ſatiſfaciam tibi: tñ
ne me facias opprobrium chriſtianorũ. Tunc ancilla
dei pelagia ſignauit ſe:⁊ exſufflauit in demonẽ di-
cens.Deus meus qui me eripuit de medio dentiũ
tuorũ ⁊ induxit me in celeſtem thalamũ ſuum : ipſe
tibi reſiſtet pro me.Et ſtatim nuſꝗ cõparuit dya-
bolus.Tertia vero die poſteaꝗ baptizata eſt ſancta
Pelagia rogauit puerũ ſuũ qui p̃erat rebus eius

oĩbus:⁊ dixit ad eũ.Vade inveſtiariũ meũ.⁊ fert
be omnia que ſunt tã in auro ꝙ in argẽto vel ĩ orna
mentis:aut veſtibus p̃cioſis:⁊ affer mihi.Puer fe
cit ſicut precepit domna ſua:⁊ omnẽ ſubſtãtiã ſuã
detulit.Que ſtatim vocauit ſanctũ Nonium epi-
ſcopũ p ſanctã romanã cõmatrẽ ſuã.⁊ omnẽ ſub
ſtantiã ſuã poſuit in manibus eius dicens.Hec ſunt
dñe diuitie quibus ditauit me ſathanas : has tra-
do in arbitrio ſanctitatis tue: ⁊ qđ noſti expedire
facias ex eis:mihi eñ optãde ſunt diuitie dñi mei
ieſu chriſti.Qui ſtatim vocauit cuſtodem eccleſie ſe
niorem ⁊ ipſa preſente oẽm ſubſtantiã eius in mani
bus illius tradidit dicens.Adiuro te per inſepabi-
lem trinitatem:ne quid huic in cp̃m:aut in eccleſiã
ingrediatur:ſed magis viduis ⁊ orphanis ⁊ paupe
ribus erogetur:vt qđ male attractum eſt:bene di-
ſtribuatur:⁊ diuitie peccatricis ſiant theſauri iuſti-
cie.Si vero ſpreto ſacramento ſiue per te ſiue per
quẽlibet aliũ ſubſtraxeris de his quicꝗ anathema
ingrediatur domum eius:⁊ cum illis habeat ꝑtem
qui dixerunt crucifigatur.crucifigatur.Illa vero cõ
uocauit omnes pueros ⁊ puellas ſuas ⁊ liberauit
omnes donauitq; tortos aureos de manu ſua di-
cẽs.Feſtinate ⁊ liberate vos de hoc ſeculo neꝗ ple
no peccatis:vt ſicut fuimus in hoc ſeculo:ita ſimul
permaneamus ſine dolore in illa vita que eſt beatiſ
ſima.Octaua vero die qñ habebat depoſitionẽ al
barum facere:ſurgens nocte nobis ignorantibꝰ:de
poſuit veſtem baptiſmatis ſui ⁊ induit ſe tunicam
tricinam.i.cilicinam:⁊ birram ſancti Nonnij epiſco
pi:⁊ ex illa die nuſꝗ comparuit in ciuitate Anthio-
chia.Quã ſancta Romana flebat amariſſime:⁊ ſan-
ctus Nonnius conſolabatur eam dicens. Noli fle
re filia:ſed letare gaudio magno:quoniã Pelagia
optimam portionẽ elegit: ſicut maria quã dominꝰ
prefert Marthe in euangelio Illa autem abijt hie
roſolymã:⁊ conſtruxit ſibi cellulam in monte oliue-
ti:vbi dominus orauit.Poſt aliquantulum vero tẽ
poris conuocatis epiſcopus ciuitatis omnes epi-
ſcopos vt vnuſquiſq; reuerteretur ad ꝓpria.Poſt
triennium aut quadriennium temporis deſideraui
ego Iacobus dyaconus proficiſci hieroſolymã:vt
ibi adorarem reſurrectionẽ domini noſtri ieſu chri-
ſti ⁊ oraui epiſcopum meum vt me permitteret ire.
Dum me ꝑmiſiſſet ire:dicit ad me.Tibi dico frater
dyacone:dum ꝑueneris hieroſolymam: require ibi
quẽdam fratrem Pelagium monachũ:⁊ eunuchũ:
qui multos annos habitat in ſolitudine clauſus:ꝙ
ſi eũ viſitatur?vere enim poteris ab eo iuuari.Hec
aũt oia dicebat mihi de ancilla dei Pelagia nõ ma
nifeſte.Perueni ergo hieroſolymã:et adoraui ſan-
ctã reſurrectionẽ dñi noſtri ieſu xp̃i:⁊ alia die req-
ſiui ſeruũ dei.Et acceſſi ⁊ inueni eũ in monte oliue-
ti vbi dñs orauit:in modica cellula vndiq; circũclu-
ſa:⁊ paruã feneſtrellulã habuerat in pariete. et per
cuſſi oſtiolũ feneſtrellule:⁊ ſtatim aperuit mihi:⁊ co
gnouit me:ego vero nõ cognoui eã.Quõ enim po-
teram cognoſcere illã quã ante viderã ineſtimabili

pulchritudine:iam facie marcidā factā pre nimia ab stinentia. Oculi vero eius sicut fosse videbantur. Que dicit ad me. Unde venis frater. Ego respondi ⁊ dixi. Missus sum ad te iubēte Nonnio epo. Que autē ait ad me. Ore pro me:qm̄ vere sanctus dei est. Et statim clausit ostiolum fenestrellule:et cepit psallere horā tertiā. Ego vero oraui iuxta parietē cellule eius:et recessi multum iuuatus de angelica visiōe eius. Reuersus autem hierosolymā cepi p monasteria ambulādo visitare fratres. magna vero ferebatur fama per monasteria de dōno Pelagio propterea deliberaui etiam iterato ad eum redire et salutaribus doctrinis eius refici. cumq ad cellulam suam peruenissem:et pulsare. imo nomiatim eū interpellare p̄sumerē:nihil respondit. Expectaui secunda die et tertia perseuerans:pprio nomine. pelagium interpellans neminem audiui. Quare intra me dixi. Aut nemo est hic. aut recessit qui erat hic monachus. Nutu vero dei monitus:iterū dixi consideret ne ostiolum fenestrellule. Et prospexi et vidi eum mortuum et clausi fenestriolam de luto replens diligenti cursus veni hierosolymam et nunciaui cōmanentibus q sanctus Pelagius monachus mirabilia faciens requieuisset. Tunc sancti patres venerunt cū diuersis monasterijs monachorum. et sic solutū est ostiolum cellule:et delatum est foras sanctum corpusculum eius quod auro ⁊ lapidibus preciosis condigne composuerunt. Et dum sancti patres vngerent corpus mirrha: tunc cognouerunt quod fuisset mulier. Qui volentes miraculū abscondere:sed populum ipsum latere nō poterat:exclamauerunt voce magna dicentes. Gloria tibi dn̄e. Jesu christe qui multas diuitias absconsas habes super terrā non solū viriles:sed etiā muliebres. Diuulgatum est autem omni populo. ⁊ venerunt oia monasteria virginum tam de hierico q̄ ex iordane vbi dn̄s baptizatus est cū cereis lampadibus ⁊ hymnis. ⁊ sic depofite sunt sancte reliquie eius:⁊ portate a sanctis patribus. Hec vita meretricis:hec conuersatio desperate eū qua⁊ dn̄s nos faciat inuenire misericordiā suam in die iudicij:qm̄ ipsi est honor ⁊ gloria potestas ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

¶ Finit vita sancte Pelagie.

¶ Incipit prologus venerabilis Pauli dyaconi ecclesie neapolis in vitam ⁊ conuersationem beate marie Egyptiace qualiter in heremo expleuerit tēpora vite sue.



Secretum regis celare bonū est: opera autem dei reuelare ⁊ confiteri honorificum est. Jta enim legitur angelum dixisse thobie. Post oculorum amissionē gloriosamq illuminationem:⁊ post illa transacta pericula:e quibus liberatus consecutus est dei pietatem. Etenim regis non seruare secretum:nociuū et valde periculosum est. et dei gloriosi silere opa magnum est anime detrimentum. Propter quod ego diuina tegere silētio dubitās:⁊ pigri inueniet serui metuens condemnationis iudiciū qui a domino talentum accipiens et fodiēs in terram abscōdit:et datum ad operationem celauit extra negociationem:sacram ad me platam narrationem nequaq̄ sileo. Sed nullus mihi sit incredulus scribendi de eis que audiui; nec quisq̄ me mentiri me existimet rei magnitudinem dubitans. Mihi enim absit sacris mentiri rebus:et adulterare verbum vbi deus memoratur. Eius autem qui minus intelligit ⁊ indignus est de dei magnitudine que carnem assumpsit ⁊ incredulus est ita dicenti:non mihi ptinebit periculum. Si qui autē illi sunt qui huius scripture legerint textum:gloriosamq rei admirationem sane credere renuerint ⁊ illis dominus misereatur:sciatq capaces sancti verbi ne rei existāt dei miraculorum:que plura in suis fieri predestinauit:electis quoniam et ipsi humane nature infirma cōsiderantes impossibilia decernunt ea que de hominibus sanctis gloriosa dicuntur. Assumam de cetero ad narrationem ipsam rem referens:que i hac nostra generatione facta dignoscitur:quam sacer vir diuina et aggeri et doctore educatus narrauit. Sed (vt supra dictum est) nullus hec ad incredulitatem trahat cōsiderās impossibile fieri in hac nostra generatione tam grande miraculum: quia gratia dei per omnes generationes in sanctas per transiēs animas:amicos dei facit ⁊ pphetas. quē admodum Salomon secūdū deum docuit. Temp⁹ ergo est sacre prodere narrationis initium magnū virile q certamē:venerabilis Marie egyptiace vidlicet: qualiter expleuerit tempora vite.

¶ Finit prologus.

¶ Incipit vita eius.



Ulit quidam senes in palestine monasterijs vir vite venerabilis et verbo decorat⁹:q ex ipsis cunabulis monachicis nutritus est morib⁹. zozimas nomine nullus enim existimet cognominatione nominis zozime :illum me dicere zozimam cui inter dogmaticos detrahebatur. vt putetur hereticus. Nam hic alius:atq ille alius. Multa enim inter vtrosq fuit differentia :hic orthodoxus monachicam elegit:vitam in quibusdā (vt dictum est) palestine monasterijs:totam percurrens patrū cōuersationē omniq ordi in abstinentia rectus est pcipu⁹:simulq regulas sibi traditas iuxta eorū certamina:infans dum esset conseruauit. Plura enim adinuenit de sua propria natura: qualiter subditam spiritui carnem faceret. Nam ita fertur certaminibus hisdem senex ignitus:vt plerisq multotiens in propinquis monasterijs aliquando ⁊ in longinquis degentes ad eius currerent doctrinam eiusq imitarentur abstinentiam : et eo informari atq erudiri festinarent. Talis enim fuit seni vir

tutis operatio:que meditatiões aliq̄n sacri verbi nūq̄ negligeret. Reficiēdo aūt vel a refectiōe surgē do opus ab eius manib⁹ nō desijt. Dicebat ergo b̄ zozimas q̄ ex ipsis matris finib⁹ in codez traditus monasterio:quinquag inta ibidem deuenisset annos monachi cū cursuz p̄ficiēs. Post hec vt ipse retulit molestabat a quibusdā cogitatiōib⁹ dicēs intra se Perfect⁹ suz in oībus:aliena doctrina mi⁹ egeo putasne inueni ꝗquisq̄ inter monachos : qui boni mihi tradere aut edificare possit q̄ō nescio. Aut q̄ ego eperat⁹ nō suz monachicā operaz. Nec iueniri pōt in deserto vir philosophus q̄ me sensu vl' opere p̄cellat. Hec secū cogitās pater q̄dē astitit ei ꝛ dicit ad eū. Bn̄ quidez in oībus certasti:optime monachicū cursuz p̄fecisti. Verūtn̄ tu eū nulluz hominez putas eē perfectiorē:nā sunt ꝛ alie salutis vie q̄s si vis app̄hēdere egredere d̄ terra ꝛ d̄ cognatiōe tua ꝛ de domo p̄ris tui. ꝛ abraam ille i patriarchis opi natissim⁹:ꝛ sequere me in quoddā monasteriuz iuxta iordanez fluuiū positū. Et vestigio senex sequēs precipientē egressus est monasteriū in quo pusill⁹ creuerat. Cūq̄ peruenisset ad iordanez sacratissimū flumē duct⁹ voce clamātis in illō monasteriū in quo de⁹ iusserat euz venire: manu atrij regiam pulsauit. Mox vt locut⁹ est:quidā monachus regiā custodiens nunciauit eum abbati qui susceptus est ab eo. Tunc conuersationem atq̄ habitū reuerētie eius aspiciens :humo prostrat⁹ vt monachis consuetudo est eum adorauit. Factaq̄ oratione interrogatus est ab abbate ita. vnde te coniunxisti ad nos frater:et p̄ qua occasiōe ad nos pauperes venisti zozimas senex respondit . Unde quidem dicere non mihi videtur necessarium:edificationis causa aduenio pater. Audiui enim signa magna atq̄ laudabilia per que possunt anime deo appropiquare. Dixit ad eum abbas ꝛ Deus frater qui solus humanā fragilitatez curare nouit:ille te atq̄ nos doceat suam diuinam adimplere voluntatem ꝛ ea peragere que optima sunt homo hominē edificare minime pōt:nisi vnusq̄sq̄ semp̄ suspiciēdo ꝛ sobrietate seruādo:operādo que bona sunt:deū sibi propinquū facias suis bonis operib⁹ sociando . Tamē quia x̄p̄i charitas te videre nostrā paup̄tatē inuitauit:cōmane nobiscum si pro hoc ad nos te cōiūgere festinasti:simul oēs nos saciabit x̄p̄i dei gratia idemq̄ pastor bon⁹ q̄ tradidit aīaz suā pro nostra redemptione,vocauitq̄z oues suas nominatiz: hec cū diceret zozimas humo faciem suā inclinauit:orātesq̄z pariter celebrata oratiōe dixerūt. Amē. Duz autem in eodem monasterio zozimas habitaret:vidit illic patres virtutibus ꝛ operibus choruscātes ꝛ spiritu feruētes ac domino seruientes incessabiliter stantes per totam noctis vigiliaz manib⁹ operantes:ex ore ipsorum psalmum non recedere:stultum verbum ab eorum ore non procedebat:secularia negocia ꝛ causam cure ad eos minime pertinebant annos redditus vel nomen eorum incognitū habebant sed vnum tantum erat eis arduum votū vt semetipsos mortuos facerēt corpore vt possent secularia euadere. cibus vero illis erāt spiritalia eloquia:corpori autez ministrabāt que necessaria sunt panem tātum ꝛ aquā:vt sustinerēt deo referre gloriam:ꝛ inuicem charitatē. Hec diuina opera duz videret zozimas:edificatus est valde proficiens deitatis laudēs diuitias:semper augendo cursum proprium:quia sibi cooperantem inuenerat diuinam potentiam. Plurimis autem transactis diebus appropinquauit tempus sanctorum ieiuniorum preparabantq̄ se cūcti purificatos dominice passioni atq̄ sacratissime eiusdem saluatoris nostri iesu x̄p̄i resurrectioni exhibere. Janua autē monasterij nullo modo patefiebat. sed semp̄ clausa manens a diuina opera monachis quietem prestabat vitā : nec licitū erat eā patefieri:nisi q̄dē monachorū p̄ aliqua necessaria causa aduenissent. Desertus autem erat locus ꝛ non solum viā transeuntibus:sed ꝛ propinquis incognitus:quia talis regula ab initio in monasterio illo custodiebatur:ꝛ propterea deus zozimam ad hoc perduxit monasterium. qualis autem erat illa consuetudo regule initio expositionis patefactam. Dn̄ico die prima ieiunij ebdomada omnes iuxta consuetudinem monachi vocabātur:sancta dei mysteria secunduz morē celebrare christianorum:ꝛ vnusquisq̄ eorum sacratissimum atq̄ viuificum corpus domini suscipiebat: paruumq̄ sumētes cibi congregabantur ad orationem solemni studio Cum autem complessent orationem flectentes genua senes seinuicem osculabantur deinde omnes se amplectentes ꝛ pacem dantes abbati:rogabāt sibi ab eo orationem futuri certaminis eorum auxiliatricem fieri. Hisq̄ peractis monasterij aperiebant ianue:simulq̄ psallentes ꝛ dicentes. Dominus illuminatio mea ꝛ salus mea quem timebo. Dominus protector vite mee a quo trepidabo:ꝛ cetera que sequuntur. egredientes aūt vnū tn̄ vel duo ad custodiedum monasterium relinquebāt nō q̄ intra posita custodirēt:q: nec erat q̄ō a furibus raperetur: sed ad hoc maxime p̄dicti custodes ibidē relinquebantur:ne oratorium sine celebratiōe solēni postponeretur. Singuli aūt secū deferebāt vite necessaria p̄ut poterāt aliquāti quidē panē paruum ad fragilitatem corp̄is sustentādā:alij aūt caricas alius vero dactilos ceteri aūt legumina aquis īfusa:alij aūt nihil nisi p̄prium corpus ꝛ pallium quo vestiebant Nutriebātur vero quotiens natura cōpellebat herbis que in desertis nascebātur. Igit regulā p̄prias nouiter sibi quisq̄ eoꝝ creabat: talēq̄ habeāt immutabilem legē:ignorare aliū q̄ ali⁹ oparetur certamina:eo q̄ iordanē non derelinquentes:seorsum lōge abinuicē descendentes a ciuitate ꝛ habitationē habebāt per desertum nullusq̄ alij adiungebātur: sed si forsitan vnus eorum alium longe ad se venientem aspiceret e vestigio discedens p̄positā itineris viam ad aliam se declinabat p̄tem:ꝛ ita solitariam agebant vitam semper psallendo ꝛ deo gratias referendo oportunum gustabāt cibū. Sic eñ omnes

dies complentes ieiunij remeabant ad monasterium dñico die precedente hebdomadā resurrectiōis dñi et saluatoris nostri: die quo festa palmarum sancta celebrare cōsueuit ecclesia referens. vnusquisqꝫ eorū proprijs laboris fructū sue videlꝫ conscie cognoscendo ipsum qualiter operatus sit qualesue seminauerit fructus. Nulli vero erat licitum interrogare proximum suum. quō vel qualiter presentes exercuerit labores. quia huiusmodi regula tradicta fuerat. ꝙ quisqꝫ eorum habitādo desertum. duo tātūmodo certaminis sui cursum demōstrarent. a nullo clarificari homine desiderantes. nullā querentes transitoriā vel vanam gloriā. aut humanū fauorē. sed spiritualia operando. carnalia autem atqꝫ terrena contēnēdo celestia obtinerent. Nam demonstratio hominū infructuosa opera et damnosa semper acquirit. Tunc ergo zozimas iuxta consuetam regulam monasterij. pertransiuit iordanem. paruūqꝫ secum detulit cibum ad sustentationem corporis et pannum quo induebatur. equidem regulam adimplebat pertranseundo heremū tpe vero refectionis edebat cibum necessariū pro natura corporis. Soporem vero in terra pronus iacens capiebat modicum gustando somnū. vbi cū finis diei occupasset atqꝫ iterum diluculo iter suum faciebat incessabiliter augmentādo cursum habēs desiderium pertrāsire heremum sperans aliquem reperire patrem in deserto qui eum potuisset edificare iuxta eius desiderium. Currebat igitur secundum optimam viam. vt ei permissum fuerat. festinanterqꝫ currebat. Vinginti ergo dierum pergens iter. facta hora quasi sexta paululum se abstinuit ab itineris labore. eleuatisqꝫ oculis ad orientem consuetam sibi celebrabat orationem. Solitus autem erat statuto diei tempore. i. tertia sexta et nona abstinere se a sui iteneris cursu orationis causa: eleuansqꝫ oculos ab superna et respiciens ad dexteram vidit in quodam loco stare quasi vmbraculum humani corporis Stupefactus ac turbatus valde existimabat fantasma esse quod videbat: et signaculum sibi redemptionis sancte crucis faciens ac completa oratione vidit quandam ambulantem in parte meridiana: nudo nigrosqꝫ corpore et incendio solis exustam capilli capitis eius vt lana candana: atqꝫ paruiusqꝫ ad collum corporis descendentes. Dum hoc videret zozimas admiratus repletusqꝫ gaudio magno cepit currere ad eamdem partem in qua predicta videbatur: Nam et illa quē zozimas videbat: ineffabili exultabat leticia: quoniam videbat quod multorum annorum spacio minime respexerat humane nature speciem: neqꝫ alicuius animalis vel volucris figuram. Miratus ergo zozimas qui vel qualis esset quam viderat: existimans ꝙ magnam vidisset personam. Dum enim illa viderat de longe ad se appropinquantem cepit gradu concito fugere ad interiora deserti: zozimas autem contemnens senectutis debilitatē fastidiumqꝫ itineris: concito eam gradu sequebatur: et illa magis fugam petebat. Erat autem zozime cursus velocior et paulatim appropinquabat fugienti. Proximus autem ei factus, ita vt etiam vox eius posset audiri cepit zozimas vociferare: talem emittens vocem cum lachrymis. Ut quid me fugis hominem senem et peccatorem serue dei viui. Sustine me quicūqꝫ sis: coniuro te per deum pro cuius amore hunc habitas heremū vt recipias me debilem atqꝫ indignum senem. Coniuro te per illum ad quem pro tātis tuis laboribus spem habes bonā et eternā tribulationem: colloquere mecū dulcedinis ac suauitatis verba: et noli me derelinqre sine mutua locutione. hec zozima cum lachrymis orāte venerunt vtriqꝫ currentes in quēdam locum qui locus ita videbatur quasi torrens ibi aliquādo cucurrerit: positio autem loci illius necubi videbatur contingentem eum ad prememoratum locum precedens illa que fugiebat ante faciem zozime descendit et rursum per aliam partem loci illius quasi torrens ascendit zozimas nimium fatigatus minime potuit cursum facere: sed magis estans ex vna parte loci augens lachrymis lachrymas: et flectibus flectus: rogabat edificationis sibi impendi sermonem. Vox illa que prius fugā petebat: talem emisit vocem. Abba zozima quid me persequeris. Ignosce mihi per deum te rogo. Ignosce mihi per deum peto: quia minime possum conuertere faciem meā ad te: eo ꝙ mulier sum nuda: sed pallium quo indutus es mihi porrige vt possim corporis mei verecundiā tegere veniāqꝫ ad te vt orationes tuas accipiam. Tunc stupefactus atqꝫ turbatus senex eo ꝙ audissꝫ se vocari ex nomine sapientia dei repletus diuinaqꝫ refulgens gratia intellexit ꝙ non eum nominatim poterat vocare: quē nunqꝫ viderat neqꝫ audierat nisi quia superna prouidentia ei reuelauerat. Statimqꝫ expoliās se pāno quo induebatur iactauit illi auersa facie. Illa vero sumēs eum cinxit se vt potuit et cooperuit partem necessariā sui corporis: respiciēsqꝫ zozimā ait ad eum. Quid tibi visum fuit peccatricem mulierem videre aut quid querens cognoscere tot tibi iposuisti labores? Ille vero genua flectēs obsecrabat vt benedictionem ab ea acciperet: illaqꝫ humo prostrata vicissim adorabat eum. Erant ergo vtriqꝫ prostrati in terram inuicem se adorātes: et rogātes alterutrum initium facere benedictiōis Nulla vero penitus. audiebatur vox: nisi tantūmodo benedic pater et vicissim: benedic me domina benedic: Dum autem diu in hoc persisterent respondit mulier dicēs. Abba zozima tibi magis cōcessum est benedicere atqꝫ orare eo ꝙ sacro honore presbyterij fungeris: pluresqꝫ ānos sanctis assistis altaribus bene sanctis orationibus mēte repleta. Hec audiens zozimas amplius territus atqꝫ stupens ait Certe video mater ꝙ omni spirituali gratia sis repleta: quia nomē et officium presbyterij designasti in me quem nunqꝫ vidisti. Spiritalis enim gratia nō propter ordinem vel dignitatem tribuitur: sed magis ex bonis operibus et deo dignis actibus acquiritur vnde et per dominum adiuro te vt prius a te benedictionem accipiam tuaqꝫ oratione perfrui merear

Cõsentiensq́ vero sermonibus senis mulier respõdit. Benedictus dñs redẽptor animarũ nostrarũ. Zozimas autem respondit. Amen. Moxq́ erecti ambo de terra ait seni mulier. Rogo te pater quid ad me peccatricem venire festinasti. Aut quid nudam ab omni bono opere infirmam cernere voluisti mulierẽ? Zozimas respondit. Nõ hoc tñ volũtatis mee fuit: sed diuine dispẽsatiõis munus nos fecit vtrosq́ videre. Respõdit mulier. Si vt asseris per diuinã dispensationem actum est rogo te vt mihi pater cõuersationẽ humani generis quõ faciunt reges: vel pastores ecclesiarum narres. Zozimas respondens ait ad eã. Multifaria relinquẽs breui sermone dicã mater. q̃ dñs noster iesus redẽptor noster. et omni populo suo firmã pacẽ cõcedere dignatus est. Sed rogo te vt depreceris deũ ꝓ totius ecclesie stabilitate: simulq́ pro peccatis meis. respõdit mulier ad eum. Opportunũ est et valde necessariũ te abba zozima que habitu et sacerdotali ornaris officio ꝓ omnibus atq́ pro me peccatrice orare deũ: qm̃ in hoc vocatus es tñ ꝓpter preceptũ tuũ obedire cũ omni virtute deo: et orabo deũ sicut petisti licet peccatrix. Et eleuãs oculos ad oriẽtẽ. manusq́ erexit in celum cepitq́ silenter orare: ita vt tñ labia mouerẽtur: et vox eius ꝑenit⁹ nõ audiret. Unde senex nullũ verbum orationis intelligere potuit: sed hoc sibi testem deũ adhibẽs dicebat: q2 deũ ꝓlixã mulier faceret orationẽ vidit eã in loco in quo stabat orãs suspensam a terra in aere: quasi vnius cubiti mensura. Qua visione magno comprehensus timore: et cadens cepit sudoribus inundare: stupore cõprehẽdi admirationibus estuare: nihilq́ aliud dicere poterat nisi tãtũmodo kyrieleyson. Dũ hec agerẽtur: cepit senex magna dubitare anhelare: ne forte spirit⁹ esset fantasie fingẽs orationẽ. Moxq́ cõuersa mulier cõfortauit eũ dicẽs. Quid te abba cogitatiões tue perturbãt: scãdalizare in me q2 spũs sim: et fictã facio orationẽ. Satisfactus esto: peccatricẽ me esse mulierculã: que tñ sacro sum circũdata baptismate et spũs fantasie nõ sum sed fauilla et cinis et totum caro: et nihil spiritalis fantasie aliq̃n vel ad amentẽ reducẽs. Hec dicens: signo crucis signat frontẽ suã oculos et labia simulq́ pectori vexillum crucis infigẽs ita dixit. Abba zozima de⁹ de aduersario et de immissionibus ei⁹ liberet nos qm̃ sup nos multa est inuidia eius. ¶ Hec audiẽs senex prostrauit se et apprehẽdit pedes eius dicẽs cum lachrymis. Obsecro te per dñm nostrum iesum xp̃m verũ deũ et hominem: q̃ de virgine Maria nasci dignatus est pro nuditatẽ sustines istam pro quo has quoq́ carnes affligens expẽdisti: vt nihil abscondas a me q̃ sis et vnde vel qñ ob quã occasionem solitudinem hanc inhabitasti sed oĩa que circa te sunt edicito mihi: vt dei magnalia facies manifesta. Sapiẽtia enĩ abscõdita et thesaurus occult⁹ q̃ vtilitas in vtrisq́? Dic mihi omnia ꝓpter deũ nec enĩ pro gloriatione aliquid dicis aut ostentatione sed vt mihi satisfacias peccatori et indigno. Credo enĩ deo cui viuis: et cum quo cõuersaris. Quĩ ob huiusmõi rem directus sum in hanc solitudinẽ: vt ea que circa te sunt deus faciat manifesta. Non enĩ nostre virtutis est iudicijs resistere dei. Nisi fuisset acceptabile xp̃o deo nostro manifestare te: et qualiter decertasti: nec te ipsam permiserat vidi ab aliquo. nec me cõfortaret tantã properare viã: nusq̃ valentem ꝓgredi: aut de cellula mea ꝓcedere. Hec eo dicente: sed et alia plura: eleuans eũ mulier dixit. Uere abba erubesco dicere tibi actuum meorũ turpitudinẽ: tamen q2 vidisti nudum corpus meum: denudabo tibi et opera actuum meorum vt cognoscas quante turpitudinis atq́ luxurie cõfusione et opprobrio repleta est anima mea. Non enĩ vt tuipse considerasti: ꝓpter aliquã meam gloriam que circa me sunt: pronuncio. Quid enĩ potero gloriari que diaboli vas fui electionis autem effecta. Scio aũt q2 si cepero narrare ea que sunt de me fugies a me quẽadmodũ quis fugiat a facie serpentis auribus non sustinẽs audire ob inexpedibilia que sum operata. Dicam tamẽ nihil negãs: sed verius referã supplicãs te prius vt nõ deficias orare pro me: vt misericordiã inuenire merear in die iudicij. Et senex suffusus lachrymis flebat. Tunc cepit narrare ea que de se erant ita dicẽs. Ego pater patriam habui egyptum: parentibus autem meis viuentibus: duodecimum etatis gerens annum affectum illorum spernens in alexãdriam veni. Et quo modo virginitatem meam in primis violauerim: et qualiter indesinẽter et insatiabiliter vitio libidinis subiugata iacuerim: erubesco cõsiderare hoc enĩ nõ breue est dicere: citius tamen dicam: vt cognoscere possis vitij mei ardorem: quem in amorẽ stupri habui decem et septem (et eo amplius) annis publico astans loco pessimum mei corporis exercebam negociũ tradens volẽtibus irrecusabiliter carnis mee pudorem: repellẽs a me omne acquisitionis lucrũ. Unum tantum mihi erat lucrum luxuriosam acquirere vitã. Nam ludus et ebrietatum nimietas mihi pro thesauris videbãtur. Multotiens oblata recusabam: vt amplius acquirem pessimi mei desiderij amicos: et hoc non quasi locuples faciebam: sed egestatem pro diuitijs reputabam. Unus vero mihi et manus erat desiderijs ardor: procelatis cõuiuijs risibus atq́ iocis insistere. et diebus et noctib⁹ pessimam corporali nature iniuriã irrogare: huiusmõi enĩ obscenis et maculosis operibus: mee iuuẽtutis expendidi vitam. Hoc modo mihi viuente: vidi aliquãdo liberorum et egyptiorum multitudinem concurrentem quasi a mare reperiq́ aliquem et interrogaui dicens. Ubi putas festinãt isti viri q̃ currunt. Dixit aũt mihi. In hierosolymam omnes ascẽdũt ob sancte crucis exaltationẽ: que post aliquot dies solito celebrat. Dixit autẽ ei et ego. Putas suscipiẽt me: si voluero abire cum ipsis. Et ille dixit. Si habueris naulum nullus te prohibebit. Dixit ei. Uere frater naulũ vel sumptũ nõ habeo vadam autem et ascẽdam in vnã nauiũ quã cõduxerunt: et licet noluerit enutrire me: memetipsam eis tradam: nam

corpus meum in potestate habētes pro naulo acci
piant. Proterea autē cum eis volui ambulare (ab
ba ignosce) vt multos haberem cooperatores in li
bidinis passiōe. Dixi tibi mi senex et mi abba igno
sce mihi: nec me cōfusionem meā dicere compellas
Cōtremisco deniqȝ: maculant enī et te et ipsum aerē
isti sermones mei. Zozimas autē terram lachrymis
infundens respondit ei. Dico mater mea propter
deum dic: et ne permittas sequentia salutifere narra
tionis. Illa autem adiungens priori narrationi ad
didit hec. Ille aūt adolescens sermonum meorum
audiens scurrilitatem ridens discessit. Ego autem
fusum quem manu tenebā: proijciens: hūc enī post
tempus cōueniebat me tenere: cucurri ad mare vbi
illo perspexi currentes: et vidi iuuenes aliquos stan
tes in littore: numero quasi decē satis corpore acer
rimos: et ad id quod erat mihi placabile optimos
visos. Erāt aūt et alij qui iam in naues ascēderant.
Impudenter autem vt mihi cōsuetudo erat et irre
uerenter in medio eorū me dedi dicens. Accipite et
me vobiscū quo pergitis: non enī ero vobis impla
cabilis. Sed et alios sordidiores proferēs sermōes
oēs ad ridenduȝ cōmoui. Illi autē me rubescentē
motum videntes: accipientes me in nauiculam por
tauerunt. Exinde nauigationem cepimus. Que au
teȝ post hec acta sunt: quomō tibi enarrare potero
pater. Que lingua dicere potest aut auris audiri ea
que in nauigio vel in itinere facta sunt quomodo
etiam nolentes ad peccatum miseros compellebaȝ
Non est enarrabilis nequissima species cuius ma
gistra sum infelicibus effecta sceleribus. Ergo nūc
satisfactus esto: q: stupeo quomodo me harum ini
quitatum luxurias mare illud sustinuit: quomodo
non aperuit terra os suū et in infernum me viuentē
demersit: que tantas in laqueuȝ duxi animas. Sed
profecto deus qui neminē vult perire sed oēs sal
uos fieri expectauit penitētiam meam. Non enim
vult mortem peccatoris sed longanimiter expectat
sustinens cōuersationē. Sic nāqȝ cū magna festina
tione ascēdimus hierosolymam: et quātos quidem
dies sancte crucis festiuitatem in ciuitate cōmora
ta sum: similibus vacaui nequissimis operibus: ma
gisqȝ prioribus. Non enī sufficiens fui iuuenibus
mecum in naui luxuriātibus et in itinere sed et alios
multos peregrinos et ciues in opus sceleris mei
congregās coinquinaui seducēs. Quādo aūt venit
sancte exaltationis preciose crucis festiuitas: ego
quidam sicut et prius preibam iuuenum illaqueans
et capiēs aīas. Vidi aūt pmo diluculo omnes ad
ecclesiam vnanimiter cōcurrētes. abij et ego currēs
cū properātibus: et veni cum illis in atrium tēpli.
Et cū venisset hora exaltatiōis dñice crucis impin
gebā et impingebar: repellebarqȝ quodāmodo festi
nans ingredi cū populo conāter vsqȝ ad ianuā tem
pli: cū bis q̄ ingrediebātur tn̄ cū magna laboris tri
bulatiōe appropinquabā et ego infelix. Quādo aūt
ianuā ingredi volebā: illi quidē oēs sine impedimē
to ingrediebātur: me aūt diuina aliqua virtus phi

bebat: nō indulgēs introitum. Mox igitur repul
sa eijciebar foras et eiecta sola inueniebar in atrio
stans. Cōsiderās aūt p mulierē impotētiam mihi
hoc euenire: iterum me alijs miscēdo vim mihi quo
dāmodo faciēdo introeūdi: se nimirū laborabā in
uacuū. Vt enī limina vestigio cōtingebā: oēs inte
rius respiciebā nulluȝ impedimentum habētes. me
autē solā non recipiebāt: sed quasi multitudo milia
ris effecta vt ingredienti mihi aditus clauderet: ita
me repētina virtus quedā phibebat: et iterum inue
niebar in atrio. Hec ter et quater passa: et facere co
nans: et nihil proficiens: desperās decetero et am
plius nusq̄ pgredi valens factum quippe fuit cor
pus meū a vi cōpromittētium valde cōfractū. Rece
dens itaqȝ inde in angulo atrij cōstiti: et vix aliquā
do quā ob causam phibebar videre viuificum lignū
in cogitationē reduxi. Tetigit enī mentem et oculos
cordis mei intellectus salutis: recogitās q: squalli
di actuū meoȝ scelera mihi introeundi aditū obser
uabant. Cepi igitur flens nimiū cōturbari et pect9
meū tūdere atqȝ suspiria de pfundo cordis pferēs
et gemēs et eiulans pspexi in loco in quo stabā sur
sum imaginē sancte dei genitricis stātē: et aio ad eā
intēte et inclināter intendēs. Domina virgo sancta
maria: q̄ deū verū scḏm carnē genuisti scio enī scio: q:
nō est cōcedens nec oportunū: sic horridā me et pec
catricē adorare sacrā imaginē tuā: vel cōtēplari ocu
lis tantis sordib9 pollutis: que semp virgo esse di
gnosceris: castaqȝ corpore et aīa mūda existis et im
maculata. Iustū est enim luxuriosaȝ me a purissima
castitatis tue mundicia: abhominari et proijci. Tamē
qm̄ (vt audiui) ob hoc deus homo fact9 est: quē ipsa
digna genuisti. vt peccatores vocaret ad penitētiā:
adiuua me solitariam: et nullū habētē adiutoriū pre
cipe et mihi licētiā tribue ecclesie patefactū ingredi
aditū non efficiar aliena a visione preciosissimi ligni
in quo affixus est deus et homo quē virgo cōcipiēs
ipsa virgo peperisti: q pp̄riū sanguinē pro mea de
dit liberatione. Iube dña et mihi indigne ob diuine
crucis salutatorem ianuā tēpli patefieri et te et te ge
nito xp̄o dignissimā da fideiussorem q: nūq̄ vltra
meam carnē quo inquinabo per horrēda cōmixtio
nem ludibria: sed mox vt filij tui virgo sancta vide
ro lignū: seculo et actibus eius cū oibus q̄ in eo sunt
statim renuncio: et cōtinuo egrediar vbicūqȝ ipsa vt
fideiussor me direxeris. Hec dicēs: et quasi aliquam
satisfactionē recip ēs fidei succēsa calore et de pieta
te visceribus dei genitricis psumēs moui me de eo
dē loco: in quo stās feci oratione et veniēs iterū in
grediētib9 me miscui. et vltra nō erat q̄ me repelle
rat vel q̄ me phiberet appropinquare me ianuis tē
pli. Accepitqȝ me tremor valid9 et extasis: et totaex oī
bus tremebūda turbabar. Itaqȝ cōiungētē me ad
ianuā cui9 mihi adit9 primo claudebaẗ (q̄si ois v̄t9
q̄ prius igredi me phibebat) post aūt viā ingredie
di ppararet ita absqȝ ipedimēti molestia itroiui: et
sic itra scā ictoȝ recepta suȝ et pciosi ac viuifici cru
cis ligni adorare mysterij digna habita suȝ: et tūc

vidi dei sacramēta:⁊ qualiter est parat⁹ suscipere pe
nitētes. Tunc proijciens me pronā in terrā:⁊ sanctū
illud osculans pauimentū exibam. Currens autem
ad illā que me fideiussit venit restans. Coniunxi me
igit̄ in illum locū vbi fideiussionis conscriptū est ci
rographū:⁊ genu curuans coram imagine sancte vir
ginis dei genitricis: his precata sum verbis. Tu que
dē semꝑ o benignissima domina tuam ostēdisti pie
tatis misericordiā: tu indignā supplicationē nō ꝓ
iecisti: vidi gloriā quā peccatores merito non vide
mus. Gloria omnipotēti deo: qui ꝑ te suscipit pec
catorū penitentiā. Quid amplius peccatrix ⁊ mise
ra valeo recordari aut enarrare. Tēpus est iam im
plere quam fidē ditioni tue placitā. Nunc vbi tibi
cōplacet dirige me. Esto mihi salutis ductrix ⁊ ve
ritatis magistra: ꝓcedens mei in viam que ducit ad
penitentiā. Et hec dicens audiui vocem alicuius a
longe clamantis ⁊ dicentis. Jordanē si transieris
bonam inuenies requiem. Ego autem hanc vocem
audiens ⁊ pro me factam credens lachrymas excla
maui ⁊ ad dei genitricis imaginē prospiciens sic vo
ciferata sum. O domina ⁊ regina totius orbis per
quā humano generi salus aduenit: noli me derelin
quere. Et hec dicens de atrio templi sum egressa:⁊
festinanter ambulebā. Exeunte autē me vidit me
quis ⁊ dedit mihi tres nūmos dicens. Accipe hos
nūmos. ego autē accipiens: tres ex eis panes cō
paraui:⁊ hos accepi benedictionē mei itineris con
gruos. Interrogaui autē eū qui panes vendebat:
vnde ⁊ qualis via esse noscitur que ducit ad iorda
nem. Et cognoscens portā ciuitatis que in illa par
te pergit: currens iter agebam plorans. interroga
tioni aūt interrogationem annectēs: reliquum diei
cōsumpsit iter ꝓsperans: erat enī hora diei iam ter
tia: quando preciosam ⁊ sanctam crucem videre me
rui. Et sole iam ad occasū declinante: ecclesiā bea
ti Johannis baptiste positam iuxta Jordanē con
spexi ⁊ in eodem templo ingressa adorans nō conti
nuo in Jordanem descendi. ⁊ ex illa sancta aqua:
manus ⁊ faciem laui. Cōmunicaui autē viuifica et
interpretata christi domini sacramenta: in eadem
sancta precursoris ⁊ baptiste Joannis basilica ⁊ tūc
vnius panis medietatem comedi: ⁊ ex aqua bibi
noctu in terra quiescēs. Lucescente crastino in par
tem aliam transiui:⁊ iterum petij ductricem meam
virginē Mariam vt mihi dirigeret vbi ei placitū
esset. Deueni autem in hac solitudine:⁊ tunc vsq
hodie elongaui fugiens: expectans deum meū: qui
saluos facit a pusillo animo .i. (procella) eos qui cō
uertuntur ad ipsum. zozimas autē dixit. Quot an
ni sunt o domina: ex quibus hanc inhabitas solitu
dinē. Respondit mulier. Quadraginta septem anni
sunt vt ꝯsidero. ex quo de ciuitate egressa sū. Di
xit aūt zozimas. Et quid inuenire ad esū potuisti
o mea dn̄a. R̄ndit mulier. Duos semis qdē panes
deportans. Jordanem transmeaui. qui post modi
cum arefacti quasi lapides obdurauerūt: ex qbus
modicum quid vsq ad aliquos annos comedens
transegi. Dixit autē zozimas. Et sic absq dolore
transisti tanti temporis longitudinem: nihil repen
tine immutationis conturbātis te sentiens calo
rem. Et illa dixit. Rem nunc me interrogas quam
dicere valde contremisco. Si ad narrationem vene
ro tantorum que sustinui periculorū ⁊ cogitationum
que inique conturbauerunt me: timeo ne iterū ab
eisdem tribulationē patiar. Dixit zozimas. Nihil
relinquas o domina quod non iudices. Semel enī
in hoc te manifestam cognouimus: per ordinē pro
omnia te indiminute oportet nos edocere. Illa au
tem dixit ei. Crede abba decem ⁊ septem annis fe
ris immansuetis ⁊ irrationabilibus reluctans desi
derijs: dū cibū initiabam desiderio mihi erant car
nes: concupiebā pisces quos egypt⁹ habebat: de
siderabā etiā vinū delectabile mihi. Multum enim
delectabar in vino ⁊ supabundātius vsq ad ebrie
tatē bibebam:⁊ tūc mihi erat valde in desiderio:
eo ꝙ multo vtebar dū essem in seculo. Hic aūt īquā
o ino gustandi nō habēs vsum vehemētissime vre
bar:⁊ sustinebam necessitatis periculū. Fiebat au
tem mihi ⁊ de luxuriosis canticis nimium deside
riū perturbans ⁊ reducens ad memoriā demonio
rum cantica decantare que in seculo didiceram.
Mox autem lachrymans ⁊ pectus meū manu per
cutiens: meipsam ad memoriam reducebam de cō
uenienti fide ditionis quam feceram: egrediens
contra hanc solitudinem. Veniebam autem per co
gnitionem ante ymaginem dei genitricis Marie
que me ⁊ in fide sua suscepit:⁊ ante illam plorabam
vt effugaret a me cogitationes: que miserrimā meā
animam affligebant. Quando autem superflue do
lenterq lachrymabar:⁊ viriliter pectus meum tun
debam: tunc videbam lumen vndiq circumfulgens
me:⁊ serenitas mihi quedam stabilis mox fiebat.
Cogitationes autem que ad fornicationem iterū
iterumq compellebant me quomodo tibi enarra
re possum. Abba ignosce. Ignis intus infelix cor
pus meum nimis succendebat:⁊ totam me per om
nia exurebat:⁊ ad desiderium commixtionis trade
bat. Dum mihi ergo talis ascenderet cogitatio ꝓ
sternebam meipsam in terrā:⁊ lachrymis terrā in
fundens ipsam mihi veraciter astantē videbā: que
me fideiusserat minantē mihi compellatione quasi
preuaricāti: ⁊ penas preuaricationis imminentes
ira mucronis contra me agentē. Non autem ante
surgebam de terra: nisi prius illa dulcissima lux il
luminare me solito: et cogitationes perturbantes
me effugaret. Semꝑ itaq cordis mei oculos illam
fideiussorē meā sine cessatione erigebam deprecans
eam auxillari mihi in hac solitudine:⁊ penitētie ha
bui adiutricem ⁊ coadiutricē ipsam que genuit ca
stitatis autorē: ⁊ sic decē ⁊ septē annorū curricu
lū periculis multis (vt dixi) reluctans. vsq hodie
adiutorium meum dei genitrix mihi astitit virgo
benedicta per omnia ⁊ in omnibus me dirigēs. Di
xit autē zozimas. Unde exhibuisti cibū aut vesti
mentū. et illa dixit. Panes quidem illos sicut dix

expendens per decē ⁊ septem annos: deinceps nutriebar herbis que inueniebantur per solitudines. Indutuꝫ auteꝫ quod habui transmeato iordane nimia vetustate scissum ⁊ consumptuꝫ est. Multā autem glaciali frigore estusq̄ ardore necessitatem sustinui: concremata estus incendio ⁊ nimio frigoris gelu frigescens corpore ⁊ tremens multotiens et in terraꝫ cadens: pene absq̄ spiritu iacebam immobilis multis ⁊ diuersis necessitatibus ⁊ tentationibꝫ inmēsis reluctans. ⁊ ab illo die vsq̄ ad hāc virtus dei multis modis animā ⁊ corpus meū custodiuit. Recordās enim de quātis malis liberauit, me dn̄s esca enutrior inconsummabili ⁊ satietatis possideo epulas speꝫ salutis mee. Nutrior autē ⁊ cooperior tegmine verbi dei qui ꝯtinet oīa. Non in solo pane viuit hō ⁊ nō habentes operimētū petētes circumdati sunt tegmine hij q̄ se pcti expoliauerūt tunicaꝫ. Audiens auteꝫ zozimas quoniā scripturaruꝫ testimonia proferebat ex libris Moysi videlicet: beati Iob: siue psalmoruꝫ dixit ad eam. Psalmos a matre didicisti: vel alios libros sacre scripture legisti. Illa auteꝫ hoc audiens subridens dixit ad eum. Crede mihi pater non vidi homineꝫ ex quo iordaneꝫ transiui nisi te hodie: sed neq̄ feram aut aliud animal qualecunq̄ ex quo in hanc deueni solitudineꝫ. Litteras autem nunq̄ alicubi didici: sed neq̄ psallentem neq̄ legenteꝫ aliquē auscultaui. Sermo auteꝫ dei viuus ⁊ efficax est intellectuꝫ intrinsecus docens humanum. Hucusq̄ finis coruꝫ que in ea sunt. Nunc auteꝫ obsecrans queso te per incarnationem verbi dei: vt ores pro me luxuriosa. Et cum hec dixisset cucurrit senex ⁊ genu flexo in terram prosternens se cum lachrymis exclamauit dicens. Benedictus deus qui fecit mirabilia magna solus gloriosa ⁊ vehementer stupenda quibus non est numerus. Benedictus es domine deꝰ qui ostendisti mihi quanta largiris timentibus te. Uere enim non derelinquis querentes te domine. Illa auteꝫ apprehendens senē non permisit in terraꝫ perfecte prosterni sed dixit ei. Hec que audisti homo obtestor te per dominū nostruꝫ Iesum christuꝫ saluatorē nostrū: nemini dixeris quoadusq̄ deꝰ de vinculo carnis absoluat me. Uis. omnibꝰ acceptis vade in pace: ⁊ iterum hoc eodē tēpore transeunte anno apparebo tibi: ⁊ videbis me dei nos gubernante gratia. Fac auteꝫ propter dominū quod nūc tibi iniungo. In sacris ieiunijs recurrentis anni futuri non transeas Iordaneꝫ vt consuetudinē habetis agere in monasterio. Stupebat auteꝫ zozimas audiens quoniaꝫ ⁊ canonē siue regulaꝫ monasterij edicebat nihilq̄ aliud clamabat: nisi gloriam deo qui maiora iaꝫ petentibus ⁊ diligentibus se largit᷑. Illa auteꝫ dixit. Sustine vt dixi: abba in monasterio neq̄ eniꝫ (⁊ si volueris) exire quoq̄ valebis. Uespere auteꝫ sacratissime dominice cene, accipe diuini corporis ⁊ viuifici sanguinis portioneꝫ in vase sacro: dignoq̄ tanti mysterij: ⁊ afferens sustine me in parte Iordanis que cōiungitur seculo: ⁊ veniēs viuifica accipiam dona. Ex quo eniꝫ in ecclesia beatissimi ꝑcursoris priusq̄ transirem iordanē cōmunicaui: deinceps vsq̄ nunc nunq̄ communicaui: nunq̄ vsq̄ nunc santificationis huius vsa sum sacramētis: ⁊ ideo deprecor deprecationeꝫ meam non negligas sed affer (vt dixi viuifica atq̄ diuina mysteria: illa hora qua dominus discipulos diuine cene participes fecit. Iohanni autem abbati monasterij in quo habitas dicito. Attende autem tibipsi ⁊ gregi tuo: aliqua enim fiunt ibi digna emendatione: sed nunc nolo te ea sibi edicere: sed quādo tibi ꝑcepit dominꝰ. Hec dicens ⁊ orationeꝫ a sene postulās ad interioreꝫ sollicitudineꝫ velotius festinauit: zozimas auteꝫ prosternens se osculabat᷑ terre locum in quo eius vestigia steterant dansq̄ gloriam deo immensasq̄ gratias agens reuersus est laudans et benedicens dominū nostrū Iesum xp̄m. Iterū ergo remeans per viam solitudinis coniunxit se fratribus in monasterio eo tēpore quo reuerti consueuerant hi qui ibidem morabantur. Et totuꝫ quideꝫ annū illum tacuit nihil audens ex his que viderat enarrare in scipso auteꝫ deprecabatur deum vt iterū ei ostenderet desiderabilē vultum. Suspirabat aūt annualis cursus considerās tarditatē. Quādo ergo aduenit sacra ieiuniorum initiata dn̄ica: mox post solitā orationē alij quidem psallētes exierunt ipse aūt modicā febris infirmitate detētus mansit intus in monasterio. Recordatus est autē zozimas sctē illius ꝑdictū sibi sermonē: q᷑ neq̄ volens exire valebis. Aliquātis aūt elapsis diebꝰ ab infirmitate subleuatus in monasterio ꝯuersabat᷑. Qn̄ aūt monachi sunt reuersi ⁊ ꝯiuncti vespere sacrate cene dominice fecit qđ ei iussus fuerat: ⁊ mittēs in modico calice intemerati corpis xp̄i portionē ꝑciosi sanguinis dn̄i nostri iesu xp̄i posuit in canistro caricas modicas ⁊ palmarū fructus. i. dactilos ⁊ parū lēticule aquis infuse: ⁊ venit tarde hora iaꝫ vespera ⁊ ad litus iordanis sedebat: aduentū postulās sancte mulieris. Beatissima aūt illa tardāte zozimas nō dormitauit sed sollicite attēdebat solitudinē sustinēs qđ videre desiderauit. Dicebat aūt senex in semetipso. Nunquid veniēs non me inuenit ⁊ reuersa est? Hec dicēs flebat: ⁊ oculos eleuans in celū supplicīter deū deprecabat᷑ dicens. Non me alienes dn̄e videre iterū quaꝫ videre me tribuisti nō vadā vacuus peccata mea portās in increpatione. Hec orās cum lachrymis alia in eum cogitatio incidit. Quid inq̄t ⁊ si venerit faciet? Quō transiet iordanē q᷑ nauicula non est? Qualiter aūt ad me indignuꝫ perueniut. Heu me infelicē: heu quis me taꝫ iuste speciei alienauit visu? Hec sene cogitante: ⁊ ecce illa sancta aduenit: ⁊ in parte alia fluminis stetit: zozimas auteꝫ videns eam surrexit gaudēs ⁊ exultans nimis glorificans deū. Luctātem aūt certaminis in eius fluctuabat cogitationis intētione: q᷑ nō pōt iordanis transire fluēta. Et respiciēs senex vidit eam vexillo crucis aquas iordanis signāteꝫ. Totiꝰ tunc noctis tenebras splendor illuminabat lune: q᷑ tp̄s recur-

ſus illius tunc erat Statiʒ aũt vt ſignũ crucis īpreſ
ſit aſcẽdit ſuꝑ aquas ⁊ ambulãs ſuꝑ liquidũ equo-
ris fluctuʒ veniebat quaſi ꝑ ſolidũ.Iter ʒoſimas au-
tẽ ſtupẽs ⁊ genua flectere nitẽs clamãs deſuꝑ aq̃s
mulier ꝓhibuit eũ dicẽs quid facis abba: q: ſacer-
dos dei es ⁊ diuina portas myſteria q̇ ſtatim obe-
diuit dicẽti.Illa autẽ deſcendẽs de aquis dixi ſeni:
Bñdic pater bñdic.Ille aũt cũ magna feſtinatiõe
rñdit)ſtupor enĩʒ nimis iuaſerat eũ in taʒ glorioſo
miraculo)⁊ dixit. Uere non mentit̃ deus qui polli-
citus eſt ſibi ſimiles eſſe eos qui ſemetipſos purifi
cant.Gloria tibi dñe ieſu xp̃e deus noſter q̇ oſtẽdi
ſti mihi ꝑ hãc ancillã tuã quãtũ mee cõſiderationis
inferior ſum menſura vere ꝑfectionis.¶ Hec dicẽte
poſtulauit mulier ſanctũ dicere ſymbolum:⁊ ſic do
minicã inchoare orationẽ.Et expleto Pater no-
ſter qui es in celis.ſicut mos eſt:pacis oſculum ob-
tulit ſeniori ⁊ ſic viuifica myſteriorũ ſanctoꝝ ſuſci-
piens dona extẽſis in celum manibus ⁊ ingemiſcẽs
cum lachrymis ita clamauit dicẽs. Nunc dimittis
ancillã tuã dñe ſm verbũ tuũ . Quia viderũt oculi
mei ſalutare tuũ.Et dixit ſeni.Ignoſce abba:⁊ aliõ
petitionis mee imple mãdatum. Uade nunc in mo
naſterium dei in pace gubernaturus. Poſt recur-
ſum autẽ anni aduenietis iterũ veni in illũ torrẽteʒ
in quo tecũ prius ſum locuta:prorſus non omittas
quin venias:⁊ videbis me iterum qualiter deus vo
luerit.Ille aũt reſpõdit ad eã.Utinã eſſet poſſibile
nunc tua ſequi veſtigia:⁊ tui precioſiſſimi vultus vi
ſione perfrui.Oro mater vt vnã ſenis petiunculam
facias ⁊ modicum cibi ex eo qõ huc attuli digneris
accipere.Et hec dicẽs:oſtendit ei(qõ ſecum detule
rat(caniſtrum.Illa aũt extremis digitis lenticulã
contingit:⁊ tria tollens grana proprio intulit ori
ſufficere dicẽs grãʒ ſpũs:vt cuſtodiret anime ſubſtã
tiam immaculatã.Tunc dicit ſeni. Ora pro me do-
minũ ⁊ me infelicitatis memor eſto.ille pedes eius
ſanctos cõtingẽs cũ lachrymis deprecabatur vt ora
ret pro eccleſia ⁊ imperio ⁊ ꝓ ſe:⁊ dimiſit abire flẽs
et eiulans.Non eñ audebat eã multum detinere:q̃
nec ſi vellet poterat detineri.Illa autẽ iterũ crucis
impreſſione.Iordanem ſignãs aſcẽdit ambulanſq;
ſuꝑ liquidũ iordanis elemẽtum trãſiuit ſicut antea
veniens fecerat.Senex autem reuerſus ⁊ gaudio ⁊
timore nimio repletus ſemetipſum reprehendebat
penitẽs q: nomẽ ſancte vt cognoſceret nõ iquiſiuit
ſperabat tamẽ hoc aduenienti cõſequi anno..Trãſ-
acto autẽ eodẽ anni curſu.venit iterũ in vaſtã deſer
ti ſolitudinẽ.Expletis omnibus ſm cõſuetudinem
feſtinãs ad illã glorioſam viſionẽ intuẽdã: peram-
bulanſq; ſolitudinis iter et inueniẽs aliqua cupiti
loci iudicãda.ſigna:dextra leuaq; aſpiciens:intuitũ
q; oculorum deducẽs luſtrabat vtiq; ſicut ſcientiſſi
mus venator ſicubi ſuauiſſimã repertã cõprehende
ret feram.Cum vero nullo modo aliquid quaqua
verbum cõſpiceret:cepit ſeipſum lugens infundere
lachrymis.Tunc eleuãs oculos orãdo dicebat.Oſtẽ
de mihi domine in corpore angelum cui totus com
parari non dignus eſt mundus:hoc orãdo venit da
locum qui in ſimilitudinẽ fuerat deſignatus torrẽ
tis:⁊ in extremo eius ſtãs vidit corpus ſancte mor
tuũ iacẽs: ⁊ manus ac pedes vt opʒ compoſita ip-
ſum vero corpus ad orientem aſpiciens . Currens
igitur lachrymis lauit beatiſſime pedes: non enim
aliud corporis eius membrum audebat contingere
Lachrymans autem aliquãdiu ⁊ pſalmos dicens tẽ
pori ⁊ rei cõgruẽtes fecit ſepulture orationẽ ⁊ dice-
bat ſibiipſi. Forſitan nõ cõplacet ſancte hec fieri.
Hec eo cogitante:deſignata ſcriptura erat in terra
vbi hec legebãtur.Sepeli abba ʒoʒima:miſere Ma
rie corpuſculum.⁊ redde terre quod ſuum eſt et pul
uerẽ adiice pulueri.Ora tamen pro me ad dominuʒ
Trãſeunte mẽſe parmenothi ſm egyptios:q̇ eſt ſm
Romanos aprilis:die nona nocte id eſt quito idus
aprilis ſalutifere paſſionis:poſt diuine ⁊ ſacre cene
communionem.Has litteras ſenex cũ legiſſet cogi
tabat quidẽ prius:quiſnam eſſet qui ſcripſit:illa eñ
vox vt dixerat litteras ignorabat:in hoc tamẽ val-
de exultãs gaudebat:quia eius ſanctum didicit n o-
men.Cognouit vero quia mox diuina myſteria in
Iordane participauit:eadem hora in locum illum
venit:vbi mox de hoc mundo tranſit:⁊ idem iter qõ
ʒoʒimas per viginti dies ambulans vix conſumma
uit laborans vnius hore curſum.Maria cõſumpſit
et ſtatim migrauit ad dominum.Glorificãs autem
dominum ʒoʒimas ⁊ lachrymis corpus eius infun-
dens:tempus eſt(inquit)miſer ʒoʒima:quod iuſſuʒ
eſt perfice.Sed quid faciam infelix:quia vnde fode
re valeam non habeo.Deeſt ſarculus:nõ eſt raſtrũ
nihil ex omnibus pre manibus habetur.¶ Hec eo
in corde ſuo dicẽte ſecrete modicum cõſpexit lignũ
iacens.quod aſſumens cepit fodere. Ualde autem
dura erat terra ⁊ valde fortiſſima:⁊ nequaq̃ vale-
bat ſenex fodere illam:quia ⁊ ieiunio cõfectus ⁊ lon
gi itineris fatigatione nimis erat defectus. Labo-
rabat eñ ⁊ ſuſpirijs nimis vrgebatur :⁊ ſudoribus
madefactus ingemuit grauiter:ex ipſo cordis ſui ꝓ
fundo.Et reſpiciens vidit ingentis forme leonem
iuxta corpus ſancte ſtantem:⁊ eius plantas lambẽ
tem.Uidens autem pauore contremuit:pre pauo-
re grãdiſſime fere illius precipue quia audierat ſan
ctam dicentem:quia nunq̃ aliquã ibi feram viderat
Signo autem ſe crucis confirmauit vndiq; credẽs
quia illeſum eũ cuſtodire velet virtus iacentis.Leo
autem cepit annuere ſeni.blandis cum motibus ſa
lutans ʒoʒimas autem dixit. Quoniam a deo miſ-
ſus veniſti o maxime ferarum:vt huius dei famule
corpus terre commendetur:opus exple officij. Et
iuſſit leonem ſepelire eius corpus. Ego enim inq̇t
ſenectute confectus non valeo fodere:ſed nec con-
gruum quid habeo ad opus exercendum.⁊ iterum
itineris tanti longitudinem properare nõ valeo vt
afferam tu diuino iuſſu hoc opus cum vngulis faci
to vt cõmẽdat̃ terre hoc ſanctũ corpuſculum.Con-
tinuo aũt iuxta ſenis ſermonem: leo cum brachijs
et vngulis ſuis fecit foueã quãtum ad ſepeliendum
ſancte corpuſculum poſſet ſufficere.Senex vero la-
chrymis pedes eꝰ abluẽs ⁊ multipliciter effuſa pre-

te exorās pro omnibus eam nunc amplius exorare
Operuit terra corpusculum astante leone. sicut repe
rerat nudū. ⁊ nihil aliud habēs: nisi illō scissuȝ vesti
mētū qd ei iā antea ꝓiecerat zozimas ex q vestimēto
necessaria corporis mēbra ꝯtexerat. Tūc recedūt pite
⁊ leo qdē in interiora solitudinis q̄si ouis māsueta dis
cessit. zozimas aūt reuersus ē i monasteriū suū bñdi
cēs ⁊ sctificās deū ⁊ hymnum laudis decantās xp̄o
dño nr̄o. Veniēs aūt in cenobiū: fratrib⁹ ab initio
cūcta retulit: nihil abscōdēs ex oib⁹ q̄ vidit ⁊ audi
uit: ita vt oēs audiētes magnalia dei: nimio stupo
re admirarēt: ⁊ cū timore ⁊ amore magnaq̄ fide ce
lebrarēt beatissime hui⁹ trāsit⁹ diē. ¶ Joānes aūt
abbas iuenit quosdā emēdādos iuxta sctē illi⁹ ser
monē ⁊ hos miserāte deo ꝯuertit zozimas āt i eodē
degēs monasterio: ipleuit ānos cētū: ⁊ tūc migrauit
ad dñm i pace gr̄a dñi nr̄i Jesu xp̄i: cui ē coeq̄li p̄re
gl'ia honor ⁊ imperiū: vna cū sctō viuificatore ⁊ ado
rando spiritu: nūc ⁊ semp in secula seculorū. Amen.

¶ Finit vita beate Marie egyptiace.

¶ Incipit vita sancte Marine virginis.

Uit frater qdē secularis: hñs vnicā filiam
paruullā. Ipse vo ꝯuerti cupiēs cōmēda
uit eā cuidā parēti suo: ⁊ i monasteriū (qd
longe erat a ciuitate ꝑ miliaria triginta
duo) ingressus ꝓficiebat op⁹ monasterij: ita vt ab
bas ei⁹ plusq̄ ceteros q i monasterio erāt eū dili
geret eo q fidelis esset ⁊ obediēs. Cōtigit aūt post
aliqd tp̄s vt recordaret charitati filie sue: ⁊ cepit cō
tristari atq̄ affligi itra se. Et cū ꝑ multos dies hoc
faceret: vidit eū abbas ei⁹ tribulatū ⁊ dixit ei. Quid
habes frater: q sic tristis ambulas. Dic mihi ⁊ de⁹ q
cōsolat oēs dabit tibi auxiliū. Tūc ille ꝓcidēs cū la
chrymis ad pedes ei⁹ ait. Habeo vnū filiū i ciuitate
quē reliq ꝑuulū: ⁊ recordat⁹ affligor ꝓpter eū. Et no
luit abbati īdicare: eo q puella eēt. Abbas vo ei⁹ h
ignorās nollēs eū amittere. q necessari⁹ erat i mo
nasterio: dixit ei. Si diligis eū vade ⁊ adduc eū huc
⁊ sit tecū. Et abiēs adduxit eā dicebat aūt marina:
et mutauit ei nomē: ⁊ vocauit eū marinū: ⁊ dedit eā
ad discēdas litteras intra monasterium et erat cuȝ
ea. Et nullus cognouit de fratrib⁹ q puella esset: s;
vocabāt eā oēs marinū. Et dum esset annoꝝ quat
tuordecim cepit eā docere pater suus viā dñi ⁊ dice
bat ei. Uide filia vt null⁹ cognoscat mysteriū tuum
vsq̄ in finē tuū: ⁊ sollicita sis ab insidijs diaboli: ne
seducaris ab eo: ⁊ istō sanctū monasteriū ꝑ nos sol
ui videat: ⁊ in ꝯspectu xp̄i ⁊ corā sanctis angelis ei⁹
cuȝ impijs eternā dānationē accipiam⁹. Et talia mul
ta dicebat eā per singulos dies de regno dei. Cum
autē facta esset annoꝝ decē ⁊ septē: defunct⁹ est pa
ter eius. Remāsit autē sola in cella patris sui. ⁊ erat
obediens oībus in monasterio: ita vt ab abbate suo
et ab oībus diligeretur. Habebat aūt monasteriuȝ
par boum ⁊ currū: aut bigā: q: vicinū habebat mare
vbi erat emporiū ad tria miliaria: ⁊ ibāt monachi et
afferebāt q necessaria erāt monasterio. Una ergo
die dixit abbas ad marinū. Frater marine quare ⁊
tu nō vadis cū fratribus ⁊ adiuuas eos. Que respō
dit: vt iubes pater. Erat autēȝ iuxta viā homo ma
nēs nomine pādoxius per quē fratres ibāt ⁊ reuer
tebantur. Et cepit frater marinus frequēter perge
re cum curru ad opus sibi iniunctum: ⁊ vbi tardior
eueniebat hora ad reuertēdum: manebat in domo
ipsius pādoxij cuȝ ceteris monachis. Pandoxius
autem habebat filiam virginē ad quā ingressus mi
les per insidias diaboli cōcubuit cū ea: ⁊ cōcepit de
illo milite: ⁊ dum cognitum fuisset a parētibus ei⁹
ceperunt affligere filiam dicētes. Dic nobis a quo
concepisti. Respondit eis. De illo monacho qui di
citur frater Marinus: qui hic frequēter cum curru
mansit: ipse me oppressit: ⁊ concepi. Statim autem
parentes eius perrexerunt ad monasteriuȝ: ⁊ dicūt
abbati eius. Ecce domine abba quid fecit monach⁹
tuus Marinus: quomodo decepit filiam nostram
Dixit eis abbas. Quid dicitis. Et iussit eum voca
re. Et veniente eo dixit ei abbas suus. Frater Ma
rine tu hoc scelus operatus es in filiam eoꝝ. Stās
vero diutius ⁊ cogitans intra se: ingemiscēsq̄ dixit
Peccaui pater mi: penitētiā ago pro hoc peccato:
sed queso te intercede pro me ad deum. vt hanc pro
ficere possim. Abbas vero ad iracūdiā cōmotus ius
sit eā cōtundi et affligi. ⁊ ait. In vitate dico tibi (q:
hoc malū ꝯoperatus es) hic nobiscum nō manebis
in hoc monastero. Et proiecit eā foras. Ipsa vero
nulli vnq̄ confessa est mysterium suum: sed abiens
iactauit se ante fores monasterij: ⁊ iacebat sup ter
ram in penitentia affligēs se: tanq̄ si ipsa peccasset
et ingredientibus fratribus postulabat vt vna bu
cella panis ei daretur. Hoc faciens per quattuor an
nos nō recessit de forib⁹ monasterij. Pādoxij vero
filia peperit filium masculū: ⁊ ablactauit eum ⁊ ad
duxit eum mater puelle secum ⁊ posuit eum ibi an
te monasterium: ⁊ dicebat ei. Ecce frater Marine:
quomodo nosti nutri filium tuū. Et reliquit eū ibi
et abijt. Sācta virgo Marina: suscipiens eū tanq̄
proprium filium de ipsa buccella panis quā accipie
bat ab introeūtib⁹ monasteriuȝ nutriebat filiū alē
nunm. Factum est autem hoc: per duos alios an
nos. Postmodum vero videntes fratres misericor
dia compuncti ingressi ad abbateȝ rogare ceperūt
vt eum reciperet in monasterium dicentes. Abba
indulge ⁊ suscipe fratrem marinū. Ecce quinq̄ an
ni sunt q in penitentia ante ianuā monasterij iacet
⁊ non recessit vnq̄ hinc. Suscipe eum in penitentia
sicut p̄cepit dñs noster iesus xp̄s. vix aūt coegerūt
euȝ ⁊ iussit ingredi ⁊ vocauit euȝ ad se ⁊ ait. Pater
tuus fuit vir sanct⁹ (quod tu nosti) ⁊ paruulū intro
duxit te in hoc sanctuȝ monasteriuȝ: ⁊ non est opera
tus aliquid mali quod tu cogitasti ⁊ fecisti: nec ali
quis in hoc sancto monasterio. Nunc autem ingre
ssus es tu cū filio tuo queȝ de adulterio habes. Un
de oportet te multuȝ penitere. Grande eniȝ pecca
tuȝ hoc fecisti: ⁊ tibi iubeo vt omnes imūdicias mo
nasterij tu solus eijcias: ⁊ aquā ad necessaria purgā
da tu portes: ⁊ calciarium omnibus per singulos
dies tu perficies; ⁊ omnibus seruias. In hoc cum

habedis gratiaȝ meam. Sancta virgo libentissimo animo hec suscipiens omne opus quod ei iussuȝ fuerat perficiebat. Contingit auteȝ eaȝ intra paucos dies dormire in domino. Euntes auteȝ fratres nunciauerūt abbati dicentes: Frater marinus defunctus est. dicit eis abbas. Videte fratres quale peccatum fuit: ꝙ nec penitentiā meruit implere. Sed tamē ite ⁊ lauate eum ⁊ sepelite longe a monasterio. Euntes autē dum lauarent euȝ cognouerunt quia mulier esset: ⁊ ceperunt omnes emittere voces: ⁊ contundentes se clamabant: quia talis conuersatio ⁊ pacientia sancta inuenta est in ea. Cuius mysterium nullus agnouit: cum sic ab eis afflicta fuisset: ⁊ venientes cuȝ lachrymis: dicunt abbati. Abbas veni et vide fratreȝ Marinū: ⁊ dicit eis Quid ē hoc fratres Dicūt ei iterū. Veni ⁊ vide mirabilia dei: ⁊ quid de te agas.. Ille territus perrexit ⁊ venit vsqȝ ad corpus: ⁊ leuantes pallium vnde cooperta erat vidit quia mulier esset. Et mox cecidit ⁊ caput suum percutiebat in terra: ⁊ vociferabatur dicens. Coniuro te per dominū nostruȝ iesuȝ christuȝ: ne me condemnes ante conspectū dei eo ꝙ afflixeriȝ te: ꝙ ignorās feci. Tu domina non dixisti mysterium tuum: ⁊ ego non cognoui in veritate sanctam conuersationem tuam. Si enim cognouissem: te nunꝙ afflixissem. Et iussit sanctum corpus eius intra monasterium in oratorio reponi: Eadem autem die puella illa cuius filius erat arrepta a demonio venit ad monasterium: ⁊ confitebatur crimem quod admiserat: ⁊ de quo viro concepisset: et septima die repausationis eius in domino ibi intra oratoriū liberata est a demonio. Audientes autem qui erant in ipso emporio: et vicina monasteria mirabilia que facta fuerant accipientes cruces et cereos cū hymnis et canticis ⁊ psalmodia benedicētes deum venerunt in eodem monasterio: et ingressi oratorium vbi corpus eius requiescebat benedicerūt deum: vbi (vsqȝ modo) deus orationibus sancte virginis multa facit mirabilia: ad laudem ⁊ gloriam nominis domini: qui cū eterno patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit vita sanctissime. Marine virginis. Incipit prologus in vitā sancte Eufrosine virginis: et primo de interpretatione nominis eius.

Eufrosina dicit̃ quasi effra ⁊ syna. Effra dicitur vidēs vel fructifera vel fertilis. Sina dicit̃ mēsura vel mādatū vel rubꝰ. Ipsa enim fuit videns in cōtēplatōe: fructifera ⁊ fertilis i bonorū operatiōeȝ mēsurata in tēpo: aliū necessitatū ꝑceptione: mādatū scȝ seruāsti obediētie obseruatiōe: rubꝰ i castitatꝭ germinatōe. Vel dicit̃ Eufrosina q̃si eufrosia Eufrosia autē ē herba medicinalis ⁊ valet ꝯ caliginē oculoꝝ. Sic eufrosina ꝓ bis vita ⁊ exēplo docēdo illuminat oculos cordis nostri. Scd̃ȝ nomē eꝰ ē smaradꝰ Smaragdꝰ aūt ē lapis nobilis ⁊ viridis ꝑspicuꝰ. et i frigidis regionibꝰ iuenit̃. Viriditas significat Eufrosine virginitatē: ꝑspicuitas vite aīmositatē: regio frigida cōtra libidinis incētiuū castitatē. Hic lapis flores marcidos ad recētiā pristinā reducit ⁊ recētes conseruat. Sic Eufrosina virgo vnica marcidos peccatores orationibus suis ꝓstine gratie restituit: ⁊ bonos ac deuotos hoīes i grā ꝓstina ꝯseruat.

¶ Finit ꝓlogꝰ siue iterp̃tatio nominis eꝰ Diligēter aūt ē notādū ꝙ in hystoria sequēti qȯ habet̃ de Paphūcio laico tādē effecto monacho patre beate eufrosine. Sȝ supra. x v. d. ⁊ in hystoria sancti Onufrij. lxxxiij. habetur de paphūcio anachorita.

¶ Incipit vita sancte Eufrosine.

Fuit vir i Alexādria nomine Paphūcꝰ honorabilis oibꝰ ⁊ custodiēs mādata dei. Hic accepit cōiugē dignā gn̄is sui: ⁊ ipa honestis moribꝰ plena sȝ sterilis nō ꝑgebat. Vir aūt eꝰ nimis fluctuabat eo ꝙ nō haberet filium: cui omnes facultates suas relinqueret: vt post obitum suum bn̄ ⁊ cōgruenter suā substātiā gubernaret. Coniunx vero indigētibꝰ nō cessabat ministrare nocte ⁊ die ecclesijs dei adherēs: ⁊ obsecratiōibꝰ orās ⁊ petēs adeo dari sibi filiū maxie vidēs suū virū nimiū fluctuantē. Multā ēt pecuniā erogās pauperibus ⁊ orātibus poscebat impleri desideriū suuȝ Similr̄ aūt ⁊ vir eꝰ circuiēs querebat inuenire aliquē hoīeȝ dignū deo: q ꝓ posset ꝓcibꝰ suis effectū desiderij eꝰ ꝑficere ⁊ ita ambulauit ad quoddā monasteriū: qꝛ eiusdem monasterij pr̄ magnus apud deum esse dicebatur. Illicqȝ ingressus: ⁊ multā pecuniā offerēs: multā etiā ab abbate fiduciam: ⁊ ab vniuersis fratribus consecutus est. Post multuȝ vero tēporis: indicauit abbati causaȝ desiderij sui compariēs illi postulauit a domino dari illi fructum ventris ⁊ amborū orationes exaudiēs deus largitus est illi filiam vnam. Vidēs autē Paphuncius abbatis conuersationeȝ: nunꝙ a monasterio recedebat vnde coniugē suam introduxit vt benediceret̃ ab abbate ⁊ a fratribus. Tollentes aūt infantulā lacte: ⁊ facta annoꝝ septē baptizata ē imposuerūtqȝ illi nomē Eufrosina. Gaudebāt aūt sup illā parētes eꝰ: qꝛ erat accepta deo ⁊ pulchra facie. Facta igit̃ annorū duodeciȝ mater eꝰ migrauit ex hoc seculo. Remansit aūt pr̄ eꝰ erudiēs eam litteris ⁊ lectionibꝰ: ceteraqȝ huiꝰ mūdi sapientia. Puella vero tantā accipiebat disciplinā: vt miraret̃ pater illiꝰ prudēt ā. Opinio aūt eius peragrauit totaȝ ciuitatē: seu de sapiētia eꝰ ⁊ doctrina: ⁊ qꝛ nimis pulchra erat ⁊ cōposita vultu ⁊ animo. Multis aūt decertantibus cū patre eius de ea. ad finē ꝑuenire nō poterāt: sȝ ipse pater tātū dixit: domini volūtas fiat. Virꝰ aūt exuperās omnes in honore ⁊ diuitijs accersiuit patrē eius ⁊ postulauit ab eo dari filiam eius filio suo i matrimoniuȝ. Et cōcedēs fieri cōsuete desponsauit eam illi. Post non multū vero tēporis accipiens eam. Paphuncius dū esset annoꝝ decem et octo abijt in monasteriū cum ea in quo consueuerat venire. Multaqȝ iterū pecuniam largitus est: ad necessaria fratrum dixitqȝ abbati. Fructum orationum tuaruȝ adduxit tibi vt ores ꝓ ea: qꝛ iam ad nuptias eam tradere volo. Iussit aūt abbas introduci eā in xenodochiū monasterij: ⁊ locutus est cū ea: benedicensqȝ exhortatus est eaȝ de ca

stitate τ patiētia timoris dei. Faciens aūt ibi tres
dies autem quotidie ponebat ad psalmos: τ vidēs
singulorū cōuersationē: τ spirituale ppositū mira-
batur eorū vitam dicens. Beati sunt viri isti qui: τ
in hoc seculo similes sunt angelis τ post hoc, vitam
eternam consequunt̄. Et cepit cor eius sollicitans
esse: τ zelo timoris dei. Post tres aūt dies: dixit pa
phnūcius ad abbatē. Ueni pater vt salutet te ancil-
la tua: τ ora pro ea: quia ambulare volumus in ci-
uitatē. Cūq̄ venisset abbas piecit se ad pedes eius
dicens. Obsecro pater ora pro me: vt lucretur deus
animaʒ meam. Extenditq̄ manum τ benedixit eaʒ
dicens. Deus qui cognoscis hominē anteq̄ nasca-
tur: tu istius ancille curam habere dignare: vt me
reat̄ portionē τ cōsortium in regno celorum. Et cō
mēdantes se seni abierunt inciuitatē. Pater vero
filius: si aliquādo inueniebat monachū aliquem ad
ducebat in domum suam petens vt oraret pro ea.
Una aūt die anniuersaria qua ordinatus est abbas
vnū ex fratribus misit ad Paphnūcium: vt inuita-
ret eum ad solēnitatem abbatis. Qui abiens in do
mum eius requisiuit eaʒ. Pueri aūt dixerūt. Pro
cessit. Audiēs autē. Eufrosina τ aduocans illū fra
trem: cepit interrogare eum dic mihi frater p cha-
ritate. Quanti fratres estis in monasterio? Ait, ille
frater dixit. Trecentiquinquagintaduo. Dixit ei
puella. Qui voluerit illucvenire ad conuersationem
vestram sanctam suscipiet ne illum abbas vester?
Respondit ei. Etiam cum gaudio magno suscipit il
lum maxime propter vocem domini: qua dixit. Qui
venit ad me nō eijciā eum foras. Dixit ei Eufrosi-
na. Omnes ne in vna ecclesia psallitis: τ equaliter
ieiunatis. Dixit ei monachus ille. Comuniter qui
dam psallimus vnusquisq̄ vero ieiunat: quomodo
vult: aut q̄tum valet: vt non fiat conuersatio con-
tumax voluntatis: sed proprij arbitrij spontanea
voluntate. Omne ergo perscrutans monachorum
conuersationem: dixit ad monachum: Uolebam
abire τ peruenire ad huiꝰ inenarrabilisvite enormi
tatem: sed timeo inobediens esse patri meo quia
pro vana et caduca huius seculi substantia cupit me
tradere viro. Dixit ei monachus. Soror nō permit
tas: vt polluat homo corpus tuum et vt tradas ta
lem pulchritudinem pati opprobrium: sed despon
sa te christo qui tibi potest pro omnibus istis tran-
seuntibus dare regna celorum et cum angelis con-
sortium. Occulte autem exiens vade in monasteriū
mutato habitu seculari: indutaq̄ veste monachia
vt possis euadere. Que cum audisset: placuit ei et
dixit. Et quis me habet tondere? Nolebat enim
a layco tondi quia non seruat fidem. Dixit ei mo-
nachus. Ecce pater tuus veniet mecum ad mona-
sterium: τ faciet ibi tres dies aut quattuor: Tu au-
tē adhuc vnū ex monachis τ quē voles occurret ti
bi cum gaudio magno: hec τ his similia illo dicēte
ad eufrosinā venit Paphnūcius: τ vidēs monachuʒ
interrogauit eū dicens. Quid ad nos fastidiū sum-
psisti domine. Et dixit ad eū Anniuersariꝰ dies est
monasterij: misitq̄ abbas vt venias τ accipias bñ-

dictionē. Gauisus aūt Paphnūcius pr̄ eufrosine: τ
ingressus cum monacho in nauiculaʒ: τ abierunt in
monasteriū. Cū aūt ibi esset: misit. Eufrosina vnuʒ
fidelissimum seruulū dicēs. Uade in monasterium
theodosij: ingressusq̄ ecclesiaʒ monachū quem ibi
inueneris: adhuc tecum Misericordia aūt dei: ec-
ce monachus veniebat de monasterio: vendens que
secum habebat. τ videns eum puer rogauit: vt ve-
niret ad Eufrosinam. Qui cum venisset: videns eaʒ
puella: salutauit eum dicens. Ora pro me pater: et
orans benedixit eam. τ sedit. Dixit aūt ei. Eufrosi
na. Dn̄e mi: ego habeo patrē xp̄ianum τ seruū dei
diuitiarū possessorē substantiosum nimis. habuitq̄
vxorem ex qua me genuit. que transiuit de hac vita
vult autem pater meus p. oībus rebus suis trade
re me seculo huic iniquo: τ ego nolo inquinari i eo.
τ quid faciā penitus ignoro. Totaʒ eīn noctem sine
somno ptransiui: postulans deū: vt ostēderet mise-
re anime mee misericordiā suā. Et mane facto: pla-
cuit mihi mittere in ecclesiā τ adducere vnū ex fra-
tribꝰ vt ab ipso audirē v̄bū dei: τ q̄d facere debeam
Postulo autē pater pro mercede anima tue sciens
q̄ a deo missus es: doce me que dei sunt. Dixit ei
senex ille. Dominꝰ dicit. si quis nō abrenunciauerit
patrem τ matrē τ filios insup τ animā ppriam: nō
pōt meus esse discipulꝰ. Et quid tibi possum plus di
cere: ignoro tamen si potes ferre tēptamēta carnis
relinque omnia τ fuge facultates eniʒ patris tui
multos inuenient heredes. Ecce tapecia: et lero-
chomia: xenodochie monasteria vidue: pupilli: in-
firmi: captiui: si voluerit τ placuerit patri tuo his re
linquat: tu autem sola ne perdas animā tuaʒ dixit
ei puella. Confido in deum τ in orationibus tuis
quia ad laborandū habeo pro anima mea deo auxi
liāte. Dixit ei senex. Talia desideria a firmitate nō
declinent̄. scit eniʒ tp̄s penitentiam agere. Dicit ei
Eufrosina. Et ideo te fatigaui: vt impleas deside-
riū meum: τ facta oratione benedicas me: τ absci-
das comam capitis mei. Et surgēs senex facta ora
tione: abscidit comam capitis eius: τ induit eam
tunica scematis τ orans pro ea dixit: deꝰ qui libera
uit omnes sanctos suos. ipse te custodiat ab omni
malo. Et hec dicēs senex discessit ab ea: gaudens τ
glorificans deum. Eufrosina autem cogitans in se-
metipsa dicit. Si ambulauero in monasterio puel-
larum: pater meus requirens inueniet me: τ violen-
ter trahet me inde propter sponsuʒ meū. Proinde
pergam ad monasteriū virorum: vbi nullus suspice-
tur me esse. Et hec dicēs: proiecit vestē muliebrem.
Et induit virilem. Et sero exiuit de domo sua acci-
piens secum quingentos solidos: τ abscondit se in
quodaʒ loco p totam noctē Mane aūt facto venit
pater eius in ciuitatem: volente autem deo statim
in ecclesiam ambulauit. Eufrosina igit̄ puenit ad
monasterium illud: vbi pater eius notissimus erat:
τ nunciauit abbati p ostiarium dicēs. Eunuchus
quidam de palatio veniens ante ostiū stat: cupiēs
loqui tecū. Egressus aūt abbas proiecit se in terrā
et facta oratione sederunt: dicit ei senex. Quid est

quod veniſti fili? dicit ei Eufroſina. Ego quidam
de palatio fui eunuchius: ⁊ deſiderium habui ſem-
per conuerſationē agere monachoꝛū: ⁊ ciuitas no-
ſtra non valde hoc hꝫ ſtudium ꝯuerſationis: notuꝫ
aūt factum eſt mihi de bona veſtra conuerſatione:
⁊ cupio habitare vobiſcum: ſi placuerit vobis. Ha-
beo enīꝫ poſſeſſiones multas: ⁊ ſi dederit mihi de⁹
requiem: adducam eas huc dicit ei ſenex. Bene ve-
niſti fili: ecce monaſterium: ſi tibi placet habita no-
biſcum: dicit ei abbas. Quod eſt nomen tuum. Di
cit ei Smaragdus. Dicit ei ſenex. Juuenis es non
potes ſolus ſedere: opus eſt tibi habere magiſtrū:
vt doceat te regulam ⁊ conuerſationem monacho-
rum. Dicit abbati. Sicuti iubes domine mi pater:
ſic faciam: ⁊ protulit quingētos ſolidos deditqꝫ in
manu abbatis dicens. Accipe pater interiꝫ iſtos ſi
videro qꝛ poſſum ſufferre hic: veniant ⁊ illa reliqua
Vocauit autem abbas vnū fratrem Agapitum no-
mine: virum ſanctū ⁊ compaſſibilē: ⁊ tradidit in ma
nu eius ſmaradum ⁊ dicit ei. Ecce modo hic erit fi-
lius tuus ⁊ diſcipulus talem euꝫ conſigna: vt exupe
ret magiſtrum: ⁊ flexis genibus facta oratione con-
ſignauit eum: ⁊ reſpondentes oēs dixerunt. Amen
Suſcepit eum agapitus in cellaꝫ ſuā ⁊ qꝛ habebat
vultum decorū ſmaragdus: dū veniebat in eccleſiaꝫ
ad deprecandum dominū multos illorū diabo⁹ ex-
citabat aduerſus decorē vultus peius malas cogi-
tationes: ita vt omnes moleſti eſſent abbati: qui
talem pulchritudinē duxiſſet in monaſterium. Hec
audiens abbas: vocauit ſmaragdum: ⁊ dixit ei. Fi-
li pulchra eſt facies tua: timeo ne ſit ruina infir-
mis fratribꝰ: placeat nobis: vt ſedeas ſolus in cel-
la tua: ⁊ ibi conuenit tibi mādūcare ⁊ pſallere ⁊ nō
inde te egreſſuruꝫ alicubi: ⁊ p̄cepit Agapito. vt pre-
pararet cellam ſolitariam: vt in ea ſolus degeret
ſmaragdus. Fecit autem agapitus oīa que a patre
monaſterij fuerāt impetrata: ⁊ introduxit Sma-
ragdum in cellā ſolitariā. ⁊ erat ibi orationibus va-
cans ieiunijs ⁊ vigilijs nocte ac die operam dabat
ſeruiens domino in ſimplicitate cordis ita vt mira-
retur predictus frater: qui euꝫ ſuſceperat. ⁊ omnib⁹
fratribus retulit eius conſtantiam ⁊ oēs collauda-
bant deū qui in īfirma etate talia opabatur. ¶ Pa
phuncius auteꝫ pater eius cum reuerſus fuiſſet de
monaſterio ad domum ꝓpriam feſtinans ingreſſus
eſt cubiculum. in quo filia eius manere ſolita erat
Et non inuenta triſtis tremēſqꝫ effectus. cepit ex-
quirere anxius ſeruos ⁊ ancillas. quid de eufroſina
filia eius actum eſſet. Pueris autem dicētib⁹ quia
nocte vidimus eam mane aūt facto nō comparuit.
putauimus enīꝫ qꝛ pater illius qui eā deſponſauit
veniſſet ⁊ tuliſſet eam. Miſit igitur ſeruos ſuos ad
domum illius ⁊ non inuenerunt eam. Audiēs autē
ſponſus ⁊ pater contriſtati ſunt valde. Et venien-
tes ad Paphūcium inuenerunt illū vehementer af
flictum iacenteꝫ in terra. ⁊ dixerunt ei forſitā aliq̄s
ſeduxit eā. ⁊ fugit cū illo. Statimqꝫ ſerui cuꝫ equis
per totā alexandriā ⁊ egyptū miſſi ſunt. Erāt autē
ibi ⁊ naues. intranteſqꝫ in eas requirebant per vi-
am ⁊ ſcrutantes monaſteria puellarum heremum
ſpeluncas. per domoſqꝫ amicorum ⁊ vicinorum. et
nuſq̄ repertam lugebant eam quaſi mortuam. So
cer nurum ſponſus ſponſaꝫ flebat. pater lugebat fi-
liam dicens. Heu heu filia dulciſſima. heu me lumē
oculorum meorum conſolatio vite mee: Quis meaꝫ
inuaſit facultatem. Quis meam poſſeſſionē ſparſit
Quis meam venam exiccauit Quis lucernam meaꝫ
extinxit? Quis meam ſpem fraudauit. Quis pul-
chritudinem filie mee violauit Quis putas lupus
agnam meam diſſipauit. Qualis locus talem vul-
tum tegit. Quale pelagus captiuam duxit illam im
perialem faciem. Jlla generoſitatis conſtitutio. il-
la male habētiū conſolatrix. illa laborantiū requies
gemētium portus erat. Terra ne celes ſanguinem
meū. donec videā quid eufroſine filie mee ꝯtigerit
hec ⁊ his ſimilia Paphūcio pſequēte eleuauerunt
omnes qui aderāt vocē ⁊ flebāt. ita vt oīs ciuitas la
mentaref eā. Non ſufferens aūt Paphuncius. nec
inueniens conſolationē. perrexit ad memoratuꝫ ſe-
nem de quo ſupra diximus: ⁊ procidit ad pedes eꝰ
dicens. Peto ne ceſſes orare: vt inueniatur labor
orationum tuarum. Neſcio enim quid acciderit eu
froſine filie mee. Audiens autem venerabilis pa-
ter contriſtatus eſt valde: ⁊ iuſſit adeſſe omnes fra-
tres: ⁊ dixit eis. Oſtendite charitatem fratres: et
poſtulate a domino: vt dignetur nobis oſtendere:
quid factum ſit de filia amici noſtri Paphuncij.
Et ieiunantibus omnibus ⁊ orationib⁹ in tota ebb
domada: nihil eis reuelatum eſt de eufroſina: ſicut
ſolebat quando aliunde rogabant dominū. Oratio
enim Eufroſine erat ad dominū dei noctuqꝫ. ne ma
nifeſtam eam faceret in vita ſua. Cum autē nec ſeni
nec alicui fratrum reuelatum eſſet cepit abbas ꝯſo
lari eum dicens. Fili noli deficere a diſciplina dn̄i:
quia quem diligit deus corripit: ⁊ hoc ſcias: quia ſi-
ne voluntate domine: nec vnus paſſerū cadet in ter
ram: quanto magis filie tue abſqꝫ illius nutu nihil
prouenit. Scio enī quia bonā parteꝫ elegit ſibi: p-
pterea nobis nihil de ea reuelatuꝫ eſt. Si enī (quod
abſit) in malis operib⁹ incidiſſet. nunq̄ deſpexiſſet
deus tantorū fratrum laborē. Habeo fiduciā in do-
mino: quia in hac vita oſtendet tibi dn̄s eam. Au-
diens hoc Paphuncius: recepit conſolationem: et
oſculatus ſenem: ⁊ omnes fratres remeauit ad ſua
gratias agens deo ⁊ orans quotidie bonis operi-
bus ⁊ elemoſynis intentus erat. Poſt aliquantos
vero dies: viſitabat monaſterium: commendans ſe
orationibus fratrum. Una autem die veniēs ad ab
batem: proiecit ſe ad pedes eius dicens. Ora pro
me pater: non poſſum ferre dolorem de filia mea:
ſed magis ac magis renouatur ac creſcit vulnus de
die in diem: ⁊ tribulatur anima mea. Uidens au-
tem eum ſenex nimium afflictum dicit ei. Uis collo
quium habere cum vno fratre ſpirituali: qui venit
de palatio theodoſij: ignorans qꝛ ipſa eſſet eufro-
ſina filia eꝰ Paphūcius dixit. Uolo: ⁊ vocauit ab
bas Agapitum dixitqꝫ ei. Tolle paphuncium ⁊ in-
troduc eum in cellam ſmaragdi. et introduxit eum

in cellam eius: nihil ei antea ignoscentes. Cū autē
subito vidisset patrem suum: ⁊ cognoscens eum to-
ta lachrymis repleta est. Paphuncius autē spera-
bat compunctum esse fratrem illum: non enim co-
gnouit eam: quia species vultus eius emarcuit: pre
nimia abstinentia vigilijs ⁊ lachrymis. Cuculla au-
tem operuit faciē suam: ne aliquo modo agnosce-
ret eam: facta autem oratione sederunt. Cepit au-
tem ei loqui de futura regni beatitudine ⁊ gloria
sempiterna: quomodo per elemosynam ⁊ castam vi-
tam bonamq̄ conuersationē ⁊ humilitatem ⁊ cha-
ritatē ad eam quis posset ꝑtingere: ⁊ de contēptu
seculi: nec plus diligendum esse filium ꝙ deum: nec
patrem super eum qui habet potestatē. Apostolicā
quoq̄ scripturam interpretans quomodo tribula-
tio patientia operatur: patientia autem probationē.
Vidēs autem patrem suum in graui merore depres-
sum: compatiebatur ei. Sed timens ne agnoscere-
tur: impedimentum ei faceret: volens autem eum
consolari dixit ei: crede mihi: quia non despicit te
deus: ⁊ si in perditionem isset filia tua manifesta-
ret eam tibi deus: vt nec illa a diabolo retenta in-
ferret tibi: ⁊ sibi luctum perpetuum. Sed crede
in deum: quia bonum consilium elegit: sicut dixi
secundū vocē euangelij qua dicit: qui diligit patrē
et matrē super me: non est me dignus: ⁊ si quis nō
abrenunciauerit omnibus que possidet: non potest
meus esse discipulus. Potens est deus: ⁊ in hoc se-
culo manifestare eam tibi. Sine etiam sine quid te
metipsum contristando perdis. Age gratias deo ni-
hil desperās: nā ⁊ Agapitus magister meus multotiēs
nimis tristis dicebat mihi. Qr venit qdā homo no-
mine Paphūcius operibus bonis intentus: q filiam
et suā tāꝙ mortuā luget nesciēs qd ei acciderit. ⁊ ni-
mia lamentatiōe affligit: ⁊ maxime qr vnica erit illi:
cū lachrymis piecit se ad pedes abbatis: vt ꝑ eius ora-
tiōes ⁊ omniū fratrū posset inuenire eā. Et cōpa-
tiens dicebat mihi. Quod et oēs fratres: ita et tu ro-
ga ꝓ eo deū. Et ego quasi idignus ⁊ cōscius malorū se-
pius depcabar dn̄m vt donaret tibi sufferentiā tri-
buere lōganimitatē: ⁊ quod expedit adimpleat tā de
te ꝙ de filia tua. Pro hoc ⁊ freqnter videre te voluit ⁊
colloqui tecū: vt aliquā cōsolationē ꝑ me humilē forsi-
tan inuenires: vt aūt nō cognosceret ꝑ multa collo-
quia dicit ad Paphūciū. Vade dn̄e mi. Dū recede-
re vellet Paphūcius aīam illius cōpatiebat illi. Fa-
cies aūt eius pallebat ⁊ replebat lachrymis: ꝓ nimio
autē ieiunio ⁊ diutina inedia sanguinē eufrosina vo-
mebat. Multū eīm cōfortatus Paphūcius in ammo-
nitiōe eius discessit ab ea: ⁊ veniēs ad abbatē dixit:
edificata est aīa mea ab isto fratre: ⁊ ita sum letus ef-
fectus in grā dei ⁊ cōsolatiōe eius tāꝙ si inuenissem fi-
liā meā. Cōmēdāsq̄ se orōnibus abbatis ⁊ oīum fra-
trū reuersus est in domū suā magnificās deū. Cōple-
tis aūt smaragdus itra cellā suā trigīta octo annis
incidit in īfirmitatē qua mortuus est. Quadā vero die
secūdū cōsuetudinē venit Paphūcius ad visitādū mo-
nasteriū. Et post orōnē ⁊ salutationē fratrū dixit
seni. Si iubes pater ꝑmitte me smaragdū videre: qr

valde desiderat eū aīa mea. Vocatoq̄ agapito pre-
cepit ei de Paphūcio ad visitandū smaragdū. In-
troiens autē Paphūcius vbi ger iacebat cepit de-
osculari eū cū lachrymis dicēs. Heu me. vbi sunt ꝓ-
missiones tue. vbi verba dulcia qbus mihi filiā meā
vidēdam oculis meis ꝓmittebas? Ecce non solum
illam non videbo: sꝫ ⁊ tu per quē cōsolationē nō mo-
dicā habebā relinquis nos. Heu me: quisnam con-
solabit senectutem meā? Ad quem ibo? Quis mihi
erit adiutor? duplex malū modo lugeo. Triginta ⁊
octo anni sunt ꝙ ꝑdidi filiam meā nihil mihi actum
est: sed ⁊ die noctuq̄ orabā ꝓ ea. ⁊ similis illius de-
tinet me incomparabilis dolor. Quid sperem am-
modo? Vbi cōsolationē meam inuenio? Iam descē-
do lugens in inferno. Videns aūt smaragdus eum
vehementer plorantem ⁊ nullam consolationem re-
cipientem ait ad eum. Quid turbatis ⁊ te ipsum in-
terficis? Nunquid inualida est manus domini: aut
deo quicꝙ est difficile. Iam pone fidē tristitie tue ⁊
recordare quod patriarche Iacob manifestauerit
deus ioseph quē quasi mortuū lugebat. Sꝫ obsecro
te ne per tres dies me deseras neq̄ derelinquas.
Hesitans aūt paphuncius intra semetipsum dixit.
Forsitam deus reuelabit ei aliquid de me. Tertio au-
tē die dicit ad smaragdū. Expectaui sicut rogasti
me dn̄e meus frater ⁊ non discessi alicubi ꝑ tres cō-
tinuos dies. Cognoscens autem smaragdus (qui ⁊
eufrosina) qr instabat dies dormitionis eius. Voca-
uit paphunciū ⁊ dixit ad eū. Quis deus oīpotens
bene disposuit miseriā meā ⁊ impleuit desideriū: ne-
q̄ vsq̄ in finē viriliter certando ꝑduxit: non mea vir-
tute sꝫ eius adiutorio qui me custodiuit ab insidijs
inimici. ꝑ acto cursu supest mihi corona iusticie: no-
lo te sollicitum relinqre ꝓ filia tua eufrosina. Ego
sū illa misera: ⁊ tu es pater meus paphuncius. Ec-
ce iam vidisti me: ⁊ satisfactum est tibi. Sed nemo
hoc sciat ⁊ non permittas ab alio corpus meum mu-
dari ⁊ lauari: sed per temetipsum hoc facies. Et qr
promisi abbati habere me possessiones multas: ⁊ si
potuissem sustinere ⁊ perdurare in loco isto addu-
cere eas huc. imple ergo pater quod ꝓmisi. Et scio
ꝙ venerabilis est locus iste ⁊ ora pro me: ⁊ hec di-
cens tradidit spiritum. Dum audisset paphuncius
pater eius talia verba ⁊ vidisset quod obdormiuit
commota sunt omnia viscera eius cecidito in ter-
ram: ⁊ factus est velut mortuus. Accurrens autem
Agapitus vidit quia defunctus esset smaragdus:
⁊ in Paphuncium iacentem in terra semiuiuum ia-
ctauit aquam in faciem eius. Et leuauit eū dicens.
Quid habes domine mi paphunci. Ait autem pa-
phuncius. Dimitte me vt hic moriar. Vidi eniꝫ mi-
rabilia hodie. Surgens autem irruit in facieꝫ eius
multitudinem lachrymarum effundens: clamauit-
q̄ dicens. Heu me dulcissima filia quare antea non
manifestasti mihi: vt ⁊ ego morerer tecuꝫ spontanea
voluntate. Veh mihi quomodo latuisti: quomodo
transisti insidias aduersariorum ⁊ nequitias spiri-
tales vite huius ⁊ introisti vitam eternā. Hec Aga-
pitus audiens ⁊ cognoscens tam admirabilē cau-

ſam:ſtupefactꝰ eſt:⁊ currēs nūciauit oīa abbati.Ue
niēs aūt abbas cecidit ſuꝑ eā:⁊ eiulās dicebat.Eu
froſina ſpōſa chriſti ⁊ filia ſanctorū ne obliuiſcaris
ſeruorū tuorū ⁊ huiꝰ mōaſterij:ſ; ora pro nobis ad
dñm noſtrū ieſum chriſtū vt faciat viriliter certādo
venire ad portū ſalutis ⁊ portionē ſecū habere:⁊ cū
oībus ſanctis ſuis.Et iuſſit abbas vt ꝯgregarētur
oēs fratres ⁊ cū honore debito ſanctū corpus illiꝰ
ſepulture daref.Dū aūt cōgregati adeſſent ⁊ vidiſ
ſent,tam ſtupēdū miraculū glorificabāt deū:q̇ etiā
in femineo ſexu ⁊ fragili tāta mirabilia opaf.Qui
dā aūt frater vnū habēs oculū oſculatꝰ eſt vultum
eius cū lachrymis.ſtatimq; vt eā tetigit.oculus eiꝰ
ei reſtitutus eſt.Et videntes omnes fratres q̇ ad
erant benedixerunt deum gratias agentes ei cuiꝰ
ſunt omnia bona que ſunt. Multumq; confortati
⁊ edificati:ſepelierūt eam cum maxima deuotione
in ſepulchro patrū. Pater vo eius omnia que ha
buit in eccleſias ⁊ monaſteria offerens conuerſatus
eſt in eodem monaſterio: plurimam partem ſuſtā
tie ſue ibidem offerens in eodem ſtatu dormiens:
⁊ in eadē cella demoratus eſt:in qua ⁊ filia ſua. Eu
froſina. Uixit autem paphuncius pater ſancte eu
froſine:in ſancto propoſito annos decem:⁊ migra
uit ad dominum:⁊ iuxta filiam ſuam ſepultus eſt:
glorificantes deum abbate:cum omni congregatio
ne ſua. Dies autem migrationis eorum ad domi
num:celebratur i eodem monaſterio vſq; in pñſentē
diem glorificantes deum patrem ⁊ filium cum ſan
cto ſpiritu Amen.

¶ Explicit vita ſancte Eufroſine virginis.

¶ Incipit vita ſancti Frontonij abbatis.

Quoniā ſepe deſideratis audire q̄ ſctā ſunt:⁊
ego placide diſpoſui opari:iā; nō in pellibꝰ
capraꝝ neq; camidē,pilis:ſ; auro ⁊ argēto gēmiſq;
ꝓcioſis decreui cōſtruere tēplū dei:vt ⁊ nos tanq̄
lapides viui,edificemur in domū ſpūalē: ex opibus
mediorū ꝓficiētes in chriſto ieſu dño noſtro qd nūc
apō nitriā geſtū ſit referā:⁊ nō ꝓteribo veritatē vllo
mō:qm̄ ſatis edificat monachos preſens opuſculū

¶ Igif frōtonius verus dei ſeruus ſtudio dei ti
moris de die in diē ꝓficiens:publicā cōemq; vitam
phorrens.viā deſiderās ſolitudinis:cōuocatis ad
ſe fratribꝰ dixit(erāt enī; cū eo viri circiter ſeptua
ginta).En qd nobis ⁊ mūdo dānabili:cuius opibꝰ
renūciare oīmodo cōdecet:vt celeſtē ꝯſequamur ſa
lutē. Quapropter ꝑgamus ad heremū nihil nobi
ſcum ferentes,ad acquirendā celeſtē gloriā:⁊ ſupio
rē inueſtigemus ex virtutibꝰ diſciplinā.His dictis
vniuerſi ꝯſencere:deferentesq; ad heremū ſecū par
ua holerū ſemina:⁊ biſacutas ꝑuoſq; ſarculos (vt
humū foderent) ꝓfecti ſunt.Uenerūt ergo ad here
mū:rurſuſq; Frōtonius ait.Dñs in euāgelio dixit
Nolite cogitare quid manducetis aut quid biba
tis:aut quo operamini.Hec enim omnia gētes mū
di querunt.Querite primū regnum dei ⁊ iuſticiam
eius:⁊ hec omnia adijcientur vobis. Teneamus ꝓ
miſſum et inueniemus in nobis opus domini con
ſeruatum.Oēs ergo habitabant in heremo in ope

re domini iugiter laborantes:⁊ in agone ſpiritua
li proficientes.Adiuuabat enim ſeruos ſuos domi
nus.Ipſe autem frontonius non pro ſe tantum ſ;
pro cunctis orabat:ſciens ſcriptum eſſe:nō querēs
quod mihi vtile ſit:ſed quod multis:vt ſalui fiant.
Cumq; in eadem heremo longo tempore morarentur
temptare eos aduerſarius chriſtianorum cepit
ꝙ debuiſſent in ſeculo demorari quia anachoritaꝝ
vita duriſſima eſt ⁊ nemo eam poteſt ſufferre:mur
murrauerūtq; in cordibus ſuis dicentes. Quid: eſt
qđ voluit pater noſter frontonꝰ vt habitemus i he
remo?Nūqd illi q̇ in vrbibꝰ ⁊ caſtellis habitāt deū
videre nō poſſunt:⁊ qui in heremo habitāt celos vi
dent.Nonne eos boni actꝰ cōmēdant.Quis nā po
terit cibo viuere angeloꝝ?Ecce morimur fame de
fectus,vigiliarū nō capit labor:ſ; acriora frangūtur
ieiunia:fiunt debilia genua:vt vnuſqſq; nrm nō poſ
ſit ſtare.Audiēs quoq; frontonius eoꝝ murmura
tionē anteq̄ ad eū cōuenirēt dicētes aliqd:ipſe pre
ueniēs eos ait.Quouſq; irritatis deū murmurātes
in cordibus veſtris ⁊ dicētes.Nūqd q̇ heremū inha
bitāt hi tantū; ſunt dei ſerui:⁊ q́s ex cibo poterit vi
uere angeloꝝ.Cōueniamus ad abbatē ⁊ loquamur
ad eū vt habitemus in ciuitate:q: ſi q̇ nos illic vide
rint oportunas nobis iuxta dei votū dirigēt eſcas.
prout cuiq; dñs dederit facere.Illud aūt ſcitote:q:
nō necabit dñs fame animā iuſtā. Ecce,oculi dñi ſu
per timētes eum:vt alat eos in fame ⁊ illud nō me
moramini ſcriptū:qđ ait apoſtolꝰ in fame ⁊ ſiti: ſed
in heremo nūq̄ defuerūt radices herbarū nec man
ſiſtis aliqñ ieiuni.Recordemini:q: antea locutꝰ ſum
vobis.Nolite cogitare quid manducetis aut quid
bibatis aut quo operamini.hec enī oīa gentes mū
di querunt. Nouit dñs cibum dare timētibus ſe.
Querite primū regnum dei et iuſticiā eius ⁊ hec oīa
adijciētur vobis.Si enī deus volatilia paſcit ⁊ cor
uos non deſerit.quomodo nos derelinquere pote
terit ipſum iugiter in mēte habētes:eoruq; aſſidue
orātes.Certe ſi fame defecerimus in heremo:nos
dñm accuſemus ⁊ improperemus ei cum ad ipſum
venerimus dicētes. Credidimus euāgelio tuo:vbi
dixiſti ꝙ vniuerſos i te credētes celi pabulo paſcis
fecimus cuncta que precepiſti ſperauimus, in te:et
tu nos deſpexiſti.Sed q: ibi nos ꝓbaſti:hic magis
vt ꝓbes veritatem redde qđ ꝓmiſiſti.Nolite ergo
murmurare aduerſum deum:ne murmurātes ſicut
patres noſtri in hoc deſerto a ſerpētibus pereatis
Quod ſi expectaueritis dñm qñ voluerit dabit bo
na timentibus ſe.Quo dicto ſiluerūt oēs paululū;
a murmuratiōe ſua:erāt enī in merore poſiti. Ego
igif ꝓpoſui vniuerſa breuitate exequi:⁊ cuncta ſer
mone ruſtico cōprehēdere:quecūq; ſui ꝓſequi titu
li ꝓhas eſt:⁊ ꝑ huiꝰ libelli ſentētias ac ſyllogiſmos
dulci eloquijs currere prout pōt vnuſquiſq; lector
audire. Redeamus ad ordinē cepti opuſculi vt nō
cura videamur aſſerere.Uenit itaq; āgelus miſſus
a dño ad quēdā diuitē nocte:⁊ dixit illi Tu epularis
in diuitijs ſplēdide:⁊ ſerui mei i heremo idigēt pa
ne.Surge ḡ diluculo:⁊ mitte fuis necieſſcas ex oibꝰ

q̄ tibi dedi:q2 pcuratorez te posui gregis mei:q̄ te
celo lactāte iugiter paui:nec vnq̄ dimisi. Ita ḡ pla
cuit mihi ex elemosyna tua degere pauperes meos
qui in deserto spiritualiter viuūt ⁊ se mihi suo do-
mino crediderunt ⁊ idcirco fac sermones quē mo-
do missus a domino loquor ad te. Quod nisi fece-
ris dissipasti fedus pacificū domini dei tui. At ille
tanto errore conuentus:ex illo somno expergiscit:
consurgensq; mane: aduocatis necessarijs amicis
seruisq; suis fidelibus locutus ē ad eos dicēs. Ja-
centi michi nocte in lecto:quipiam soporis ceperā:
⁊ ecce subito nunci9 mihi assistit dicens. En tu epu
laris induuitijs tuis splendide:serui vero mei in de
serto indigēt panibus. Surge ergo diluculo:⁊ mit
te seruis meis escas ex omnibus que dedi tibi:q2 p
curatorez te posui gregis mei. Ecce mittere quero
sed vbi morentur serui dei ignoro. Cupio preceptū
implere admonitus: sed quis mihi ad quem dirigā
locuz ostendet Angelus precepit ⁊ deus qui senio
res estis:ostendite locum. Et nemo valuit illi indi
care locuz:q2 in abdito montis manebant:⁊ nemo
vbi morarentur:agnouerat. Igitur altera nocte du
riore cōminatione conuentus:plagis confessus di-
ues ille corripitur ⁊ vrgetur vt seruis dei dirigere
escas. Iterum diluculo cōsurgens a prioribus ami
cis querebat consilium vt sibi diceret aut certe ab
alijs inquirerent:vbi serui dei morarentur. Aiebat
ista cum magno fletu plagas ostendens:quibus de
manu angeli fuerat nocte correptus. Sed cum ne-
mo posset locum habitationis ostendere:vnus pre
ceteris qui maioris erat consilij respōdit ⁊ ait. Si
volueris accipere consilium meum charissime forsi
tan erit tibi hoc salubre. Sūt tibi cameli septuagin
ta onera eos ex omnibus bonis quibus intelligis
dei famulos posse vesci:⁊ dirige camelos per viam
nemine ducente:⁊ si ex deo hoc factum est imperiū
animalia tua salua regredientur ad te si vero tibi a
dyabolo iactura imminet: libenter tollera flagella
temporis:q̄ acriori forte cede corripiaris. Quod si
hoc tibi consilium displicet quere aliū qui dare po
terit melius rnsuz. Hec dicens conticuit:sed ipsi di
uiti:⁊ qui cum eo erant huiuscemodi cōsilium bene
placuit. Onerauit ergo sexaginta qnq; camelos ex
his q̄ dei serui cōmedere possent:qnq; vero camelo
rum cibaria facta imposuit escā cunctorum aialiuz
in maximo dolore dicēs. Si quis inuenerit eos et
eoz exposuerit onera visis cibarijs miserebitur eis
⁊ dabit eis mādūcare. Et cū ingenti fletu vno ordi
ne innectēs cordas:direxit eos per viam commen-
dans domino:vt si ex deo esset imperium remearēt
celeriter cum salute. Nullus vero ductorū anima-
libus abijt. Et quando egressi sunt ianuam dimisit
seruulus primum camelum cuius ducalem tenebat
quē ceteri sequebantur: ⁊ abierunt per viam iuxta
pcinctoriū montis cūtes soli. Sed nescio an soli ca
meli pgere potuerant: qui domini nūcio p̄euntē:viā
directam: vt intellectū est:postea abierūt: ⁊ quar
to die confecto itinere hora nona agētibus op9 dei
fratribus. sicut quidam postea retulit nobis: ecce

primus excubauit ante fores camelius:sed campa-
ne sonitū audire nō potuit per strepēs sonos hym
norū abbas tamē ipse:qm̄ prope ostium erat prior
vidit ⁊ gauisus est valde Angustus enī erat introi-
tus monasterij ⁊ solus abbas fores suo statu clau-
debat:ceteris intropositis fratribus tacuit nihil re
spōdēs donec hymni cōplerētur. Tūc cōpleto hym
norū ordine aduocatis fratribus pene impropera̅s
ait. Ubi sunt murmurationes vestre. Ecce domin9
imperio forti nobis escas ex alto misit cui voluit vi
ro prudēti imperās. adduxit nobis camelos onu-
stos. Uenite deponam9 onera vt possint refici ani-
malia lassa. Tunc oēs mira gratulatione leti cōmu
niter gratiarū actionē deo reddiderūt: gaudentes
deponebāt onera cameloz:supra quinq; vero came
los reseratis sarcinis cibaria repererunt. Abluētes
igitur animalium pedes de stratu eoz fecerūt pre-
sepia ⁊ apposuerūt eis escas quas sibiipsi portaue
runt:necnon ipsi etiā discurrebāt p omnes montes
aufractus notas inquirere herbas:vt laborātia ani
malia escis pluribus reficerent. Mane autez facto
abbas cōsiliū vtile eligēs ⁊ auaritiā oino spernens
medietatem sumpsit escarū. aliam vero ptē diuidēs
sup camelos oēs ne alij viderētur portare ⁊ fieret
alijs iniuria omnibus mediū imposuit onus:velut
eulogia reuocās domino reruz. vt auaritie legē scin
dere:⁊ medietatem oblationis pprio dño cameloz
cōsolās eū de animaliū tantoz periculo:simulq; do
minū deprecās:ne accideret innocēti viro tanta ia-
ctura. Octua autē die cū essent oēs in vnū collecti
ieiuni vnus qui leues ac tynula aureas habebat p
flamina ventorum cāpanule rapiēs sonitū paululū
reticuit ⁊ cū bene tandē sonantes comprehenderet
ait. Puto ex altitudine montiū campane sonātis
motus auditur. Tūc oēs egressi senserūt cameloz
aduētus gratulatio mirabilis accedit: leticia faciū-
da fit de consolatione viri:nā q̄ defuncta animalia
aut perdita iā lugebat gaudens de preceptis ani-
malib9 letabaf. Uenerūt oēs illesi nō tristes vultu
nec maciā necessitatē habētes. Suscepit ergo came
los suos homo ille cū magna gratiarū actione:⁊ vi
sis oneribus multo amplius recreatus. Tunc ⁊ ille
amicos et pauperes plures ad prandium nobile
vocat:easdemq; eulogias indigentibus distribuit
quas acceperat. sed et amicis q̄ aderāt ex eis largi
tus est:⁊ ipse quoq; benedictionē sancte iocūdita-
tis accipiēs gaudebat in dño ex illo igitur tpe vsq;
ad mortē frontonij:sic diues ipo notato tpe qm̄ pri
mum miserat escas necessarias ipsis dirigebat:et
alijs sic diuitibus dñs impabat:vt ex oibus dapi-
bus irrigati nihil dei serui cū sancto frontonio mi-
nus haberēt. Uigilabāt in operibus dei filij cū pa-
tre ⁊ spiritualib9 eos adimplens dapib9:amonebat
quotidie sermone celesti exultās letabaf in dño:qui
sibi talē dederat intellectum:vt auium solitudinis
loca digne quesisset: legēdūq; hoc tradidit multoz
ad edificationē monachoz. Ille ergo magis erit
melior in cōspectu dei:nō quicūq; legerit. sed q̄ cre-
dendo dñi seruis sic fecerit. Mercedem aūt a chri-

sto iesu domino nostro recipiet. qui elemosynam
pauperibus erogauerit. ꝛ seruos dei rectos corde
intuitus fuerit in gloria domini nostri iesu christi
cui est honor ꝛ gloria, in secula seculorū amē. Hec
tempore Anthonij imperatoris gesta sunt. tertio
decimo anno imperij eius.

¶ Finit vita sancti Frontonij.

¶ Incipit vita sancti. Symeonis heremite
qui in col. stetit.



Sanctus symeon ex vtero mřis
sue electꝰ est a dño ꝛ meditabat
placere illi. erat autem isti filius
susocion nomine. et nutriebat a
parentibus suis. Qui cū factꝰ
fuisset ānoꝝ tredecim. pascebat
oues patris sui: et videns eccle
siam: relictis pecoribꝰ ingressus
est. audiuitq; aplm sibi legi itter-
rogansq; vnū seniorem ait. domine quid est. istud
quod legitur senex respondit ei. pro substantia aie:
vt discat homo timere deū ex toto corde. ꝛ ex tota
mente sua. dixit beatus Symeon. Quid est timere
deū. Dicit ei senior. Quare me flagitas fili: Et ille
quasi deum in quid interrogo te. s. Ista enim que a
te audio discere volo. quia ignarus sum. ꝛ stultus.
Respondit ei senior. Fili si quis ieiunauerit iugiter
et obseruationes fecerit per momenta. et humilia-
uerit seipsum omni homini. et non dilexerit aurū
neq; parentes. neq; vestimenta neq; possessiones et
honorat patrem et matrem. et sacerdotes dei pro
sequitur hic hereditabit regnū eternū. ꝛ qui econtra
rio ista non custodit. hic hereditabit tenebras exte
riores: quas parauit deus diabolo et angelis eius
Ista omnia fili in monestario exaggerant. Audiēs
hec beatus Symeon cecidit ad pedes eius dicens
Tu es pater meus et mater mea ꝛ doctor operum
bonorum et dux ad regna celorum. Tu enim acqui
sisti animā meā que iam mergebatur in ꝑditionem
dominus reddat tibi vicissitudinem ꝑ anima mea:
ista sunt enim que edificant: ego autem iam nunc
vadam sicut docuisti in monasterium vbi deus vo-
luerit: et fiat voluntas eius in me: dixit illi senior:
fili priusq; ingrediaris monasterium: audi que dico
Tribulationem habiturus es: necesse est enim te
seruire et vigilare in nuditate: et indesinenter subire
mala: et iterum cōformendus es: vas preciosum deo
et statim exiens beatus Symeon de ecclesia ibat in
monasteriū sancti. Tymothei magnifici viri: ꝛ pro-
cidēs ante fores monasterij iacebat ꝑ dies quinq;
nō māducās neq; bibēs: ꝛ die quinta egrdiēs ab-
bas. Tymotheus: itertogauit eū dicēs. Vñ es fili
aut quos parētes habes: qui sic afflictꝰ es aut qđ
est nomē tuū: ne forte aliquid maligesseris: aut for
sitā seruus sis ꝛ dñm tuū fugis. Tūc beatꝰ Symeō
cū lachrimis dixit. Nequaq̄ dñe sed opto vt sim
seruus dei si ipse voluerit: quia volo saluare ani-
mā meam perditam Iube ergo introire in mona
sterium et omnibus deseruire: noli me foris diutꝰ
dimittere. Tūc apprehēsa manu eius introduxit eū
Abbas in monasterium: dicens fratribꝰ. Filioli mei
ecce trado vobis istum fratrē: docete eū canones
monasterij: stetit: autē in monasterio quasi mēses
quattuor seruiens omnibus sine querela: i quibus
psalteriū ex integro memorie commendauit: quo
tidie percipiens cibum diuinum. Cibū vero quem
simul cum fratribus accipiebat tacite pauperibus
erogabat: non sollicitus de crastino: fratres ergo
ad vesperam: ille vero septimo die cibum sumebat:
Vna autem dierum egressus ad puteū aquā hau-
rire: sumpsit funem de situla: vnde fratres aquam
hauriebant: et inuoluit eū toto corpore suo nudo
a renibus vsq; ad collum: ꝛ ingressus dixit fratribꝰ
Exiui haurire aquā et nō inueni funē in situla: ꝛ illi
dixerūt. Tace frater ne forte agnoscat abbas quo
usq; tp̄s ꝑtereat. Putrefactū est aūt corpꝰ eius de
obligatione: ꝛ asperitate funis: q: secabat eū vsq;
ad ossa: ingressus est eū in carnē ita vt vix appare
ret. Quadam autē die exeūtes aliqui de fratribꝰ in
uenerunt eum cibū suū dantē pauperibꝰ ꝛ regressi
dixerūt abbati vnde nobis adduxisti hoīez istū Nō
possumꝰ abstinere sicut ille de dñica eni in dñicā ie-
iunat cibos quos accipit pauperibꝰ erogat: sꝫ ꝛ fe
tor grauissimꝰ exit de corpe eius: ita vt nullꝰ iuxta
eū stare possit: ꝛ cū ambulat vermes ď corpe eꝰ ca
dūt: lectusq; eꝰ plenꝰ ē vermibus: tūc exiēs abbas
inuenit sicut illi dixerūt: cui ait. fili qđ ē ꝙ dicūt fra
tres de te. nō tibi sufficit ieiunare sicut nos audisti
euāgeliū de doctoribꝰ dicēs: q: nō est dicipulus suꝑ
magistrū erit aūt omnis ꝑfectꝰ: vt sit sicut doctor
eꝰ: dic mihi fili: fetor iste vnde ꝓcedit. stans beatꝰ.
Symeō: nihil respōdit. Et iratꝰ abbas iussit eū spo
liari ꝛ inuenerūt funē circa corpꝰ eꝰ: ita vt nihil pa-
reret de eo nisi summitas tātū. exclamās aūt abbas
voce magna dixit. Vnde nobis aduenit iste hō de-
struere volēs regulā monasterij. Rogo ergo te disce
de hinc ꝛ perge quo vis cū multo tamē dolore ꝛ la-
bore tulerūt a corpe eꝰ funē de quo erat inuolutꝰ:
vna cū carne eꝰ putrida: faciētes aūt illi studiū per
multos dies sanauerūt eū. Sanatꝰ aūt post hec exi
uit de monasterio nullo sciēte: ꝛ ingressus ē puteū
desertū vbi nō erat aqua non longe a monasterio
vbi immūdi spiritꝰ inhabitabāt. Et ipsa nocte re-
uelatū est abbati ꝙ multitudo populorū circunda-
rūt mōasteriū suū cū fustibꝰ ꝛ gladijs dicētes. Da
nobis seruū dei Symeonē tymothee: sin autē icēde
mus te cum monasterio tuo quoniam exasperasti
hominem iustum. Qui euigilans ait fratribus. Fi-
lioli mei visionem vidi: ꝛ multum turbatus sum in
ea. Et in alia nocte vidit multitudinem virorum
ortium astantium ꝛ dicentium ei. Da nobis seruū
dei Symeonem dilectus est enim deo et angelis:
quare illum vexasti maior te est apud deum omnes
enim angeli cōtristātur propter illū: ipsum aūt ꝑpo

nere habet deus in mundo ita vt ꝑ illum multa si-
gna fiant: qualia nemo fecit. Tunc exurgens abbas
cum magno timore dixit fratribus. Requirite mihi
hominem illum et adducite in hunc locum ne forte
omnes moriamur propter illum. Vere enim san-
ctus dei est: mirabilia enim magna vidi ⁊ audiui de
illo. Tunc oēs monachi exierunt eum querere ⁊ om
nia ꝑlustrātes ⁊ non inuenientes renunciauerunt ab
bati dicētes. Nullū locū relinquimus vbi eū nō que
siuissemus: nisi tm̄ in deserto puteo. R̄ndit abbas
Rogo vos frēs ite ad ꝑquirēdum eū: sed ⁊ ego va-
dam vobiscū: vere sanctꝰ ⁊ seruꝰ dei est. Et sumēs se
cū quinqꝫ ex illis: venit ad puteū. Et faciēs oratio
nē descēdit cū fratribus in puteū. Videnſqꝫ illum
beatꝰ Symeon cepit rogare dicēs. Rogo vos ser-
ui dei dimittite me vna hora vt reddā spiritū meū:
adhuc em̄ modicū deficiēs est: valde aūt fatigatur
anima mea qm̄ exaspaui dominū. Dixitqꝫ ad illū ab
bas veni serue dei: vt deducamus te in monasteriū
cognoui em̄ de te q2 seruus dei es. Illo vero nolē-
te adducunt eum ad monasterium: ⁊ omnes proster
nūt se ad pedes eius flētes ⁊ dicentes. Peccauimꝰ
in te famule dei: indulge nobis. Beatus autē Sy-
meon gemebat dicēs. Quare grauatis infelicem et
peccatorē. Vos aūt estis serui dei ⁊ patres. Stetit
autē ibi quasi annū vnū. ¶ Post hec egressus oc-
culte nō lōge a monasterio: ibiqꝫ multo tēpore fuit
Edificauitqꝫ sibi clausuram ex lapide sicco: ibiqꝫ
fuit annos tres: ⁊ veniebāt ad eū multi ad orationē
Deīde fecit columnellā cubitoꝝ quattuor stetit i ea
annos quatuor crescebat autē de eo fama facta per
orbē terre: ⁊ faciunt ei colūnam habentem cubitos
duodecim: ⁊ stetit in ea annos duodecim. Rursum
qꝫ fecerunt colūnam cubitorū viginti stetitqꝫ in ea
ānos duodecim. Tunc ꝯgregati sunt oēs habita-
tores loci illius ⁊ edificauerunt iuxta ipsam colūnā
basilicas duas: ⁊ colūnā cubitoꝝ triginta: ⁊ suꝑ ip-
sam stetit annos quattuor: ⁊ cepit virtutes facere.
Multi languidi veniebant ad eū ⁊ demonia haben
tes: ⁊ curabat eos: ceci visum recipiebant: debilium
manus restituebantur: surdi auditū recipiebant le
prosi mundabanť. Multas gētes inclinauit ad fi-
dem christianā. idē sarracenos persas armacenos
⁊ laotos: similiter ⁊ alophilos: audientesqꝫ de deo
de virtutibus eius cōueniebant ⁊ adorabāt deum.
Tunc inuidus dyabolus transformauit se in speciē
angeli: fulgens in splendore cū equis igneis: ⁊ cur-
rus igneus apparuit iuxta colūnā vbi stabat beatꝰ
Symeon illuxitqꝫ cū fulgore ⁊ splendore q̄si in spe
cie angeli fulgens. Et dixit dyabolus blandis ser-
monibus. Symeon audi verba mea que tibi domi
nus mādauit. Misit me angelū suū cū curru igneo
⁊ equis igneis vt rapiā te quō rapui helyā. Tēpus
tuū iam est: ⁊ tu similiter ascēde iam mecū in currū
q2 dn̄s celi ⁊ terre me transmisit huc: ascēdamꝰ pa-
riter in celos ⁊ videant te angeli ⁊ archangeli cum
maria matre dn̄i: cū apostolis ⁊ martyribus: confes
soribus ⁊ ꝓphetis: q2 gaudēt videre te vt orēs dn̄z

qui te fecit ad imaginē suā. Etiā locutus sū tibi ne
tardes ascendere. Sic symeon cōpleta orōne dixit
dn̄e vis rapere me peccatorē in celum. Et eleuauit
dexterū pedē vt ascenderet in currū: leuauitqꝫ dex-
teram manū ⁊ fecit signaculū xp̄i: Cū signū crucis
fecisset cōtinuo dyabolus nusq̄ cōparuit: sed cum
argumēto suo euanuit sicut puluis ante faciem ven
ti. Tunc intellexit symeon artē esse dyaboli. Reuer
sus ergo in se dixit pedi suo: nō reuerteris retrorsū
hinc: sed stabis hic vsqꝫ ad obitum meum donec ac
cersiat dn̄s me peccatorem. Interea dyabolus in
frigore apposuit vulnus suꝑ femur eius ⁊ putre-
culo appꝛopinquabat dñico gregi quis post eũꝰ ex
cessum magisterij noie subrogareẗ. inquirebaẗ san
ctus itaq; macharꝰ cũ ad sctm̃ venisset pasthumiũ
excepit eũ libẽter ꝑcipue cuꝰ iã ab angelo famã au
dierat:nõ ergo ille vt hospes:sz eꝰ subtiliter explo
rare ꝓpositũ venerat. Poꝛro macharij aspectibus
pasthumij cõplacuit cõuersatio ⁊ eũ suadere cepit
vt sancti Anthonij anachoritarũ ꝑncipis nõ graua
retur visitare reliquias. Sz cũ oi virtute renuereẗ
⁊ abire penitꝰ noluisset. In somnis pasthumiꝰ sine
aliquo cũctamine ire iubeẗ nã diuine ꝯtradicere nõ
poterat maiestati. Itaq; cũ machario aggrediẗ in
ter multitudinẽ cõgregationis monachoꝝ q̃ a solo
gubernaẗ Machario ingressus:de quo sepe diximꝰ
coꝛpus sepelisse magistri: cũ spũs eius vocatus est
ex seculo. Qui cũ se in extremo vite istꝰ tpalis aspi
ceret aduocato ad se sancto Pastumio ita exoꝛsus
est ei. En frater tẽpus resolutionis mee instat:qua
ꝓpter audiens bonum testimoniuz de te:finẽ se
nectutis mee debilitatis supposui gressibus ad per
ueniendum vsq; ad te. Nunc igiẗ bene fecisti venire
mecum. Suscipe ergo paterno amoꝛe gregẽ dei ad
regẽdum. Noli q̃rere qd̃ tibi vtile est:sed qd̃ multis
vt salui fiant ne ergo neges suscipiẽdi honoꝛis grãz
mercedẽ a dño recepturus tpe opoꝛtuno. Tunc san
ctus pasthumius pedibus eius ꝓuolutus ait. Cha
rissime pater:quomodo mihi tam magne multitu
dinis curã imponis:rustico homini litteras nescien
ti ꝓuide igitur ex his meritum hoiem q̃ possit cum
solitudine tãtas animas regere populoꝝ. Tũc ma
charius ait pasthumio accusationes nõ audio neq;
causas recipio:hi eñ oẽs sub tua ditione manebũt
nec alius est tãte abstinentie vir q̃ possit istius po
puli gubernari animas ac sollicite pertractare:⁊ vt
certius dicã dilectissime frater:te electione sua dñs
designauit ad suscipiẽdum huꝰ ministerij locũ ne
quaq̃ ergo celesti poteris ꝯdicere iussioni nihil ex
hoc pasthumius locutus est machario sz dũ eꝰ ver
ba secũ in aio volueret macharius emisit spm̃ sta
timq; populoꝝ ingẽs turba intẽte ad huꝰ currunt

ipsa psallentium multitudo: diuersis hymnoꝝ voci
bus quasi vno ore laudes deo canebãt donec corpꝰ
ad sepulchrũ deduceret humanum nemo tamẽ ve-
hemẽter dolebat eo ꝙ sanctus macharius tam ve-
lociter monasteriũ relinqueret: qm̃ dñs similẽ ei pa
sthumiũ gregi suo magistrũ ꝓuiderat. Tribus ergo
diebus post sancti macharij decessum orabat Pa-
sthumius vt acciperet de celo fontẽ doctrine per ie
sum in spiritu sancto: vt posset tantã populoꝝ mili
tiam docere prudẽtiã. Tertio igitur die venit ad eũ
ꝭm consuetudinẽ: qui eũ cõuerterat angelus ⁊ locu
tus est ad eũ ⁊ cõstituit eũ monasterioꝝ doctorẽ et
principẽ in eũ locũ a quo Macharius recesserat: de
ditqꝫ ei formã spiritualium preceptoꝝ ⁊ abijt. Por
ro Pasthumius congregatis fratribus cũctis ape
riẽs os suũ locutꝰ est eis dicens. Audite filioli ver-
bũ qd̃ dñs locutꝰ est vobis: preclarã preceptoꝝ iusti
ciã ⁊ charitatis regulã sensibus nostris volẽs infun
dere: paterna eñi voce loquor ad vos: i nomine dñi
nostri iesu christi: ⁊ spũs dei nostri accepi eñi formã
de manu angeli: vt dicã vniuersa q̃ acciderit sensui
meo ad vestrã edificationẽ. ❡ Intente igitur ꝑbe-
te aures: deus ipse mãdauit qd̃ de ore meo ꝓcedit.
Prima est eñi mandati consideratio: in oibus vos
obedire maioribus. Scd̃a mãdati est subiectio vt i
timore casto seruiatis dño. Tertia positio est vt tẽ-
perãter ⁊ pie ⁊ iuste viuatis in hoc seculo. Quarta
mãdati ratio: vt corpa vestra affligatis ꝑ oia: quo
possitis acquirere animarũ salutẽ domare ieiunijs
mortificare carnẽ q: hec est delectatio bonorũ ope
rum. Quinta cõstitutio orationi frequenter insta-
re sicut ⁊ apostolus indesinenter orare nos iubet.
Orãtes quippe semꝑ ac ieiunãtes ⁊ fidei dona in
memoria mẽtiuꝫ tenebimꝰ infixa vt possimꝰ scatu-
rientiũ demonũ superare naturã. Sequitur aliud
genus erroris in quo maius est anime dãnuꝫ: super
hic malum per oia est cauẽdũ: hec angelũ in primor
dio mũdi de celo deiecit: ⁊ nouimus superbiã origi
nem esse peccatorũ. Ad quã excludendã de cogita-
tionibus nostris deũ semꝑ precemur: vt donet no-
bis forma humilitatis. Accedit ⁊ alia iſestatio mor
tis incorpore: si de seculari vitiorũ causa monacho-
rum sollicitet quẽq̃. Funiculũ vero charitatis ante
oia inter vos habete: fide cõtinua in spe manẽtes:
q m̃ ad regnũ dei eternũ festinatis. Cura ergo di-
scipline monachorũ perfecta est dilectio. Hec vin-
cula charitatis ⁊ pacis exornãt sine auaricia. Igit
in dilectione sincera modus sufficiẽs est ꝑsentibus
et qui inuicẽ diligũt: ⁊ filij regni vocabũtur. Perfe
cti inuicẽ diligẽtes ipsi sunt qui mãducant panẽ in
regno dei sine macula. Perfecti ergo eritis si mun
duꝫ sacrificiũ charitas in odorẽ suauitatis zelo suc
cedat. Gaudebit eñi dñs iesus in vobis: q: fecistis
fideliter qd̃ ipse mandauit. Nã prima legis in mon
te synai ordinatio hec ad Moysen data ẽ. Diliges
inquit dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, ⁊ ex tota aia
tua. Secundo diliges proximũ tuũ sicut teipsum.
Uacat enim dilectio dei nisi iũgatur ⁊ ꝓximi plenũ

ergo preceptum veritatis vt maneat in sensu: indi-
uidua est regula charitatis. Tunc ergo dilectio bea
ta erit in pleno si colla obedientie posueritis ꝓpo
sito obedientia quoqꝫ in cõgregatione laudatur.
Nihil vobis proderit filioli si diligitis inuiceꝫ ⁊ nõ
vultis inuicem obedire. Dilectio obedientia cum
est faciet criminosum conscientie egruꝫ. Quomodo
eñi gramẽ seminales impedit fructꝰ: sic inobediẽs
homo frustra ieiunat: ⁊ orationis nulluꝫ recipit fru
ctum. Igitur q̇ in vno esse cõcupiscunt ⁊ viuere mẽ-
te cõmuni disposuerunt: hi cõsilijs maioribus inser
uiant. Quicq̇d ex cõsilijs processerit patrum hoc fa-
ciat qui procul est. Quicũqꝫ frater oneris quippiaꝫ
collo suo portauerit: nec quidem sustinet de hume-
ro suo onus extare. Si abbas presens fuerit repe-
riens aquaꝫ scatiuam siue germinãtem: ⁊ preter ab
batis cõsilium diuerteris ad bibẽdum: aut alterius
fratris te cõcomitãtis (etiã iunioris) peccatum feci
sti: q: preter benedictionem aquam potasti. ꝙ si ca-
lor solis exarserit ⁊ volueris bibere ⁊ abbas te do
mãdo ꝓhibuerit: si vel mẽte murmuraueris: dereli-
quisti. Deinde si in via calcaueris spinam donec ab
bas preceperit educendã procul ab inuicem contex
tas vites sternite. Cum ad dormiendum secedit{is}
inter socium cubitus habeatur vnus: ne dũ adinui-
cem proximant corpora nutriãt libidinis incẽtiua.
Porro negocium noctis ꝓpter lucifugas demo-
nes ⁊ noctipetas: in spiritali opere ꝑagatur. Expe-
rectis autem nulla de secularibus causis donec ad
gallicãtum fraternarum orationum cõmunis hora
succedat alterius vocis cantus alterum non excitet
ad orãdum: sed cum suum pectus tundere ceperit q̇
primum experrectus est prouocetur etiam ille qui
dormit exurgere. Sepe enim sathanas cum somno
animã captam nocturnis inuoluit tenebris: vt ab
orationis patrocinio separata sit operãte diabolo
socio tenebrarum. Ideo dico vobis filioli vigilate
quia nescitis qua hora fur veniat animarum. Stu
dete igitur complacere deo cõuersationeꝫ habẽtes
spiritalem. Diuina mãdate in dilectiõe dei cũ sapiẽ
tia legis ꝓcepta tabulis cordiũ vestroꝝ sint nec qui
dem amplꝰ sapiatis ꝙ̃ simplicitas confirmat scri-
pturarum dei. Multi aũt de deo aliter sentientes
exciderũt ex dilectione dei ⁊ proximoruꝫ suoꝝ. Qui
ergo huiusmodi sunt audiant Baruch ꝓphetã di-
centem. Si eñi vidẽs populi sui dilectionẽ fraterni
tatis esse incorruptam: inter cũctos facit eos ami-
cicie dei fieri socios. Qm̃ q̇ diligũt deũ ꝭm boni ope
ris gloriam inuicem in opibꝰ bonis irritã faciũt vi
tam istius mũdi prophanãtes q̇cquid ex diabolo
cogitationũ malarũ in cordibus dei seruorum qm̃
cupiunt anachoritarũ perfrui vita: si corpus abdi-
cant adhuc i terra positi iã celestia delectãtur: nihil
terrenum prorsus exquirãt vt viã secularium tene-
brarum causas cõculcãtes ac ꝓsternentes. Uerum
q: celestibus regionibus apti: vos satis placere cõ-
uenit creatori virgines mẽte ⁊ corpore permanẽtes
fructus fidei ⁊ limen sermonis: ꝙ̃ maxime conseruã

tes: nephas est enim vt monachus quis cōprehendat in modico vel in maximo. Irreprehensibiles enim nos esse apostolus docet: vt sermo noster in gratia sale sit cōditus scz cōdimēto quo nos Euāgelista cōdiunt dicens. Vos estis sal terre. Quod peto vt nō in vobis euanescat ne forte cū euanuerit: extra cōgregationē multitudinis foras proijciatur: linguis inimicorum quotidie cōculcādum. Hoc autez obsecro filioli: sm formam que mihi data est de manu angeli: fugere vos linguam detrahētium iniquorum: qui mordaci dēte etiā sine causa ecclesie christi insultare festināt. Dissentiones quas habetis inter vos proijcite abinuicem: sciētes dn̄m nostrum non esse dissentionis deū: sed pacis. Si qua igitur scandala inimico suggerēte frater habet aduersus fratrem ꝓpter obediētiā fide extāte dimittat qm̄ ego nō ex me loquor: sed ex deo q̄ in manu nūcij sui docuit me. Et si ex obediātia prebueritis hospitalitatem peregrināti: ex precepto dn̄i facitis. Si fieri potest nullo pacto miles dei debet irasci: nō solū ad socios: verūetiā ad extraneos. In quocūq; negocio nullus secularium seruū dei audeat iudicare: qꝛ inter te ꝛ illum distat. Non patiaris cōiugatum iudicio tecum cōtēdere: melius est enim monacho fraudē et iniurias sustinere: ꝙ audiatur vox militis in clamore. Non decet monachum causa pecunie esse negociatorem: sed celestium bonorum lucra mercātez Predicet verbū salutis: animas inuitet ad celum: ad nihilum deducat seculi desiderium. Corpus enim christianum exultat: maxime serui dei tyrānum fraudatorem animarum diuine virtutis orātione expugnat. Quod si terrores aliquos intulerit: currat ad auxilium crucis: statim ille recedet: versutia eius crebris orationibus ꝛ ieiunijs deuincitur. Filioli: quid ad vestram pertinet curā: si aduersus vos cōueniāt demonum castra? Potestis ꝛ vos multis adiuuari agminibus angelorū. Sed cū demonū caterue crescere ceperint: oculos vestros ad celum leuetis dicētes. Domine iesu christe adiuua infirmitatem meā. Tunc sermo vobis prophete Helisei ꝯueniet aduersus eos qui de Samaria cōprehēdere eum venerāt qui terrēti se puero suo respōdit. Aperi oculos serui tui: et videat ꝙ plures sunt nobiscum. Statim ergo ad adiuuādum vos angelorum dei legiones aduenient qui fidei vestre auxilium prebeāt. Hec sunt filioli mādata: que vt pusillanimitas cordis muniatur vobis de diaboli certaminibus explanaui. Nolo aūt ea que nobis ipso immittēte acciderūt silentio preterire: vt ꝛ vos possitis malicijs eius resistere. Quadam die in monte sedente mihi ingēs velut militum turba occurrit. Quos dum oculis cernerē veniētes a longe sathane angelos statiz esse cognoui. Ego aūt exposito omni terrore genibus puolutus humo: vt se cederent orabam dn̄m inuocās redemptorem. Tunc ergo turba que venerat velut stipula q̄ a vento rapitur nusq̄ cōparuit. Gratias ergo egi dn̄o per iesum xp̄m dn̄m nostrum ꝙ meo certamini finem imposuit cito: ꝛ orationem meā illico exaudiuit. Multas itaq; insidias passus sum: et ex omnibus me eripuit dn̄s. Unde ꝛ vos filioli cōstātes estote: qꝛ mitis est dominus ad liberādum nos Amate ergo dn̄m: odite malignū: ꝛ deus misericordie erit vobiscū: vt possitis eius insidias euadere. Amen.


Finit vita sancti Pasthumtij.

Prologus in vitā B. Onuffrij heremite.



Beati igitur Onuffrij vitā inter grecorum cōmenta scriptā nuꝑ reperi vt quondam a venerabili prudētissimo viro scz gregorio: ipsius gesta narrante cognoui. Hanc Paphuncius vir quoq; sanctissimus greco sermone. Retexit ab exordio. Quem ego secutus a greco trāstuli in latinum: vtpote largiente dn̄o eius probabilis vita sm vires meas manifesta: admirationē legntibus prebeat ꝛ imitationem. Non perpendite queso mei sermonis rusticitatem sed tāti laboris animo reuoluite longanimitatem: quā vir deo plenus patienter sustinuit: dum mundane vanitatis gloriam spreuit: ꝛ celeste regnum districte viuendo sibimet hereditauit.

Incipit vita et conuersatio beati Onuffrij heremite.



Beate memorie Paphūcius quedam cogitationū et actuuz suoꝝ secreta taliter reserauit dicēs. Quodā vero die dum ego Paphūcius solus tacitusq; sederem cogitaui in corde meo ꝙ deserta peterē ꝛ vniuersa loca sanctorum monachoꝝ pieq; cōuersatiōis habituz lustrarē: ac qualiter deo ministrarēt cōsiderarē. Unde factum est vt tacitus iter arriperē: ꝛ in heremum cursu desiderabili properarē. Panes itaq; cū aqua exigua mecū portaui ne deficerē a labore itineris cepti. Quarto nāq; die peracto alimēta q̄ mecū veri defecerūt: meaq; membra nullo victu refocillata vires perdiderūt. Mox ꝙ diuina illustrāte gratia mora imminens ablata est: assumptisq; virib⁹ iter arripui: atq; dies alios quattuor nihil gustādo peregi. His itaq; cōpletis nimiū fessus humo prostratus: iacui velut mortuus Exemplo quoq; celesti cōsolatus adiutorio assistere mihi vidi virū: gloria mirabilē: splēdore terribilē pulchritudine laudabilem: magnitudine procerum: aspectu preclarū. Quem vt aspexi vehemēter obstupui: sed tū ille vultu placido accessit: nūc man⁹: nūc labia mea tetigit mihiq; vires potēter restaurauit Cōtinuo letus surrexi: deoq; fauēte ꝑ solitudinem exinde. xvij. dierū cursum direxi quousq; ad locum: quē dn̄s mihi famulo suo indigno puidebat ostendere: ꝑueni: illic: et ab itineris labore cessaui. Igitur dū fessus requiescerē: ꝛ ꝙ peregre pfectus essem excogitarē virū ꝓcul aspectu terribilem vidi in modū bestie pilis vndiq; circūseptum: tanta scz illi capillorum plixitas erat: vt corpus illius ipsoꝝ diffu-

stone tegeret. Pro vestimẽto quoqꝫ folijs herbisqꝫ vtebatᷓ quibus subteriora renũ tãtũmodo cingebat Tali viso hoie nimio ꝑterritus sum terrore: anxiatꝰ vl tracꝫ credi põt timore ⁊ amiratione: qm̃ tã mira forma meis oculis nũqꝫ ostendebatᷓ in huma specie quid facerẽ ignoraui: sed quãtum valui fugã petij: mõtemqꝫ ꝓpinquum cõcito cursu ascẽdi: ibiqꝫ tremefactus corrui atqꝫ me sub frondium densitate a facie illius abscõdi: multa dãs suspiria. Defectꝰ erã pene etate ⁊ labore abstinẽtie: hic vero dñ̃ me cernebat in monte iacẽtem voce nimia exclamauit ⁊ dixit. Uir dei descẽde de monte: noli timere: ego eñ̃ sum homo passibilis tibi silis. His itaqꝫ cõsolatus verbis mentem recepi: moxqꝫ descẽdi: ⁊ ad virũ sanctum ꝑueni: atqꝫ pedibus eius me timidus ꝓstraui Ille quoqꝫ me ꝓhibẽs ante se iacere: surge inquit surge: tu es eñ̃ dei seruꝰ: vocaris Paphnũcius sanctorum amicus. Statim surrexi: ⁊ q̃uis fessus tamẽ letus ante eum sedi: iã feruẽti desiderio q̃s ipse: vel qualis eius esset vita: cupiẽs dinoscere: dicẽs. Ecce votum adimpleuit: q̇ me ꝑ hãc heremũ direxit. En artus mei faciẽtes: aliquod sentiũt solatiũ: ꝫ mens sitibũda nõ adhuc inuenit refrigeriũ. Idcirco te seniox corde deuoto deprecor atqꝫ ꝑ illũ (ob cuiꝰ amorem huius solitudinis deserta habitas) te cõtestor vt vñ sis: aut quomodo voceris: seu qñ huc adueneris aptis mihi v̄bis denũcies. Etenĩ vir dei recognoscens q̄ libẽti aio sñiam sui laboris audirem dixit mihi. Qm̃ te frater dilecte auida mẽte vite mee longas erũnas velle scire video repetere me tibi nõ dubites has ab exordio. Ego ꝫ immeritus vocor. Onuffrius: ⁊ ecce nõ minꝰ sunt q̄. lxx. anni q̄ in hoc deserto laboriose vixi. Cũ feris igitᷓ cõuersatꝰ sum crebrꝰ: ꝑ pane comedi iugiter herbarũ fructus in montibus ⁊ ipelũcis ⁊ i vallibꝰ meũ reclinaui miserabile corpꝰ. Tot annis neminẽ nisi te solũ aspexi: alimẽtũ a nullo hoim sumpsi. Ueruñ̃ i monasterio hermopolim dicto nutritꝰ erã in ꝓuincia Thebaida nominata: vbi simul pene centum monachi degebãt. Porro vita illoꝝ talis extitit vt amore ⁊ actione equanimiter oẽs viuerẽt: ⁊ vno corde ⁊ vno spũ iugo ac discipline sancte regule colla submitterent: atqꝫ fluctus huius seculi oĩno nõ formidarẽt. Quicquid vnicuĩctis placebat. Mente sancta: fide pura: charitate ꝑfecta: ãte deũ incedebãt: cui die noctuqꝫ omni mãsuetudine: ⁊ patiẽtia ministrare nõ cessabant. Tãta his erat taciturnitas cum abstinẽtia vt nullus auderet nisi cũ iusta interrogatione vl̓ recto respõso reddere verbũ Ibi quoqꝫ paululũ sancte doctrine ab adolescẽtia suscepi: ibi regularibꝰ normã a fratribus didici a q̇bꝰ amabiliter diligebar ab his q̃liter ĩstituta mãdatoꝝ dei seruare deberẽ diligẽter instruebar: ꝑfecto vitã beati patris nostri Helye venerabiles fratres meos audiui frequẽter laudare qui se in heremo in tãta abstinẽtia ⁊ oratione studuit affligere: vt maximã virtutẽ a dño ꝓmeruisset accipere: ⁊ igneo curru trãsuectus: spiritussancti dona que habuerat disci pulo impartiri: ac adhuc longeuus senio: mortis penam nõ videre. Insuper ad huius exemplum beatum baptistam Ioãnem ꝓtulerũt q̇ in noui testamẽti serie clarissimus effulsit per que plurima annorum spacia diuino mãcipatꝰ officio corpus suum macerauit: donec in Iordanis vnda mũdi redẽptorem baptizare dignus existeret atqꝫ ipsum dei agnuꝫ esse digito demõstrauit. Ego vero cũ talia eos recitãtes audirẽ dicebã illis. Quare seniores mei vitã ⁊ miracula eoꝝ obstupescitis: aut cur illoꝝ facta tam assidue cõmemoratis? An sunt vobis fortiores qui desertũ habitãt an leuiores? At illi respõdẽtes dixerũt. Fili fortiores nobis sunt quia sine adiutorio humano viuunt. Nos ita q̄ alter ab altero cõspicimur pariterqꝫ diuinũ officium a nobis celebratur. Si qñ cibũ cupimus paratum reperimus: si quãdo infirmitas aut aliqua corporis imbecillitas irrepserit statim cura fratrũ cuꝫ omni sollicitudine nos adiuuat. In edificijs lucide cõstructis habitamꝰ: in q̇bꝰ ⁊ ab estu solis coopertisumꝰ: ⁊ ab inundatiõe pluuie ⁊ ab turbine venti: ac tempestate manemus defensi monachi q̇ppe q̇ in deserto sunt: nihil cõsolatiõis nisi a deo reperiunt. Si quãdo angustias aut tribulationes perpessi fuerint: vel cũ diabolo antiquo humani generis inimico pugnare ceperint: quis eis astat? A quo adiuuãtur? Sed quibus humanũ deest solatiũ: cõstat eos habere diuinũ. Et si esuriũt quis eis panem dabit. Si sitiunt quis eis aquã tribuit: vbi panis ⁊ aqua non erit. Maximus labor in desertis locis esse non dubitatur vbi nihil necessariũ reperitur. Primum ergo quãdo in solitudine diffiniũt habitare in dei timore certãt firmiter stare. In fame ⁊ siti: in labore ⁊ passione corpora sua cruciãt cõtra diabolicas insidias viriliter dimicãt: ⁊ vt vincãt cõtra tela nequissimi ignea: gladijs spiritalibꝰ pugnãt. Antiquꝰ etenĩ hostis totiꝰ inuẽtor iniquitatis: studet eos subuertere ⁊ in cõsortium malicie sue implicare: atqꝫ de bona volũtate quã inchoabãt retrahere: ⁊ mentes eoꝝ mundanis voluptatibus iterum irretire: vt in opere cepto satiscãt ꝑsistere. Omnipotẽs ergo deꝰ qui nõ derelinquit sperãtes in se: circũdat eos armis sue potẽtie vt hos icursio sathane nõ valeat ꝓsternere quos ꝓtegit celsitudo diuine misericordie. Quapropter ad eos ãgeli dei iugitᷓ mittuntᷓ ac ꝑ manus illoꝝ queq̃ꝫ necessaria crebrius eis administrãtur. Aquã de petra hauriũt: qđ interpretatᷓ xp̃s Scriptũ est eñ̃. Sancti q̇ sperãt in dño habebunt fortitudinẽ: assumẽt pẽnas vt aquile volabũt ⁊ non deficiẽt: currũt ⁊ gressus eoꝝ nõ labũtur. Et alibi. Qui sitiũt ḋ supno fõte ꝯdiũtᷓ ⁊ herbaꝝ folia i ore eoꝝ tãq̄ favꝰ mellis dulcescũt. Si aũt aliqñ diabolꝰ aduersus eos colluctatᷓ ꝓtinꝰ surgũt manꝰ suas ad dñm expãdũt: p̃ces aŭ diuinã maiestatẽ fideliter fũdũt mox auxilio celesti subleuãtur. ⁊ dolosi iacula inimici penitꝰ destruũtur. Nõ itelligis fili qualiter in psalmo legitᷓ: qm̃ nõ i finẽ obliuio erit paupis patiẽtia pauperũ nõ ꝑibit ineternũ. Et iterũ. Exaudiuit eos dñs in die tribulatiõis: ⁊ de omni angustia

liberauit eos. Enimuero vnuſquiſq; propriam mer
cedem accipiet: ſm̄ ſuum laborem. Beatus eſt eniꝫ
vir q̄ ſemper eſt pauidus: ⁊ voluntatem dei in hac p̄
ſenti vita ⁊ fragili ſtudioſus agit. Certiſſime ſcias
o fili q̄m angeli dei ſanctis ac iuſtis viris quotidie
famulant̄: atq; virtute ſuperna corpora ⁊ anime illo
rū iugiter illuminant̄. Tali deniq; rōne ego pauper
Onuffrius a ſanctiſſimis patribꝰ in meo monaſte
rio ſubtiliter inſtructꝰ: cepi tacita mēte tractare ꝙ
glorioſa felicitate perfruūtur in celis qui certamina
laborioſa ꝓpter amorem domini tolerant in terris
cor meū ardebat: mēs mea deſiderabiliter feruebat
mūdi gaudia penitꝰ ſpernere: patrieq; celi ex totis
viribꝰ appropinq̄re: ſicut pſalmiſta edocet dicens.
Mihi aūt adherere deo bonuꝫ eſt: ⁊ ponere in dn̄o
deo ſpem meā. Cūq; ſollicitus excogitarē: nocte ſi
lenter cōcitus ſurrexi paruū panē meū detuli cum
exiguis leguminibꝰ: vt vix vſq; in quartā dieꝫ ſuffi
cerēt ſicq; ſm̄ dei diſpenſationē ⁊ eius pietatem p
fectꝰ ſuꝫ vt mihi oſtenderet mee habitationis locū.
Egrediēs autē me de monaſterio in mōtana veni i
deſertū cogitaui vt manerē ibi. Cōtinuo lumē ſplē
didū ante me quaſi obuians mihi vidi. Quo viſo val
de timui. Idcirco ꝙ putaui me debere ad monaſte
riū regredi vnde exiui. Exemplo nempe de radio
preclari luminis vir aſpectu pulcherrimꝰ acceſſit ad
me ⁊ dixit mihi. Noli paueſcere: ego enim ſum dei
angelus tibi ad cuſtodiendū ab ortu tuo prouiden
tia diuina deſtinatus: vt iubente deo tecū manerē:
et te in hanc heremū ducerē. Perfectꝰ eſto: humilis
incede corā dn̄o: cum gaudio labora: cor tuū in omni
cuſtodia ꝯſerua: viue ſine querela in bono ope pſe
uera. Ego vero te nō derelinquā donec animā tuaꝫ
in p̄ſentia ſumme maieſtatis offeraꝫ. Hec etenim lo
cutus eſt mihi angelꝰ iter inceptū mecū comitatus
Pergebamꝰ ita ſimul ſex miliaria vel ſeptem ⁊ ad
quandam venimꝰ ſpelūcam nimis decoram. Appro
piaui volēs ſciſcitari ſi forte quiſpiā intus maneret
Scd̄m conſuetudineꝫ monachoꝝ clamare cepi: be
nedictionē humillime petij. Inde virū ſanctiſſimum
exire vidi: quē proſtratꝰ humotenus adoraui. Ille
vero manus ſuas mihi porrexit: de terra me eleua
uit: oſculum mihi pacis tribuit atq; dixit. Tu es eni
frater meus heremitice cooperator vite o fili in grede
re. Deus tibi concedat: vt timor eius in te perma
neat. opus tuū in illius conſpectu complaceat. Sta
tim cū eo ſpecū̄ introiui dieſq; plures apud illū pau
ſaui. opera eius cupiens diſcere ⁊ ſolitariā habita
tionē curioſius inueſtigare. ipſe ꝙ vt meum deſide
riū agnouit cōſiliū honorabile mihi p̄buit. ac q̄liter
inſidias diaboli ſuperare deberē verbis charitati
uis gratāter patefecit. Trāſactis itaq; q̄buſdā die
bus talibꝰ admonuit me v̄bis dicēs. Fili ſurge me
cum perge. interiora deſerti debes intrare ⁊ in alia
ſpelūca ſolꝰ habitare. ibi ſi viriliter dimicas oīa de
moniorū̄ tēptamēta ſuperes. Idcirco v̄o deus in h̄
deſerto vult te probare. ſi mādatis eius fideliter ve
lis obedire. Fidelia omnia mādata eius cōfirmata
in ſeculū ſeculi facta in veritate ⁊ equitate. Uir ete
nim ſanctꝰ hec dicēs ſurrexit mecū ⁊ in interiora de
ſerti iter quattuor dieꝝ precit. Quinta nāq; die de
uenimus in locuꝫ q̇ Calidiomea dicit̄. ibi palme p
pinque erant. Tūc vir dei īquit. Ecce fili vide locum
quē dn̄s tibi p̄parauit ad manēduꝫ. Fuit auteꝫ ille
mecū ſpacium triginta dierum edocens me ſeruare
cautā dignitatē: doctrinam dei mandatoꝝ. Quibꝰ
itaq; peractis orōne ſua ſancta domino me cōmēda
uit: ⁊ ſeparatus a me ad propria remeauit. Per ſin
gulos vero annos ſolitus erat me viſitare: ac quali
induſtria ⁊ ſimplicitate deberem viuere diuinis al
loquijs non ceſſabat admonere. Quodam autē tē
pore iuxta conſuetudinem ad me veniens: iter v̄ba
ſalutationis proſtractus in terram corruit. dn̄oq;
remittens animam obdormiuit. Quod cū viderem
nimis ſuꝫ cōtriſtatus ⁊ deuolutus humi lachrymis
obortis vberrime fleui. Corpus eius mox accepi: ⁊
ſecus Calidiomeam terre cōmendaui. Dum auteꝫ
ego paphuncius a viro ſanctiſſimo onuffrio: rōnis
huius loquelam audirem: inq̄ ad eū. Pater ſancte
laborem eſſe nō modicū iam ſentio: quē pro nomi
ne domini tolerasti in hac heremo. Uir ſanctus rn̄
dit. Mihi frater crede dilectiſſime: in deſerto ſuſti
nui vt ſepius putarem me morte ſeparari. Abſpes
eram multotiēs vite vt vix halitum in corpore ſen
tireꝫ remanere. Per diē eſtu ⁊ igne ſolis ardentis
vrebar: rore ⁊ pruina infectus fame ⁊ ſiti defectus.
O quanta ⁊ qualia paſſus ſuꝫ qualia expertus ſum
Non ſufficit: neq; quempiam decet plagas ac labo
res enarrare quos hō mortus p deiviuentis amore
debet tolerare: reddet deus mercedē laborū ſancto
rum ſuoꝝ cuius diuitie ſicut nō augent̄: ita nequa
ꝙ minuētur. per quē enim famē: ſitiꝫ ⁊ frigus ⁊ eſtū
atq; multigenaruꝫ cruciamenta moleſtiarum ſuſti
nui potens eſt cum diuitijs celeſtibus inter angelo
rum cateruas me conſolari: alimenta vero ſp̄ cui
corporali: vt dignus acciperez ſpiritualia Sanctus
eni angelus quotidie panem mihi afferebat: ⁊ aquā
pro menſura miniſtrabat: vt corpus meum confor
taretur ne deficeret: ⁊ iugiter in laude dei perſeue
raret. Arbores palmarum ibidem conſtitute erāt
que duodecies in anno dactilorum fructus germi
nabant. Quos per ſingulos dies colligens: pro pa
ne edebam mixtos herbarum folijs ⁊ erant in ore
meo tanq̄ fauus mellis. Sicut in euangelio legitur
Non in ſolo panē viuit homo: ſed in omni v̄bo q̄d
procedit de ore dei. Frater paphunci: ſi implere ſtu
des voluntatem dei omnia tibi neceſſaria preparā
tur ab eo. vnde ipſa veritas admonet dicēs. Ne ſol
liciti ſitis anime veſtre quid manducetis: aut q̇d bi
batis: neq; corpori veſtro q̇d induamini. ſcit enim
pater veſter quia his omnibus indigetis. Queri
te primum regnum dei ⁊ iuſticiaꝫ eius: ⁊ hec omnia
adicient̄ vobis. Cumq; hoc a beato viro Onuffrio
intentus auſcultarē mirans in ſermonibus ⁊ acti
bus ac laboribus illius dixi. Pater begnine die do
minico vel ſabbato communionem percipiebas ab

aliquo. At ille rñdens ait. Omni die dñico ⁊ sabba-
to angelũ domini paratũ inuenio sacrosanctum cor
pus ⁊ sanguinē dñi nostri iesu christi secũ deferentē
de cuius manu mihi preciosissima donant munera:
viteq; mee salus perpetua. Verũ etiam omnes qui
vitam spiritualem ducunt in heremo monachi: tali
participātur gaudio Ubi vero sancti heremite qui
hanc solitudinē habitāt: si fortasse aliquādo videre
hoīem desiderant: illico in celum ab angelo depor-
tant. visionē illic aīe iustoꝝ fulgētiũ sicut sol i regno
patris eorũ ibi multitudinē cōtemplant angeloꝝ
suasq; animas cetibus mixtas beatoꝝ. Quare oēs
qui in agone cōtendũt: tota mēte: toto corde, totis
viribus in bono opere feruent: quatenus gloriā ce-
lestis patrie cum christo et cũ sanctis mereant possi-
dere: Ista deniq; oia venerando onuffrio narrāte:
cognoui iuxta summitatē ipsius monticelli vbi ob
uiauit mihi. Ita videlꝫ gaudiũ meũ ipletũ est vt oēꝫ
aduersitatem. quā in itinere toleraui: traderē ob-
liuioni. Credo inq̄ pater: inter felices me deputari:
q: videre te ⁊ opa tua egregia ꝓmerui. Verba tua
nimis pulchra omni dulcedine mellita: ita mei pene
trant cordis intima: vt possim dicere cũ psalmista.
Quā dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ⁊
fauum ori meo. Qui ait: fili meũ vade: locũ mee ha-
bitationis conspice: parcamus paululũ verbis: cōti
nuo surrexit: precessit: secutus sum. Duxit me secum
quasi trium miliariorum: iteruenimus Calidiomeā
in spiritalem locum arborib⁹ palmaꝝ gratanter or-
natum ibi preces dño fudimus: eisq; ꝯpletis in ter
ram sedimus in diuinis altercantes eloquiis. So-
le iā iamq; ad occasum verso: vidi panem positũ cũ
aqua exigua. vir etenīꝫ dei sentiens me fatigari di-
xit mihi. Profecto fili cerno te periclitari nisi cibuꝫ
capias. Surge ergo ⁊ comede. Cui inq̄. viuit dñs
et benedictus deus meus in cuius conspectu existi-
mus: non manduco neq; bibo donec charitate pu-
ra pariter cibũ sumimus. Igitur vix eum coegi. vt
faceret qḋ volui. Verumtñ vt meũ agnouit deside-
riũ: panē fregit: tribuit mihi: mādicauim⁹ ⁊ satura
ti sumus: nobisq; fragmēta fuerũ edētib⁹. Noctem
illā insomnē pene duxim⁹: diuinisq; laudib⁹ imora-
ti sumus. Mane facto post horā orōnis videbā vul
tum eius ita in pallorē mutatũ quid ei acciderit q̄-
siui ab eo. qui ait non expauescas frater paphunci
qm̄ oipotēs de⁹ recto itenere in hanc solitudinē di
rexit te: vt honorifice sepelias me: atq; corpus meũ
cōmendes terre. hac etenī hora anima carnis vin-
culis absoluit: atq; ad creatorē suũ in celeste regnũ
deportatur. Frater amantissime Scio nāq; deside-
rium tuum: quando redieris in egyptum memora-
re mei in presentia fratrum tuorum ⁊ in conspectu
oium christum colentium. Hec est postulatio mea
quam impetraui a domino deo. Si quis oblationē
ob amorem nominis mei ante conspectum dñi no-
stri iesu xp̄i imolat: ab oi tētatione dyaboli ⁊ a vin-
culo prauitatis humane liber existit atq; cum san-
ctis angelis in regno celorum eterne hereditatis

caper fiet. si quis oblationem non valet offerre: vel
preciopia redimere ille ꝑ amore meo in nomine dñi
elemosynaꝫ pauperi tribuat: ⁊ ego orabo pro eo in
conspectu dei: vt dignus celestibus vita superna p-
frui valeat. Si quis enim oblationem nec elemosy-
nā potest offerre: pro charitate mea incensuꝫ domi-
no deo nr̄o in odorē suauitatis accendat: ⁊ ego ro-
go ꝑ eo vt gaudiũ perhēne possidat. Cui inq̄. Pa
ter mi ne irascaris si loquar: si incēsuꝫ nec q̇s habet
nec facultatis aliq̇dvñ placare potest: vt tñ tua bñ-
dictiōe nō careat in quacũq; tribulatione te inuo-
cat. Tunc ille rñdit. Si quis pauper in deserto vel ī
aliquo alio loco oblatiōeꝫ aut elemosynā seu icēsuꝫ
nō habet ad immolādum surgat ⁊ manus suas ad
dñm extendat ter dominicā orōnē idest pater no-
ster pro me cũ intenta mēte ⁊ in nomine sancte tri-
nitatis psallat. Ego vero ꝑ ipso ad dominũ inter-
cedo: vt vite celestis mereatur particeps fieri cum
omnib⁹ sanctis dei.. Iterũ dixi ad euꝫ. Domine si
dignus essem: aut si donis gratie tue mihi liceret
post obitum tuũ locũ istum libentissime obtinereꝫ.
At ille ait. Nequaq̄ tibi fili conceditur: nec idcirco
misit te deus in peregrinationeꝫ istius solitudinis:
vt hic obtineres locum habitationis: sed euꝫ iustis
qui in deserto sunt gratu eris ⁊ intimare ea stude-
as mundo que cognouisti in heremo. In egyptum
perge ibi esto vsq; ad finē vite, tue opus bonũ per-
fice: ⁊ accipies coronam perpetue glorie. Hec cum
homo dei loqueret: aduolutus suꝫ pedibus illius
dicens. Pater chare: scio enim q: quicq̇d petieris
a deo. dabit tibi deus propter immensum laborem
certaminis longissimi: quo corpus tuum afflixisti.
lxx. annis pro nomine domini: prebe ergo mihi mu
nera tue sancte benedictiōis: quaten⁹ t ibi in ꝟtute
efficiar similis: et tua interuētione spiritus meus
dirigatur et in futuro tecum participare merear.
Qui mox econtra respondēs ꝑtulit ista. Paphũci
ne contristeris petitio tua tribuente domino erit.
stabilis. Sta in fide: viriliter age oculos cũ mente
ad deum erige: in mandatis cor roborare: bonum.
facere impiger contēde: ⁊ vitā eternā apprehende
Protegant te angeli dei: et conseruent te ab omni
cōsilio prauitatis: vt pur⁹ āte deũ ⁊ imaculat⁹ i die
sui examinis īueniaris. Post hec surrexit ad dñm
lachrymās orauit genua flexit: atq; subito dixit. In
manus tuas de⁹ cōmēdo spiritũ meuꝫ. Cumq; hec
dixisset: lumē splēdiduꝫ corpus eius obūbrauit: ⁊ in
ipsius claritate luminis aia sancta carne soluta est.
Repente vero vocē angelorũ multorũ audiui laudā
tiũ deũ: vt ī discessu sanctissime anime sancti. Onuf
frii: ethera scilicet angelicis cāticis resonantia. gau-
dium ineffabile astris intulerũt: per q̄ celestes exer-
citus animaꝫ militis incliti celis inuexerunt. Mox
oculi mei fletu profluunt: interiora gemitus pdu-
cunt: lachrymaruꝫ riui manarunt: planctus mei mi-
seri. Paphunci exuberant: illud flebilis planti: q:
quem vix inueni: diutius habere non potui. Deinc
de tunicā meā ꝑ dimidium scidi; vna parte indutus

sam in alteram collocaui corpus beatum & sepeliui
illud in sepulchro quod excisum erat de petra. Tunc
vidēs me solum remanere: iterum cepi lugere. Ita
merens surrexi: speculūq; illius habitaculum intrare
volui. Deniq; me abstante: ipsa spelunca cecidit cū
magna ruina: & palme radicitus erute simul pro-
cubuerunt. ¶ Cognoui itaq; ego Paphnucius q non
esset volūtas domini: me in illo loco habitare: seces-
si inde: & in egyptum redij ibiq; ecclesie retuli q̄ vidi
et audiui. Sanctus igitur Onofrius obijt mense
Junio. die. xj. j. tertio idus eiusdem mensis. Ibi be-
neficia eius prestātur vsq; in presentem diem ad lau
dem & gloriam domini nostri iesu christi cui est ho-
nor & potestas in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit vita sancti Onufrij.

¶ Incipit vita beati Abrahe heremite.



Ratres mei cupio vobis enar-
rare cōuersationem bonam per
fectāq; atq; admirabilis viri
Abrahe: quā sic inchoauit: vt in
cōsummatione eius gloriā per-
petuā mereretur: sed pauco ad
mirādā luculentā de eo historiā
retexere: cum imaginem virtutū
eius cōsidero. Ecce enī cōuersatio qdē viri perfecta
est & optima. ego vero infirmus ac rusticus. Equi-
dam imago virtutis eius admirāda ac splēdida co
lores autem verboꝝ quibus depingenda est admo
dum tristes: ac tetri sunt. Attamē licet imperitus:
vel ex parte tentabo: & q̄q; eum prehēdere pfecte nō
valeam enarrabo tñ inceptum sufficio de eodem viro
disserere. q̄m qui secūdus Abraā meruit nuncupari
nō facile humano ore pōt referri. Extitit enī nostrꝭ
temporibus. angelicā vitā in terris agens acquisi-
uit: nāq; celestem gloriā adipisci promeruit. Et ex
iuuentute castitatis pudicitiam conseruauit. tem-
plum sancti spiritus factus est. tanq̄ sanctificatum
vas: et ita semetipsum exhibuit deo. vt cum habita
torem in mētis sue hospitio haberet. Hic itaq; B.
Abraā habuit parentes valde locupletes qui eum
tere ac supra modū diligerēt. ita vt etiā affectū hu-
manum eoꝝ dilectio trāscenderet. desponsauerūt ei
puellā adhuc in puericia cōstituto: expectantes ac
desiderātes in aliqua cum dignitate seculari profi-
cere. Sed hic longe aliter sentiens in ipso adolescē-
tie gradu ecclesiarū iugiter cōuēticula frequētabat
et queciūq; ibi ex diuinis scripturis recitabātur au-
rem libenter accōmodans audiebat: & in cordis sui
memoriam ita recōdebat. vt etiam cum absens eēt
ea q̄ didicerat meditatione intētissima ruminaret.
¶ Cūq; memorati parētes eius tempus nuptiarum
propinquabile iudicarēt: compellebant eum matri-
monij vinculis obligari. Sed cum hec ille primo re-
nueret: postmodum molestiam eoꝝ iuges sedulāq;
non ferēs. pudoris verecūdia acquiescere perurgeē

¶ Cum itaq; celebratis nuptijs sponsa in thalamo
resideret repente quasi lux quedam in corde eiꝰ di-
uina gratia refulsit. quem veluti ducem quēdam sui
voti inueniens illico exiliuit et secutus est. atq; ab
vrbe egreditur. Duobus autē fere milibus pcul a
domo sua cellulam vacātem reperit. vbi se ꝯstituēs
et glorificans deū cum ingenti leticia permanebat.
stuporem vero maximū tam parētibus suis q̄ vici-
nis de hoc facto incusserat. Qui exeuntes in diuer-
sa dispersi vbiq; dei hominem requirebāt post dies
autem. xvij. in memorata cellula cum orātem repe-
riunt. Beatus aūt vir cum eos stupore perculsos
aspiceret. quid me (inquit) admirantes aspicitis?
Glorificate potius misericordissimum deum q̄ me
ex ceno iniquitatum mearū eripuit: & orate pro me
vt iugum hoc suauissimum: sub quo me indignum
suscipere dignatus est dñs: vsq; in finem valeā baiu
lare: cōuersationēq; meā beneplacitā s'm volūtatē
eius possim in omnibus coaptare. Qui cū omnes
cum audiētes respōdissent amē: deprecatus est eos
ne ei vellent crebro molestiā obtētu visitationis in
ferre. Quibus recedētibus aditum cellule sue ob-
struxit: & cōcludēs semetipsum intrinsecus paruissi
mum fenestre foramē reliquit: per quod alimēta re
ciperet: itaq; mētē eius remotā a turbulātis inter
pellationibus diuina gratia illustrabat. pficensq;
quotidie in optima conuersatione primū quasi fun
damentum vite sue cōtinentiā possidebat. necnō vi
gilijs & orationibus: cū fletu & humilitate atq; cha
ritate studebat. Cūq; per omnē locū de eo sancta
opinio diuulgaretur: cuncti audientes ad vidēdum
eum & vt edificarentur ab eo: vndiq; cōfluebāt. Ser
mo quoq; ei sapientie ac sciētie & cōsolatiōis a deo
affluenter datus est: qui in mētes audientiū quasi
luminare lucidissimum radiabat. ¶ Contigit aūt an-
no. xij. renūciationis eius. vt parentes eius ex hac
vita recedētes aurū ei copiosum prediaq; magna
relinquerēt qui rogās amicū quendā admodū sibi
carum: ad distribuēda vniuersa indigētibus ac pu-
pillis officiū religiosum illi iniungit: ne ipsius ora-
tionibus impedimentum: huius rei gratia gignere
tur. Et cū hoc fecisset letus animo & mente quieta
permansit. Hoc enī bono viro maximū studiū erat
vt cor eius nullis terrenis negocijs vinceretur: & id
circo super terram nihil aliud possidebat: excepto
vno sago vnaq; nihilominus tunica cilicina qua vte
batur. ¶ Catinū quoq; per modicū: i quo edere seu bi
bere solitus erat: habebat: necnō & vnum ciatum in
quo cubitare consueuerat. ¶ Cum his autem omni-
bus humilitatem supra modum et charitatem ad
omnes equaliter possidebat: nec preponebat ūrꝰ ho
nore locupletem pauperi nec principem subdito: vel
nobilem ignobili preferebat: sed similiter diligens
honorabat: sine cuiusq; acceptione persono. Nec
aliquando quemq̄ procaciter increpabat: sed erat
sermo eius charitatis suauitate conditus. Quis au
diens eius eloquium satiari potuit aliquando de
his que aliquando ex sermonis eius dulcedine pro

ferebãtur vel quis vultum illius sanctitatis imagi-
nem preferẽtem respiciẽs:nõ magis vidẽdi eum se
pius desiderium sumpsit. In omni tempore absti-
nentie sue regulã:quã semel arripuit: non mutauit
quinquaginta annos institutum propri ũ omni ala
critate cõpleuit ꝛ ob nimium amorẽ ac desiderium
quod habebat in christo omne cuius tempore illius
quasi dies paucissimos reputabat:ꝛ tot9 rigor acer
rimus cõuersationis eius apud eum pro nihilo vi-
debatur . Erat aũt haud procul ab vrbe illa vicus
quodãmodo spaciosus ac magnus in quo vniuersi
pariter a minimo eorum vsq3 ad maximus pagani
crudelissimi existebãt:quos ab ydoloꝝ cultu nullus
omnino valebat auertere. Nonnulli quidẽ presby-
teri ꝛ dyaconi,in hoc ipsuz illic ordinati ꝛ directi ab
episcopo:sine vllo salutis eoꝝ fructu recedebãt ne-
quaꝙ afflictionis ferẽtes laborẽ:qꝛ nõ solũ suaderi
et ad cõsensum animus eorum feroꝝ nõ poterat fle
cti:verũetiã persecutiones in eos q̇ monebãt:ac se
ditiones vehemẽtissimas cõcitabãt. Sed turba ni-
hilominus monachoꝝ:semel atq3 iterum adire ni-
tentes nihil penitus ꝑ cõuersatione agere potue-
runt. ¶ Porro vna die residẽs cũ clericis suis epi
scopus beatissimi huius viri habuit mentionẽ:di-
xitq3 a d eos. Ego talem virũ temporibus meis vi-
dere nõ potui:ita in omni opere bonitatis ꝑfectũ
ꝛ sic cũctis ꝟtutib9 adornatũ in quib9 elegit deus
habitare:vt habet nunc sanctissimus Abraã. Respõ
dentes aũt clerici:verũ esse affirmabãt. Et eps. Uo
lo inquit eũ in vico illo gentilium ordinare. põt eñ
eos patientia sua ac nimia charitate ad deũ conuer
tere. Et cõsurgẽs protinus cellulã sancti viri cũ san
ctis proficiscatur clericis. Cũq3 salutasset eũ: statim
de gentilibus vici illi9 insinuat vt vsq3 ad eos ob sa
lutem eoꝝ ꝑgeret rogat. Qui cũ audisset:tristis ve
hemẽter effectus est:ꝛ ait ad episcopum. Queso(in
quit)pater sãctissime:permitte mihi vt meas iniq-
tates defleã:neq3 hmõi negocium infirmo ꝛ exiguo
existẽti iniungas. Ad quem rursus eps dixit. Per
dei gratiam(inquit)potẽs es ne velis ergo in hac
bona obediẽtia fieri cunctabũdus. Cui vir beatus
iterũ respõdens dixit. Obsecro sanctitatem tuã:vt
me mala mea plãgere permittas. Et ait ad eũ eps
Eccce totum mundum ꝛ que in eo sunt reliquisti:ꝛ
vitã crucifixi amplexatus es attñ sed ꝛ cũ hec vni-
uersa cõpleueris agnosce te adhuc obedientiã que
cunctis virtutibus eminet nõ habere. Hec ille cum
audisset cepit flere amare:dicẽs ad eum. Quid sum
ego:canis mortuus:ꝛ que est vita mea:qm̃ talia de
me o sanctissime pater iudicasti. Cui ait episcopus
Ecce hic residẽs tuã solũmodo salutem acquiris:
ibi aũt plurimi per te diuina gratia operãte saluan
di sunt:quosq3 ad dñm deũ cõuertes. Cõsidera ita
q3 vnde ampliorem mercedẽ habeas:vtrum teipsuz
salueris solum aut si plurimos tecũ ad salutẽ addu
xeris. Tunc beatus vir dei flens ait. Fiat voluntas
domini. Uerũtamẽ ꝓpter obediẽtiã quocũq3 iusse
ris pergam. Educẽs ergo eũ de cellula in ciuitatẽ

illico introduxit:ibiq3 per impositionem manuum
presbyter ordinatus:statim ad vicum paganorum
sine mora dirigit. Quo dũ sanct9 Abrahã ꝑgeret ꝓ
cabatur dñm dicẽs. Clemẽtissime ac benignissime
deus respice infirmitatẽ meã:gratiãq3 tuã celestem
ad meũ presidium dirige vt glorificetur nomen tuũ
sanctum. Perueniẽs aũt ad vicum:vidensq3 eos in
sania idolatrie esse detẽtos:ex imo pectore ingemi
scens grauiter fleuit:ꝛ eleuãs oculos suos ad celũ
dixit. Tu solus qui sine peccato es de9 ne despicias
opera manuũ tuarũ:festinanterq3 direxit nũcium
in ciuitate ad amicũ illum charissimum sibi vt pecu
niam ex reliquijs patrimonij sui deferret. Quã cum
accepisset inter paucos dies cõstruxit ecclesiam. Et
velut spõsam virginẽ:multo eã mirificoq3 decorauit
ornatu. Attamẽ vt edificaret quotidie homo dei ꝑ
media simulachra gẽtium trãsiens nihil penitus lo
quebatur:nisi in corde suo orabat solũmodo gemi-
tusq3 cũ fletu mittebat ad dñm. Postq̃ ꝟo vidit ec
clesiam cõsummatã:q̃si munus quoddam cũ lachry
mis obtulit deo:ꝛ ibi genibus positis has preces
suppliciter in sua oratiõe profudit. Tu inquiẽs om
nipotens deus:qui totum mundũ erroris depressum
caligine ad cognitionem luminis tui ꝑ tuam presen
tiam deduxisti:hunc quoq3 populum tuũ dispersuz
cõgrega in sinum ecclesie tue:ꝛ illumina oculos mẽ
tis eoꝝ:vt respuẽtes simulachroꝝ culturã:te solum
amatorem hominuz ac benignum deum cognoscãt
Cũq3 hanc orationem finisset continuo egressus ab
ecclesia perrexit ad templuz gentilium:arasq3 eoꝝ
et simulachra manibus suis euertit atq3 destruxit.
Quod factum cum cerneret turba gentilium quasi
agrestes fere insiliunt:cũq3 laceratũ multis verbe-
ribus fugauerũt. Ipse autem clam nocte in ecclesia
residẽs plagarũ suarum maculas non curabat:sed
tantũmodo cum flectibus ac gemitibus:vt salui fie
rent dñm precabat. Facto autẽ mane aduenientes
pagani inueniunt hominẽ dei orantem ꝛ nimio stu
pore perculsi:quasi ceci remãserũt. Unde ꝛ ad eccle
siam quotidie veniebãt vt cernentes ornatum eccle
sie se delectarent. Cepit itaq3 quadam die vir bea-
tus Abrahã deprecari eos:vt agnoscerẽt deuz. Illi
vero seniores effecti: fustibus cum quasi lapidem
quẽdam atq3 exanimem ceciderunt:ꝛ deinde pedi-
bus eius fune ligatis extra vicum traxerunt lapidi
bus obruẽtes:mortuũq3 cum arbitrãtes: semineceẽ
reliquerũt. Media autem nocte in semetipsum re-
uersus cepit flere vehemẽtissime ac dicere. Ut quid
domine despexisti humilitatem meã:ꝛ despexisti do
mine opera manuũ tuarũ. Et nunc domine respice
seruũ tuũ:ꝛ exaudi deprecationẽ meã:ꝛ corrobora
me:ꝛ absolue seruos tuos a vinculis diaboli:ꝛ pre-
sta eis vt cognoscãt qm̃ tu es solus: ꝛ preter te non
est alius deus. Deinde consurgens ab oratione in-
trauit in vicũ ingressusq3 ecclesiam dño psalmos ca-
nebat. Rursus aũt facto diluculo cũtes viderũt eũ ꝛ
stupefacti atq3 in isaniã versi:nulla habẽtes viscera
misericordie:acerrimi illum tormẽtis crudeliter cõsti

cū́t:more solito funibus alligatū extra vicū traxe
runt. Hec aūt cū p trienium pateret:quasi verusada
mas tollerabiliter pdurabat nec tot tantisqꝫ insecta
tionum tribulationibꝰ cessit:sed cū cederet cū trahe
ret:cū persecutiones pateret:cū lapidaret:cū fame
et siti laboraret:in omnibꝰ his que ei acciderāt: nū
ꝗ̄ ad iracūdiam puocatus nūꝗ̄ ad indignationē cō
motus est.nūqꝫ pusillanimita fractus.nūꝗ̄ tedio fa
tigatꝰ est sed cū aspera omnia peteretur:magis ac
magis amor eiꝰ in eos ꝛ charitas augebatur.modo
admonebat.modo.blādiebatur. modo blādimētis
suauissimi eloquij liniebat.seniores veluti patres ro
gabat .iuuenes vt fratres.adolescentes vt filios.cū
econtrario ab eis subsannaretur.irrideret atqꝫ op
probria pateretur. Quadā igitur die habitatores vi
ci illius cōgregati.nimioqꝫ stupore mirātes ac per
territi adinuicem colloquētes cernitis (inquiūt) tā
magnā patientiā viri.ꝛ ineffabilem circa nos charita
tē quomodo in tantis tribulationibus quas ei intu
limus nequaꝗ̄ ex hoc loco descesierit.neqꝫ alicui no
strū malū verbū locutus.fit.sed cū gaudio magno
sustinuerit vniuersa. Unde nisi esset vt asserit deus
viuus quē predicat ꝛ regnū paradisus.vitio quoqꝫ
malorū nō hāc tribulationē effugisset. Quō deos no
stros cū esset solꝰ euertit:ꝛ in nullo eū ledere value
runt. Uere seruꝰ dei ē homo hic ꝛ cūcta vera sunt q̄
de eo fama dispersit. Uenite itaqꝫ credamꝰ in deū
quē pdicat. Et hec iter se colloquētes.pariter oēs
in ecclesiam pergūt clamātēs ꝛ dicētes. Gloria deo
celesti qui misit famulū suū vt nos abꝰ errore salua
ret. Tūc beatꝰ homo dei hec vidēs leticia ingētī re
pletus est.ꝛ facies eiꝰ quasi ros matutinꝰ mutata
ē aperiensqꝫ os suū ait ad eos. Patres mei fratres
ac filij venite demꝰ gloriā deo.qui illuminare digna
tus ē oculos mētis vestre.vt cū possitis agnoscere ꝛ
percipite signaculū vite vt purificemini ab immum
dicia idolorū.ꝛ credite ex toto corde ꝛ animo qꝛ vnꝰ
sit deus celi et terre et omnium que in eis sunt sine
initio innenarrabilis: et incomprehensibilis:dator
luminis ꝛ amator hominū ꝛ terribilis ac suauis.ꝛ i
filiū eius vnigenitū.qui est sapientia eius ꝛ in spiri
tū sanctū.q̇ viuificat oīa.vt celestes ex terrenis effe
cti vitā celestē possitis adipisci. Respōdētes autē vni
uersi dixerūt. Ita pater:ita dux vite nostre quēad
modū denūcias nobis ꝛ doces ita credimꝰ ꝛ faciemꝰ
Et pfestim sctūs Abrahā assumē sacrū baptisma ba
ptizauit eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritussan
ti a minimo vsqꝫ ad maximū. Erāt aūt omnes vsqꝫ
ad mille aīas. Deinde p singulos dies diuinas scri
pturas eis legebat:docebat eos de regno dei:de pa
radisi delitijs:de gehēne suplicijs ꝛ de iusticia de fi
de ꝛ charitate. Illi vero sicut bona terra percipit se
men bonū:ꝛ affert fructū.aliud centesimum aliud:se
xagesimum.aliud trigesimum:ita verba eius libentis
sime audientes : atqꝫ in timore domini proficien
tes fructus largissimos afferebant. In conspectu
autem eorum quasi angelus dei videbatur:ꝛ quasi
quedam edificij ligatura. Sic enim charitas illorū

erat circa ipsum:per doctrinam sermonis dulcissi
mi:vt hoc de eo mei ito crederetur videri. Comple
to igitur anno postꝗ̄ crediderunt:vir beatꝰ Abrahā
non cessabat diebus ac noctibus eis verbum domi
ni pdicare. At vbi eorum studium circa deum fidem
qꝫ firmissimam vidit:ꝛ ꝙ erga eū nimia essent cha
ritate connexi:ꝛ honorem sibi maximum exhiberēt
verens ne obtentu eorum abstinentie sue regulam
destruere cogeretur:consurgens in medico noctis
hanc orationem fudisse fertur ad dominum. Tu so
lus sine peccato deus qui cum sis sanctus requiescis
in sanctis:qui solus amatores hominum ac miseri
cors dominus:qui mentes occultate huiusꝰ multi
tudinis illuminasti.qui eos ab aduersarij vinculis
absoluisti:ꝛ tue cognitionis eisꝰ scientiam tribuisti
queso domine:vt vsqꝫ in finem regere eos et conser
uare digneris ꝛ auxiliū tuū gregi huic optimo quē
possidere voluisti perpetuū copiosāqꝫ clemēter im
partias:ꝛ quasi muro validissimo eos gratia boni
tatis tue circūdes:ꝛ cor eorū semp illumines:vt ea
que sunt tibi placida,perficientes eternā vitā perci
pere mereantur:mihi quoqꝫ infirmissimo admiculū
tribuas.neqꝫ reputes in peccatum ꝙ ab eis festino
discedere. Tu enī nostri vniuersorꝫ cognitor.ꝙ te solū
desiderorꝫ te mihi dominū esse cognosco. Cōsumma
taqꝫ oratione discedens.tertio cōsignauit vicū chri
sti signaculo abijtqꝫ latatenter in aliū locū.ꝛ ibi quibꝰ
potuit se latebris ocultauit. Mane autē solito, mo
re ad ecclesiā turbe cōuenīūt. Cumqꝫ eū minime re
perissent maximo stupore percussi:ꝛ quasi errantes
oues diuersis locis pastorem propriū perquirebāt
nomenqꝫ vlulantes cum lachrymis inclamabāt. Cū
autē diutissime perquirēdo eum inuenire non pos
sent nimio merore deiecti.confestim quod eis accide
derat pergentes.episcopo nūciauerunt. Qui cū hoc
agnouisset.ipse quoqꝫ admodum tristis effectꝰ sta
timqꝫ plurimos ad requirēdum dei hominem desti
nauit.maxime ob consolationem gregis eius eo
ꝙ cerneret eos flebiliter contristari. Cumqꝫ ab om
nibus tanꝗ̄ lapis preciosissimus quereretur.ꝛ pror
sus inueniri non posset:habito consilio:cum cleri
cis suis episcopus memoratus vicū ingredit. cepit
qꝫ ad eos cōsolatoriū proferre sermonem.: et dolo
rem maximum quē de discessu hominis dei conce
perant blanda predicatione lenire. Cernens autem
in fide christi eos firmissimos elegit ex eis viros p
babiles quos presbyteros ac dyaconos lectoresqꝫ
constituit. Audiens vero hoc sanctissimus Abbrahaꝫ
vehementer gauisus est:ꝛ glorificans deum dixit.
Quid retribuam tibi domine deus meus:benignis
sime pater atqꝫ amatorꝫ hominū suauissime. Fecit
igitur alteram intrinsecus cellulā:ꝛ semetipsum ma
gna cū leticia conclusit. O miraculū charissimi lau
dibus plenū gloria sempiternā. In tātis naqꝫ affli
ctionibus quas in sepedicto vico perpessus est:nū
ꝗ̄ abstinentie sue regulam fregit:neqꝫ in dextram
vel sinistraꝫ ab ea diuertit. Gloria ꝛ magnificentia
deo :qui ei talem tolerāciam tribuit:q̄ ꝛ alios pos

sit conuertere: et sui propositis gratiam custodire. ¶ Cernēs autem dyabolus bonorū hominū emulus q̄ tātas in eum tribulationū molestias excitās non insidias dei hominē trahere: non in aliquo mē tem viri dei valuisset a domino separare et q̄ magis est: sicut aurum in fornace pressuris fulgētior redderetur atq̄ in maiorem patientiā et alacritatē charitatis proficeret: vehemēter irritatus et acriter efferatus aduersus eum cum magna fantasia aduenit: vt saltē sic ei pauorem incutiens decipere eum posset ac fallere: igitur cōstaret in medio noctis ac psalleret repente lux copiosa veluti solis in cella. eius refulsit: et vox quasi cuiusdam multitudinis audita est dicens. Beatus es abraham vere beatus es fidelis nullusq̄ sicut tu in omni conuersatione inuentus est: qui omnes voluntates meas explesti. Protinus autē vir sanctus dolum maligni cognoscens: exaltauit vocē suam ac dixit: obscuritas tua tecum sit in perditionem: o plene dolo atq̄ falacia: ego enim homo peccator sum habens tamen spei presidia per gratiā dei in nullo tuas insidias pertimescam. Neq̄ enim plurime fantasie pauorem mihi incutiūt. Nomē siquidem domini mei et saluatoris iesu christi: quem dilexi et diligo: mihi validissimus murus est in quo te increpo immunde canis: ac terre et miserande. Et dicente eo hec: confestim vt fumus ab oculis eius euanuit. Sanctus autem dei famulus cum multa alacritate: tranquilloq̄ animo benedicebat dominū. ¶ Rursus vero post dies orante eo noctu tenens securim dyabolus: celulam eius conabatur euertere. Et cum iam putaretur perforasse eam voce megna clamauit et dixit: Festinate amici mei festinate celeriter: atq̄ introeuntes vitam arripite. Ait autem cōtra eū beatus abrahā. Omnes gētes circuierunt me: et in nomine domini vindicabor in eis. At ille portibus cū hanc vocē audisset. euanuit cella autem beati viri integra atq̄ illesa permansit.

¶ Item post paucos dies cum media nocte psalleret mapulam eius super quam consistebat: cepit vehemens flamma comburere. Tunc ille intrepidus ignē conculcans dicebat. Super aspidem: et regulum ambulabo: leonē: et draconem conculcabo: et omnem virtutem inimici in nomine domini mei iesu xp̄i qui mihi prebet auxiliū superabo. Diffugiēs itaq̄ sathanas voce magna proclamabat: ego te inquiens mala morte deuincam inueniamq̄ artes quibus te conteram: qui me nūc quasi contēptibilem reputas. ¶ Quadam die igitur cibum eo sumente transfiguratus demō in habitum adolescentis: cellulam eius ingreditur: et appropinquās catinum eius nitebatur euertere. Vir autem dei manu illud retinens manducabat intrepidus. Tunc exiliens dyabolus: aliam fantasiam repente confingit: et ecce quasi lumen candelabrum statuens ante eum: et lucernam desuper ardentem ore polluto ac fetido psalmos cantabat voce magna: beati (inquiens) in via maculati: qui ambulant in lege domini. Cūq̄ ex eodem psalmo verba plurima cecinisset: nullum ei sermonem sanctus ille respondit: donec cibum solitum percepisset. Postq̄ vero de mensa surrexit: cū omni constantia ait ad eum. Canis immūde et miserande atq̄ infirmissime et mendacissime: si nosti q̄ beati sunt cur eis molestus es. Nam beati sunt re uera omnes qui ex toto corde diligunt deum. Respōdens autem dyabolus ait. Idcirco illis infestus sum vt ab omni opere bono prediti: meis facinoribus socientur. Cui vir beatus ita respōdit. Nō tibi bene sit maledicte: vt quempiam timentium deū superare vel impedire preualeas: nisi forte eos qui tibi similes existentes a deo propria voluntate discedunt illos vincis ac fallis: quoniam deus nō est in eis. Ab his autem qui diligunt deum tanq̄ fumus a vento: ita facile euanescis ac deficis. Vna siquidem eorum oro sic te persequitur ac deturbat quemadmodum puluis a vento infectatus dispergitur. Viuit autem deus meus qui est benedictus in secula cuiq̄ est gloria mea: quia non te pertimescā etiam si oi tpe ibi cōstiteris. Sic autem pro nihilo te spernā: veluti si vnus catulus cōtritus ab aliquo cōtemnatur: hec eo dicente cōfestim ille vt solebat euanuit. ¶ Rursus post dies quinq̄ cū psalmodiā suā noctis tēpore cōsummasset. aliud fantasie argumētū ab inimico confingitur. Ecce enim quasi turba plurima cernitur aduenisse. et veluti trahentes inuicem cum clamoribus se mutuo cohortantur: vt homo dei in foueam proijceretur. Quos circūspiciens vir beatus circumdederunt me (inquit) sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis: et in nomine domini vidicabor in eis. Tūc sathanas exclamans ait: heu me: quid tibi de cetero faciam nescio. Ecce enim me in omnibus victum ac superatum intelligo: et vniuersas vires meas esse despectas: et me vndiq̄ cōculcatum: Veruntn nec sic quidem a te aliq̄n discedam: donec te superans humilem mihiq̄ subiectum faciam. Vir autem dei ait ad eum. Anathema tibi et omni virtuti tue pollutissime demon gloria autem et honor domino soli sancto ac sapienti deo qui nobis dilectoribus suis te tradidit conculcandum: et idcirco versutias tuas subsannamus atq̄ cōtēnimus. Agnosce itaq̄ infirmissime atq̄ infelicissime. quia nos neq̄ te neq̄ tuas pertimescimus fantasias. ¶ Per multū autē tempus diuersis argumētis ac machinis contra virum fortissimū dimicās non quiuit cogitationibus eius solidissimis. saltem pauorē certaminis incutere. cui magis preliando alacritatem et charitatem in deum maxime sustentabat. Diligens namq̄ deum ex toto animo: et conuersationem suam secundum voluntatem eius instituens: affluenter gratiam diuinam promeruit: et propterea non valebat dyabolus ledere eum. Perseueranter namq̄ pulsauerat vt ei thesauri diuine gratie panderentur. Cunq̄ patefactus fuisset ingressus tres sibi inde preciosissimos lapides sumpsit. fidem spē: et charitatem. quibus in eo perfecte ac firmiter virtutes reliquē ornabantur. Texens itaq̄ preciosissimam coronam bonis operibus: regi regum domino a quo munus acceperat offerebat. Quis

enim sic ex toto corde deum et proximum tanquam seipsum dilexit: Aut quis ita laborantibus compatiebatur: et misericors existebat: Quam aliquando monachum audiens bene conuersari non pro eo deprecatus est dominum: vt liber ab omnibus dyaboli laqueis seruaretur: et cursum vite sue inculpabiliter consummaret. Aut quem peccatorem vel impium audiens pro eo vt saluaretur cum lachrymis diebus ac noctibus ohm nō postulabat? Labia sua nō soluebat facile in risum: corpusculum eius aut facies: vel et pedes a die conuertionis sue nunquam diluti sunt. Sic nanque se exhibebat tanquam quotidie moriturus. O vere fratres gloriosum miraculum: in tanta abstinentia: iugibusque vigilijs fletibus mixtis: cameniis quoque et contritione corporis nunquam aio lassatus est. nusquam infirmatus se gnitia obtorpuit nunquam tedio fatigatus est: sed veluti esuriens quisque aut sitiens: sic ille auiditate qua dam sustinens oia nunquam sui propositi potuit dulcedine satiari: Erat aspectus eius quasi flos quidam immarcessibilis: atque in facie eius puritas animi noscebatur: vt pote quod diuina gratia in oibus frueretur et iocunditate spiritualis leticie regebatur. In hora nanque dormitionis sue ita splēdidissimus vultu apparebat: quasi quod nequaquam vite sue tempus in abstinētia peregisset. Sed et aliud in eo post desperationem miraculum gestum est. In oibus siquidē quinquaginta annis obstinētie sue vestē cilicinā qua indutus fuerat nō mutauit.

¶ Uolo autem dilectissimi vnanimitatē vestram: etiam aliud negocium quod in senectute sua vir beatus gessit instruere. Est enim sapientibus ac spiritualibus plenus edificatiōis: necnō humiliatis atque cōpunctiōis exemplum. Res vero gesta huiuscemodi est. Habuit vir beatus Abraam carnis propinquitate germanum quo defuncto: vnica filia eius annorum septem relinquitur. Quam cum parentibus orbatam noti amicique patris eius vidissent auunculo eius sine mora producunt. Cumque eam senior cerneret: in cella sua exteriori iubet includi. Erat autem in medio vtriusque cellule fenestra permodica per quam docebat eam psalterium: aliasque scripturas et cum eo in laudibus domini vigilabat: et psalmos nihilominus concinebat: in omnique abstinentia emulari suum auunculum nitebatur. Alacriter quoque in arrepto instituto proficiens vniuersas virtutes animi festinabat implere. Uir nanque sanctissimus incessanter pro ea cum lachrymis dominum deprecabatur: ne mens eius cura terrenorum actuum implicaretur. eo quod eius pater moriens: infinitas pecunias ei reliquisset: quas confestim famulus dei distribui iussit egenis atque orphanis. Hec quoque auunculum suum precabatur quotidie: vt pro se dominum oraret quatenus a cogitationibus pessimis et diuersorum laqueorum dyaboli eriperetur insidijs. Constanter igitur instituti sui regulam obtinebat. Exultabat autem auunculus eius: quod sic eam promptam sine vlla hesitatione in cunctis virtutibus cerneret promoueri: in lachrymis. sm humilitate atque modestia i quiete: et (quod his sublimius est) erga deum in eximia charitate.

Uiginti si quidem annis cum eo in abstinentia degens: velut agna pudicissima: atque incontaminata columba conuixit. Quo tempore annorum expleto seuiebat aduersus eam dyabolus: et insidias solitas pretendebat quomodo eam posset suis casibus irretire vt saltem sic molestiam sollicitudinemque beato viro posset incutere: et quātuluncunque mentem ipsius a domino separare. Erat itaque quidam professione tantūmodo monachus: qui sub obtentu edificatiōnis ad eum sepius pergere simulabat. Sed et illam beatam per fenestram nihillominus contemplando luxurie stimulis agitatus non ea colloqui cupiebat amor: namque libidinis cor eius quasi ignis succēderat. Insidiabatur itaque multo temporis spatio: ita vt vnius anni circulus volueretur: donec cogitationem eius verborum suorum mollicie eneruaret. Denique aperiens celle sue fenestram: egreditur ad eum qui eam protinus scelere iniquitatis atque libidinis contaminauit ac perdidit. Post quam vero tāti peccati facinus perpetrauit expauit cor eius conscindensque eius cilicium quo erat induta: faciē suā manibus verberabat: cupiens nimio merore se morti tradere: atque anxietatis oppressa pondere dum deliberatiōis portum cerneret: in diuersis cogitationum estibus fluctuabat: plangebatque se non esse quod fuerat: et cum eiulatu sepius proferens. Ego inquit iam me ex hoc mortuam sentio perdidi dies meos in labore abstinentie mee orōnum lachrymeque vigiliarumque opera ad nihilum sunt deducta. deus meus exacerbant: meipsam interemi. Heu me miseram omni lachrymarum fonte plangendam: sanctum auunculum meum amarissimo merore depressi opprobriis anime mee operuit me illusio dyaboli facta sum quid mihi infelici iam vltra viuere? Heu me quid egi. heu me quid factum est mihi? Heu me quid mali perpessa sum? Heu me: vnde et qualiter corrui? Quō obscurata est mens mea? Non intellexi quō lapsa sum non cognoui quō cōtaminata sum: nescio quō cor meus nubes tenebrosa cōtexit. Quō potui ignorare quid gererem. Ubi abscondar: vel quo pergam: aut in quā foueā memetipsam precipitē. Ubi est magisterium sanctissimi auunculi mei? Ubi monita college eius effrē: qui me docebant in mea virginitate gratulātes vt impollutā animā imortali sponso seruarem. Sponsus etenim tuus (dicebant) sanctus et zelans est. Heu me quid agam? Non audeo iam celum aspicere cuius apud deus et hominē me mortuam esse cognoscam. Iam enim ad fenestram illam propinquare nō audebo. Quō ego peccatrix et plena immundicie sordibus rursum cum sancto auunculo meo loqui temptabo. Quod et si ausa fuero: nonne ignis ex fenestra exiliet qui me possit exurere. Mortuam itaque se lōgo vlulatu protestans: nec vltra sibi spem salutis eē relictam: desperationis immersa caligine protinus perrexit in aliam ciuitatem atque in stabulo se quodam mutato pristino habitu collocauit. ¶ Uerum cum hec ruina prefate femine contigisset huiusmodi visio beato viro ostenditur per soporem Uidi

namqꝫ draconem aspectu fetidissimū ⁊ in fortitudi-
ne sibilantem quasi exeuntem de quodam loco ⁊ vſ
qꝫ ad cellulam suam venientem ⁊ reperisse ibi colū-
bam atqꝫ glutisse eam: ⁊ rursus in suam foueam re-
measse. Expergefactus autē contristatusqꝫ vehemē
ter fleuit amare: existimās sathane persecutionem ad
uersus dei ecclesiam cōcitari: ⁊ plerosqꝫ a fide veri-
tatis auerti: vel ne scisma aliquod in sancta ecclesia
gigneretur. Prouolutus itaqꝫ genibus precatus est
dn̄m dicens. Tu qui es prescius vniuersorū deus ama
tor hominū. tu nosti quid sibi velit hec visio. ¶ Rur-
sus post hec duos dies vidit eundem draconē simili
modo ad cellulam suā venisse et posuisse caput sub
pedibus eius fuisseqꝫ diruptum columbā quoqꝫ il-
lam quam deuorauerat viuam in ventre eius reper-
tam: ⁊ extendisse manū suam viuamqꝫ eam cepisse.
Expergefactus autē vocabat beatam illā semel atqꝫ
iterū putās eam in cellula esse ⁊ dicebat. Cur te pi-
guit filia maria (sic etenim fuit vocitata) iā duobus
diebus os tuū in dei laudibus aperire. Sed cū respō-
sum ei nullū daretur: ⁊ ꝙ eam per biduum psallentem
solito more non audiret: animaduertit visionē suā
ad illā certissime pertinere. Tunc ingemuit ac fle-
uit amare: ⁊ profundens lachrymas ait. heu me: quia
agnam meā lupus crudelissimus rapuit: ⁊ filia mea
captiua effecta est. Exaltans quoqꝫ vocem suā cum
lachrymis dixit. Saluator mundi christe conuerte
ad me agnam meam mariam: atqꝫ in ouile tuum eā
restitue vt non senectus mea cū merore de hoc mū-
do recedat. Ne despicias deprecationem meam do
mine: sed mitte velotius gratiam tuā: vt eijcias eā
de ore draconis incolumem. Itaqꝫ duo dies qui ei
per visionem reuelati sunt: duorum annorum curri-
culis finiuntur: quibus lubricam vitā neptis eius quasi
in vētre atrocissimi draconis exegit: sed sanctus Abra
ham vir dei: per omne tempus die noctuqꝫ nunꝙ̄ pro ea
dominū deprecando animū relaxauit. Post duos
vero annos cū vbi esset ⁊ quē admodū se gereret cō-
perisset rogabat quendā sibi notissimum: vt vſqꝫ ad
eā pergeret ⁊ cuncta cognosceret diligenter. Per-
gens itaqꝫ ille quē miserat ⁊ omnia sub veritate: et
quia ipsā ꝙ vidisset renuncians: rogatus a sancto
viro: habitum ei detulit militarem ⁊ equū proculdu
bio ad sedendū. Ostio itaqꝫ patefacto egreditur: sta-
timqꝫ habitu militari induitur: calamanchum. i. pille-
um quoqꝫ longū capiti suo vt facies eius velaretur
imposuit: sed ⁊ solidū vnū secū portans ascendēsqꝫ
equum concitus pperebat. Tanꝙ̄ quispiam patriā
cuiuslibet vel ciuitatem cupiens explorare habitū
loci illius: ne facile agnoscatur assumit sic beatus iste
Abraham inimici habitu: vt eum in fugam verteret:
vtebatur. ¶ Venite igitur admiramini dilectissimi
fratres hūc sanctū Abraā. Primus itaqꝫ Abraā egres-
sus ad prelium regū percutiensqꝫ eos Loth nepotē
suum reduxit. Hic vero sanctus Abraā contra dyabolū
profectus est ad bellum: vt eo deuicto neptē suā cum
maiori triumpho reuocaret. Itaqꝫ cū peruenisset
ad locū. diuertit in stabulū: ac sollicitis oculis huc

atqꝫ illuc circūspiciens: vt eam videret per quirebat
Deinde cum multa hora preterisset: ⁊ videndi eam
minime tribueretur occasio. subridens. ait ad stabu
larium. amice audiui ꝙ habeas puellam optimam:
quam si iuberes libentissime puiderem. Qui cū eta
tis eius intueretur caniciem: senectute iam fessam:
ad opus luxurie desperauit deinde hoc ei responsū
dedit. Est (inquit) vt tibi cōpertum est etiā supra
modum speciosa. Erat siquidē maria hec pene supra
ꝙ̄ natura exigit forme pulchritudine decora: cumqꝫ
senior nomē eius requireret mariam vocari ille respō-
dit. Tūc hylari vultu queso (inquit) vt mihi presentiā
eius exhibeas vt possim cum ea hodie epulari: mul
tum nāqꝫ ex auditu comperi laudari puellam. Que
cum vocata adesset atqꝫ in habitu meretricum san-
ctus eā auunculus eius peruidisset: pene totum cor-
pus eius pre dolore solutum est: amaritudinemqꝫ
animi leto vultu celauit ⁊ lachrymas erumpentes
virili sexu retinuit: ne forte si eum femina cognouis-
set fuge presidiū flagitaret. Residentibus atqꝫ eis
bibētibus cepit cū ea vir mirabilis ludere. Que cō
surgens complexa ceruicē eius osculis demulcebat
Cumqꝫ oscularetur eū odorata est eius corpuscu-
lum suauissimo odore abstinentie fragrare: ⁊ recor-
data est dierum quibus cū summa abstinentia vi-
xerat ⁊ quasi quodam telo percussa vehementer in-
gemuit: lachrymasqꝫ profudit ⁊ tanꝙ̄ vim cordis
non sufferēs: in hec verba prupit. ¶ Vel veh mihi
misere soli. Tunc stabularius stupefactus ait: qd est
domina maria: ꝙ subito in tam grauissima suspiria
prorupisti. Hodie duobus annis hic pmanes: ⁊ nun-
ꝙ̄ ex te gemitus vel tristior sermo auditus est: nūc
vero quid tibi contigerit nescio. Que respondit ad
eum. Beata essem si ante triennium fuissem defun-
cta. Ad hoc beatus senior ne agnosceretur veluti cū
quadam serenitate ait ad eam. Modo cum leticia
nos itersumus: tu peccata tua commemorare veni-
sti. O admiranda clementie tue dispensatio deus
altissime. Putasne puella nō dixit i corde suo. quō
aspectus viri huius auunculi mei aspectū similat.
Sed solus tu amator hominū a quo est omnis bo
na sapientia: ita dispensasti ne eum posset agnosce
re: ⁊ fortasse confusione turbata effugeret. Hoc au-
tem non ob aliud est credendū nisi quia lachryme
famuli tui auunculi eius huiuscemodi apud te ob-
tinuere locum: vt ex impossibilibus possibila facere
dignareris. Proferens itaqꝫ sanctus vir solidum
quē attulerat stabulario dedit: dixitqꝫ ei. Fac no-
bis queso amice optimam cenam: vt cum hac puel-
la epulari possimus: longi nanqꝫ itineris ex interual
lo amore eius aduenit. O vera sapientia: secundum deum:
o vere intellectus spiritalis: o vera predicanda salu
tis discretio: quinquaginta annis abstinentie sue
nequaꝙ̄ panem gustauerat: nunc carnes sine hesi
tatione vt saluaret animam perditā manducauit.
Sanctorum angelorum choros super discretione
beati huius miratos esse non dubito: quomodo in
dubitanter pro salute cuncta perfecerit. ¶ Venite

igitur fratres ⁊ admiramini super hac peritia san-
ctissimi viri: ⁊ discite abstinentie virtutem discerne
re: vt ex ore drachonis absorptam animam sic libe-
rare possitis. Igitur postq̄ epulati sunt puocabat
eum puellavt in cubiculum introirēt. At ille: eamus
inquit. Cumq̄ introissent cernit lectum in subli me
stratum in quo statim resedit alacriter. Quomodo
te appellem perfectissime athleta christi vehemen-
ter ignoro. ¶ Continentem te asseram: an in conti
nentem. Sapientē an insipientem: discretorem an
indiscretorez. Quinquaginta annos conuersatiōis
tue super humi spaciuz cubitaueras: ⁊ quomodo su
per huiuscemodi lectum constanter ascendis. Sed
hec vniuersa fecisti ⁊ mansionum iter longissimum
arripiendo ⁊ carnes comedēdo: ⁊ vinum bibendo
⁊ in stabulum diuertendo: vt saluares aiam pditā:
⁊ ad laudē ⁊ ad gloriā xpi. Nos aūt si saltēverbum
vtilitatis loqui cuz primovolumus cūcta importu
ne discernimus. Sedente eo itaq̄ super lectum ait
puella. veni dn̄e vt calciamēta de pedibus tuis au-
ferā. At ille ait ad eā. Obsera (inquit) hostiū dilegē-
ter. volebat vero puella primo discalciare eū sed eū
ille non pateretur. obseratis ostijs. venit ad eū cui
senior. Dn̄a indtimaria appropinqua mihi cumq̄
appropinquasset tenuit firmiter manum eius qui
quasi putaretur obsculari eam. Aufert q̄ calaman
chum: id est pileum a capite suo: ⁊ erumpens vocez
in fletū ait ad eam. Filia mea maria: non me agno
scis. Nonne ego sum qui te nutriui? Quid tibi ac
tum est, o filia mea? Quis te interfecit? Ubi est ille
habitus angelicus quem habebas filia mea, vbi ē
continentia: vbi fletus: vbi vigilie: vbi continentie
A celsitudine celi in hanc foueam quomodo deuo-
luta es filia mea: cur qn̄ peccasti nō mihi indicasti
non mihi illico retulisti: et ego certe pro te peni-
tentiam agerem cum dilectissimo meo Effrem qua
re sic fecisti: aut quare me deseruisti: ⁊ in hanc mo-
lestiam intolerabilem deduxisti: quis enim sine pec
cato est: nisi solus deus cumq̄ hec aliaq̄ multa di-
xisset: tanq̄ lapis imobilis in manib⁹ ei⁹ remāsit
timore pariter ⁊ confusione suppleta. Rursus au
tem beatissimus vir cum lachrymis adiecit dicens:
Non loqueris mihi o filia mea maria: nō loqueris
mihi pars viscerum meorū. Super me sit hoc pec
catum ego in die iudicij pro te reddaz rationez do
mino: ego pro peccato hoc satisfaciam deo: vsq̄ ad
medium itaq̄ noctis huiuscemodi verbis consola
batur eam. Cumq̄ parumper fiduciam percepisset
taliter flens ad eum locuta est. Nō valeo te inqui
ens propter confusionem vultus mei attendere. et
quomodo possum orationez deo perfundere: quan
do sic immundicia seculi huius polluta sum. ⁊ san-
ctus vir ad eaz: super me (inquit) sit iniquitas tua
o filia mea: ex manibus meis peccatum hoc de⁹ re-
quirat solum modo audi me ⁊ veni eamus in locuz
nostrum. Ecce enim charissimus Effrem pro te ni-
mium dolet: tuiq̄ causa sedule dominum deprecae-
tur: noli diffidere filia de clementia domini: ꝫ tua

sint peccata velut montes: sed illi⁹ misericōdia om
nem supereminet creaturaz. Sicut legimus accessit
mulier immunda ad mundum ⁊ non eum inquina-
uit: sed ab eo potius ipsa mūdata est: lachrymis pe
des domini lauit: capillis extersit: Si potuit illa pe
lagus infir marc: possunt ⁊ peccata tua eius mundi
ciam inquinare: non est nouum cadere in luctamine
sed malum est iacere deiectuz. Reuoca vnde distule-
ras pedem fortiter te cadēte risit inimicus sed for-
tiorem te sentiat resurgētem. Miserere queso sene-
ctuti mee: doleat tibi pro canicici mee labore obse-
cro. et exurgens veni ad cellulam meā: noli timere
lubricum enī est genus mortalium: sed sicut citius
cadit sic iterum velocius per dei adiutorium surgit
qui peccantes non vult mori sed viuere. Illa vero ait
ad eum. Si scis quia penitentiam agere possum et
satisfactionem meā suscipiat deus ecce (vt iubes) ve
niam precede et ego sequar sanctitatē tuā: ⁊ exoscu
lor vestigia tua q: sic super me doluisti vt ex voragi
ne immūditie huius educeres me. Et ponens ca-
put suum ad pedes eius: tota nocte flebat dicens.
Quid tibi domine deus meus: pro omnibus his re
tribuā. Diluculo aūt facto ait ad eā beat⁹ Abrahā
Surge filia: ⁊ eamus hinc ad cellulam nostrā. Que
respondens dixit ad eum. Habeo hic modicum au-
ri et aliquid vestimentorum quid de his iubes fieri
Respondens autē beatus Abrahā dixit. Relinque
hic omnia hec q̄ ex parte maligni quesita sunt. Et
surgentes exierunt. statimq̄ ponens eam sup equū
trahebat pergens quemadmodum pastor cum in-
uenit ouem perditam cum gaudio super humeros
suos tollit: ita beatus Abrahā gaudēs in corde suo
iter cum nepte faciebat. Cumq̄ venisset ad propriū
locum illam quidem vbi ipsa fuerat in cella reclusit:
ipse vero in cella exteriori permansit. Hec itaq̄ in-
ducta cilitio in humilitate cordis atq̄ oculorum fle
ctibus perdurabat vigilijs quoq̄ atq̄ arctissimis
abstinentie laboribus semetipsaz cōficiens: ⁊ cū mo
destia et quiete ad dominū indesinenter proclamās
facinus proprium spe firmissima venie plangebat:
tāz sapienter ⁊ iugiter obsecrationibus vacans: vt
nullus (quāuis sine visceribus) non compungere-
tur: cuz voces ⁊ fletus eius audiret. Quis enim sic
immisericors est inuentus: qui lamentātez eā agno
scēs ipse quoq̄ non fleret. Aut quis de eius vera
cordis cōpunctione non egit gratias deo nostro.
Penitētia siquidez eius si nostris supplicationib⁹
compareetur omnem mensurā doloris excedit. Sic
enim impensius dominuz precabatur: vt sibi igno-
sceretur quod gesserat: vt etiā signum: si suscepta
fuisset eius penitentia diuinitus postularet. Cle-
mentissimus itaq̄ deus: qui neminem vult perire:
sed omnes ad penitentiā reuerti: ita cōdignam sa-
tisfactionem eius recipit: vt orationibus eius post
triēnij plenitudinē: sanitas plurimis redderet. Im
pensius nāq̄ ad eā turba populi cōfluebat: que pro
illorum salute dominum efficaciter precabatur. B.
autem Abrahaz postea decem annis in hac vita per

durauit:⁊cernēs optimā penitētiā ꝯuersationemq̄ sue neptis dn̄ glorificauit sup oib⁹ ac septuagesimo vite sue anno quieuit in pace. Beata autē Maria qnquaginta sue cōuersionis ānos:cū magna deuotione ac humilitate cordis:⁊ charitate erga deuz ⁊ proximū:sincera institutione spiritualiter compleuit ⁊ ita migrauit ad dominum.

¶ Finit vita sancti abrahe heremite.

¶ Incipit plogus in vita scti Pachomij abbat̄.



Omie venerāde:⁊ in xp̄o quoq̄ magnificētissime Dionysi⁹ exiguus. Pio veneratiōis vestre pposito: qua potuit facultate rn̄dit scs pachomij vitā sicut in greco est repta fide trāslatoris exsoluēs in qua re cū diu me morātē vestra cōpulisset autoritas integrū non erat:vt qui querēs re⁹ sponsionis existerā pmissa nō deferrē:psertim vobis qui votum potiusq̄ vires attēdere cōsueuistis plura nāq̄ pro xp̄i gratia relegēda atq̄ imitāda per agētes istituta cognoscere:quatenus eorum studijs facta ppria cōponētes futuris seculis documētū diuini muneris singulare ptestis. Fatemini quippe maximā vos operā dare virtutibus. quas diligitis i cōuersatione sanctor̄:quibus etiā illustriuz operuz qualitate cohercetis q: virtutē nullus amat nisi qui sequitur ⁊ similitudo morū magnū pfert cōiūctiōis iudiciuz sicut ecōtrario vita dispar grādis est ⁊ in ipa sanguinis affinitate discordia:sicut frequēter inter ppinquos feralia succedunt odia:sic iurgia nascunt̄ infensa :sic vsq̄ ad sanguinē seuerit inexplebilis ⁊ ceca militia dū bonis inuidēt mali liberalibus cupidi quietis turbulēti: studiosis inertes : pacificis implacabiles :trāquillis immites:modestis temerarij : sapiētibus stulti:simplicibus callidi :mitissimis quoq̄ furiosi. Sed meli⁹ horū mores apostolica tuba redarguit. Nā cū nouissimorum pericula temporū gētiuz doctor exprimeret intulit dicens. Erūt eñ hōies seipos amātes cupidi elati superbi blasphemi pētib⁹ nō obedientes :ingrati: scelesti: sine affectiōe:sine pace:criminatores: incōtinētes: immites: sine benignitate: pditores pterui tumidi:voluptatū amatores magis q̄ dei. Hic beatissimus paul⁹ q̄ superi⁹ defuerūt ptulit:⁊ mira breuitate collegit:ostēdēs eos iō tales fore:q: voluptatuz amatores existerēt. ⁊ q: vitiosissimis se cupiditatib⁹ subiugarēt. Hinc eñ mala cūcta puenīt dū deus cōtēnit̄. voluptates amāt̄. Per has dyabol⁹ allicit vt decipiat:delectat vt fallat:blādit̄ vt perimat ⁊ ne futura psentibus:celestia terrenis:eterna breuib⁹ anponant̄ insistit:voluptatū(inquit) amatores magisq̄ dei habentes speciem quidem pietatis:virtutem autem eius abnegantes:hoc est tantum nomine videntur esse christiani non opere. qui etiam velut interiores hostes peius exterioribus seuiunt:⁊ in ecclesia cōstituti pia ecclesie membra discerpunt. Quos apostolus nos protinus vitare precepit vt ab eorum societate:non tam locoruz q̄ morum dissimilitudine diffidamur. Nec videatur cuiq̄ mirum ꝙ huiusmodi pestes iustis hominibus aduersent̄ quādo pleni dolis:pleni fallacijs sibi quoq̄ non parcant:⁊ secum ipsi pleruq̄ dissentiant. Tales expertus vir beatus atq̄ gloriosius genitor dominus meus nō solum patiēter ac fortiter:sed etiā felicem finem pro veritate(que christus est)constāter atq̄ sublimiter suscepit ⁊ totius mundi aduersa superauit. Cuius perfectam vite regulam sanctorum meritis propemoduz cōsummantem nimis ex aperto perfectorum virorum dicto : atqz facunda oratione perscribi:vt tanta claritudo vestri generis tantiq̄z decus ex aliqua nascatur parte ⁊ virt⁹ admirāda viris vix antiquis effabilis que fauēte christo a nobis hereditario iure perficitur lectiōis officio posteris intimetur.

¶ Finit prologus.

¶ Incipit vita sancti Pachomij abbatis.



Ominus noster iesus christus sapientie fons ⁊ scientie verum lumen verbū dei patris: per qđ facta sunt omnia humanā fragilitatem ad peccata pronam atqz precipitem reuelare volens plura circa nos remedia sue pietatis ostendit Abraā nāqz pater nostrum diuinis iussionibus obtemperās filium suum offerret in sacrificio placuit deo:⁊ merito fidei mox et heredē accepit ⁊ meritum cui etiā per semetipm deus iurauit dicēs. Nisi benedicens benedixero te et multiplicās multiplicabo te sicut stellas celi multitudine:⁊ sicut harenā que est ad oram maris innumerabilis. Et iterū in semine tuo benedicētur omnes gētes terre. De quo semine manifeste nos docet apostolus dicēs. Non dicit ⁊ seminibus quasi in multis:sed quasi in vno ⁊ semini tuo qui est christus. Oēs etiā sancti pphete tāte salutis archanū reuelāte sanctospū preuidentes scientesqz deū nullo modo posse mentiri:ad sanādosqz languores nostros ⁊ celestē medicū nunciabāt esse venturū atqz vt celeri presentia sua pspiceret humano generi:cōtinua supplicatiōe poscebāt. At misericors deus:q̄ pia vota semper attendit:nec vnq̄ deserit eos q̄ se toto corde quesierūt:promissiōes suas nouissimis diebus impleuit mittens filium suū natum ex muliere factuz sub lege:q̄ p similitudine mortalitatis nostre i carne pateretur eūqz q̄ habebat mortis imperiū sua morte destrueret. Deniqz diuinitate sua manēs impassibilis a corruptione:atqz de interitu nos redemit:⁊ a vinculis absoluit insolubilibus inferorū pfectaqz dispensatione nostre redemptiōis omnibus gentibus lauachrum regenerationis:peccatorum indulgentiam contulit:cunctosqz ad veraz fidem per doctrinaz apostolicā cōsuētes iuxta illđ quod in euangelio ait euntes docete oēs gentes

baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus
sancti gremijs infinite pietatis sue amplexus est.
Igitur cum per vniuersam terrā euangelij preconia
choruscarent. ⁊ plures in adoptionē filiorꝫ ꝑ grām
xp̄i concurrerent inimicus humani generis vehemē
ter exarsit. multoqꝫ seueriora tētationum prelia ꝙ̄
prius in seruos dei excitauerat visus est cōmouere
suspicatus infelix. ꝙ posset nobis iter indulgentie
celestis obstruere. Sed hac ipsa intentione sua de
ceptus est. ⁊ elisus. Adiutorio namqꝫ diuini mune
ris. a fidelibus ⁊ vigilantibus vires eius ⁊ insidie
prosternuntur. vt ipsi quidem confusio famulis au
tem christi perhēnis gloria compararetur. Nā iuxta
domini ꝓmissionem cum examen patientie ac fidei
eorū q̇ spiritualia bella prudenter exercent. pagani
imperatores existerent. ⁊ vbiqꝫ contra christianos
ꝑsecutionis ꝓcelle deseuirent. multi apud egyptū
martyres sancti per varia supplicia vsqꝫ ad mortem
in xp̄i noīe perstiterunt. ⁊ simul cum petro alexan
drie vrbis ep̄o perpetuas coronas ⁊ immortalia p̄
mia sunt adepti. Crescebat autem in dies fidelium
multitudo: ⁊ per omnia loca mirabiliter augebatur
necnon ecclesie ꝙ̄ plurime matyrum memorie con
struebātur impensius. monasteria quoqꝫ frequen
tissima eorum qui continentie studentes renuncia
uerunt seculo: solicitudinis ipsius secreta decorabāt
Hi namqꝫ qui de gentibus in christum crediderunt
considerantes martyrum passiones eorumqꝫ since
rum circa christum confessionis affectū: ceperūt et
ipsi gratia domini sanctorum vitam conuersationē
qꝫ sectari: ⁊ huius institutionis esse: vt etiam his il
lud aptaretur apostoli. Circuierūt in melotis: ⁊ in
pellibus caprinis: egentes: angustiati: afflicti qui
bus non erat dignus mundus: in solicitudinib9 er
rantes ⁊ in montibus ⁊ in speluncis: ⁊ in cauernis
terre. quietē deniqꝫ solitudinis appetētes gaudiū
proprie salutis ac fidei: diuino munere sunt cōfecu
ti ceterisqꝫ morꝫ exempla sublimioris vite sacratio
risqꝫ prebuerunt. Omnibus enim terrenis exuti ne
gociis adhuc morentes in corpore: angelorum emu
lati sunt sanctitatem: per quam fastigia scandentes
celsa virtutum vltra conditionem enituere morta
lium ita vt in nullo prorsus antiquissimis patribus
inferiores existerent: equiparantes etiam illorum
merita qui pro christi iesu domini nostri nomie cer
tauerunt vsqꝫ ad effusionem sanguinis: inuisibiliū
hostium molimina destruentes: de quibus ait apo
stolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnē
⁊ sanguinem sed aduersus principes potestates cō
tra mundi rectores tenebrarum harum contra spi
ritualia nequitie in celestibus. Quorum multifor
mes precauentes incursus. ⁊ caput serpentis anti
qui fortiter conterentes: sempiternis premijs sunt
potiti: de quibus scriptū est: Quod oculus non vi
dit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit
que preparauit deus diligentibus se.

¶ Quo tp̄e monachorꝫ monasteria esse ceperunt.




Erat ꝑ idē tēpus beati Anthonij
vita cūctis admirāda p̄clara ꝓpo
sita: q̇ magni helie atqꝫ helisei nec
nō ⁊ scti Johannis baptiste emu
lator existēs secreta iterioris here
mi studio sectat9 ē singulari: vitā
qꝫ celestiū interioris gessit amo
re virtutis. Cui9 sctūs athanasi9 alexādrie ciuitatis
antistes ꝓprie stilo testimoniū prebuit dign9 sane re
lator cōuersatōis Anthonij: q̇ iuxta suplicatōēs fra
trū vitā ei9 ꝓ multorꝫ cōmoditate ꝑscriberet ⁊ emu
landum viris spiritualibus exhiberet. In quo ope
re sancti quoqꝫ Ammon meminit: a quo per dei gra
tiam primū posita sunt fundamenta necnō ⁊ Theo
dorum sanctum admodum virum: qui cum sene pre
fato fuerat idem nobis pontifex indicauit: quē sin
gulari ac perfecto ꝓposito ⁊ fide non ficta deo sub
ditum multiplicia retulit dyaboli machinamenta
superasse. Igitur vbiqꝫ diuina gratia copiose diffu
sa illud quod in psalmis scriptum canitur declara
uit expletū. Uisitasti terrā ⁊ inebriasti eā multipli
casti locupletare eā. Nā ꝓ tristicia et gemitu gaudiū
ꝓuenit ⁊ leticia: ⁊ ꝓ solutiōe atqꝫ miseria: felicitas
atqꝫ securitas successit. Hic itaqꝫ patres monacho
rū viri mirabiles in vniuersis ꝓpe modū regionib9
extiterunt: quorꝫ noīa in libro viuētiū ꝓbant ascri
pta. Paucissimi sane tunc adhuc ꝑ egyptum ⁊ the
baidē monachi esse ferebātur. Post persecutionem
nāqꝫ diocletiani ⁊ maximiani crudeliū principū ple
nitudo gētiū intrauit: sicut diuinit9 preordinatū ē:
⁊ fecūditas ecclesie fruct9 amplissimos cepit exhibe
re sctis ep̄is iuxta doctrinā tūc aplicā: iter fidei sin
cera quoqꝫ conuersatiōe monstrantibus.

¶ Quod pachomius christianitatē est adeptus.



Per idē tp̄s Pachomi9 quidā sꝫ
ritū ac traditiōēs parētū gētilis
apd thebaidē ꝯmanēs diuia grā
gubernāte xp̄ian9 effect9 est. Hic
ab adolescētia sua p̄cipuā fragili
tatē de arripuisse virtutē. Idcirco
aūt ꝓ glīa xp̄i q̇ nos de tenebris
vocauit ad lucē: ⁊ ꝓ vtilitate eorū: q̇ ista lecturi: sunt
stricti ꝯuersatione ei9 ꝙ̄ fuerit a paruulo: refero qꝫ
a tāta perfectione eius initia quoqꝫ non discrepāt.

¶ Pachomius adhuc puer idola destruxit.



Hic eīm cū adhuc puer esset cū parēn
tibus suis ad simulachrum quoddā
demōis sup ripam Nyli fluminis col
locatum: tanq̄ victimas oblatur9 ad
uenit. Cumqꝫ sacerdos īpurissim9 sa
crilega solito celebrare voluisset in
p̄sentia pachomij: demonis prorsus euanuere p̄sti
gia. Cū diu multūqꝫ idē sacerdos hesitās in modū
simulachri (quod colebat) mansit immobilis: vehe
menter admirans cur solita demones responsa nō
redderent. tandem immundo spiritu reuelante: co
gnouit pueri Pachomij causa insolita prouenisse si
lentia atqꝫ in hec verba prorupit attonitus. Quid iis

micis deorum huc venit: procul hinc eum paul pellite ⁊ quantotius amouete. Quod cū parētes eius audissent eumq; suo conspexissent separari consortio: merore magno repleti sunt eo precipue ꝙ inimicus deorū tali fuisset contestatione declaratus. Ambigebant ergo parentes eius quid de eo fieret: quia et antea cum paululū de gustasset de vino libationis demonū: ptinꝰ euomuerat illud. Hec itaq; cū se viderent non posse discernere: quieuerūt. Instabat autē vt egyptiacis imbueretur litteris ⁊ antiquorum studijs informaretur.

Quod Pachomius ad militiam est raptus.

Odem tempore cōstantino post persecutionē in imperio perdurāte: et cōtra tyrānum gerēte prelium: pcepta regalia currerūt: vt electissimi quiq; iuuenū ad tyrocinij militiam vbiq; tenerētur inter quos ⁊ pachomius annos natus viginti detētus est vt ipse postea retulit. Cumq; naui fuisset inter alios ad peregrina transuectus ad ciuitatē quandā vento vigēte lati sunt. Ciues ergo loci illiꝰ videntes tyrones artius custodiri: et quid illis accidisset edocti: pietate moti sunt ⁊ iuxta mādatum christi: solatia maximo merore positis ⁊ necessaria corporis attulerunt. Tunc Pachomius animaduertens: quod ab eis factum est ⁊ nimis admirans: ab his qui simul aderant in quisiuit q̄ essent viri illi sic erga misericordiā atq; humilitatē pmpti ac faciles: audiuitq; christiāos esse qui circa oēs et maxime peregrinantes impenderent pna liberalitatis officia: sciscitabat aūt quid ipa sibi vellet appellatio nominis christiani: dictum est ei: et homines esse pios. ⁊ vere cultores religionis credentes in nomine iesu xpi filij dei vnigeniti: cunctisq; pro viribus benefacientes ⁊ sperantes a deo retributionem bonoꝝ operū in futura vita accipere. Hec audiens Pachomius: corde compunctus est: et illustratus diuino lumine christianorum miratus est fidem atq; diuini timoris igne succensus paululum p̄sentium conspectibus se subtraxit: ⁊ ad celum manus eleuās ait. Omnipotens deus qui fecisti celum et terram. si respiciens respexeris precē meam: ⁊ sancti tui nominis verā contuleris pfectamq; noticiā: ab hoc me cōpede meroris exemeris seruitio tuo me tradam oībus diebus vite mee: ⁊ spreto seculo: iugiter tibi adherebo qui cū orasset ad suos reuersus est comites. ⁊ die sequenti de ciuitate illa profecti sunt. Cūq; diuersa loca nauigio circuierent si qñ pachomiū voluptas corporis ⁊ mūdana titillasset ⁊ illecebrosa tētatio statiz ei sua aduersabat spōsio: memor quia se domino seruiturum esse deuouerat. Nā diuina gratia suffragante: iam ab annis puerilibus amator extiterat castitatis.

Quod pachomius sacrum baptismum suscepit.



Gitur cōstātinus iperator: pietate ac fide (qua xpo crediderat: victoriā de hostibꝰ cōsecutꝰ) tyrones iussit absolui. Sic pachomiꝰ optata sibi libertate concessa ptinꝰ ad thebaidis vlteriora progreditur ⁊ ingressus ecclesiaz q̄ est in vico cui nomē est. Chinoboscū: fit illico cathecuminꝰ ⁊ post paululū gratiā lauachri vital addipiscitur: ⁊ ipsa nocte qua mysterijs sacris imbutus est vidit in somnis veluti rorem celitꝰ illapsū cꝰ replesse dexterā ⁊ i mellis creuisse pinguedinē audiuit quoq; vocē dicētē sibi cōsidera Pachomi qd gerit. Est enī hoc signū grē q̄ tibi a xpo collata ē. Hic itaq; diuino inflāmatus affectu: ⁊ dilectiōis cꝰ iaculo salubri vulnere sauciatus: monachorum se disciplinis atq; institutionibus subiugauit.

Quod pachomius monachus fieri desiderauit



Udiuit autē quēdā anachoretā cui nomen erat. Palemō intra heremi secreta domino seruientez: ad quē cōfestim cū eo cupiēs habitare perexit: ⁊ pulsans ostium cellule eius p̄cabatur ingressuz cui senex aliquātulū patefaciens aditū dixit. Quid vis aut quē q̄ris. erat enī seuerꝰ aspectu eo ꝙ multo tēpore solitariꝰ vita rigide cōuersatiōis exegerat. Respōdēs autē pachomiꝰ ait. Deus meꝰ misit me ad te vt monachus fiā. cui senior nō potes hic (inq̄t) monachus fieri nō enī parua res agit sive ri monachi cōuersatio casta pensetur: nā plures huc dudū veniētes affecti tedio perseuerātie nō tenuere virtutez. Et pachomiꝰ. Nō sunt equales omniū mores ideo precor vt me digneris recipere: ⁊ processu tēporis tā voluntatē meā ꝙ possibilitatē plenꝰ approbes. Et senior ait. Iā tibi prefatus sum ꝙ hic fieri monachꝰ nullo mō possis: perge magis ad aliud monasteriū ⁊ cum ibidē continētie operam dederis tunc ad me regredere: teq; sine mora suscipiam. Veruntamē animaduertere quod dico. Ego hic satis frugaliter viuo. Nā nimis ardua ⁊ durissima cōuersatiōe me castigo: nullius rei cibo minime vtēs nisi panis ⁊ salis. Ab oleo aūt ⁊ vino i totū abstineo. Vigillo dimidium noctis: quod spacium vel in oratiōe solēni. vel in meditatione diuine lectionis insumo: interdum quoq; totam noctem duco peruigilem. Hec autez audiens Pachomius expauit vt solent pueri magistrorū vereri presentiaz: sed gratia domini roboratus omnem laborem tolerare proposuit seniq; respondit. Credo in domino iesu christo: ꝙ mihi fortitudinē patientiamq; prestabit: vt dignus efficiar tuis adiutus precibus: in sancta cōuersatione per omnia vite mee curricula permanere.


Quod heremita palemon dedit Pachomio habitum monachi.



Unc sanctus palemon spiritualibus oculis ituēs pachomij fidē tādē patefecit auditū eūq; suscipiēs habitu monachi consecrauit. Morabantur ergo si-

muł:abstinētie atq͂ ꝑcibus opam dantes. Texebāt quoqꝫ cilicia ⁊ laborabant manibus suis iuxta beatum appostolū: nō tātum pro sua refectiōis requie ꝫ vt haberent vnde tribuerēt necessitatē patiētibꝰ in vigiliis etiam cū nocturnas orationes celebrarē ꝫ q̄n senior vidisset somno Pachomiū ꝑmi ducēs eum foras harenam portare ꝑcipiebat de loco ad alterū locum ⁊ tali exercitio mētē eius grauatā somni pōdere sub leuabat instituēs ac formās eū: vt sollicitꝰ esset in ꝑcibus dicēs ei. Labora Pachomi ⁊ vigila: ne q̄n quod absit: ab incepto te ꝓposito moueat is qui tētat te: ⁊ inanis fiat labor tuꝰ. Que cūcta Pachomiꝰ obedienter ac sollicite suscipiens ⁊ in dies sctē continentie ꝑfectibus crescens venerabilē senem nimis alacrē letumq͂ reddebat ita vt christo semꝑ pro conuersatione eius grās ageret.

¶ De abstinētia heremite Pachomij.



Erat idem aūt tempus sctissimus dies paschalis aduenerat: et ait ad Pachomiū senior. Quoniā cunctorū christianorū vniuersalis estasta solēnitas: nobis q͂ para que vsui nostro sunt cōgrua. Tūc ille promptꝰ ad obtēperādū id qd̄ sibi ꝑceptū est impleuit: ꝑter solitū parumper accipiēs olei: cū salibꝰ tritis ad miscuit. Lapsanas em̄. i. agrestia olera: ⁊ herbas al's ꝑter oleum cōsueuerāt edere. Cū ergo parasset: ait ad senē. Feci qd̄ tua paternitas imperauit cumq͂ post oratiōnē beatus palemon accessisset ad mēsā: vidissetq͂ oleum cū salibus apparatū fricās manibꝰ frontē: ⁊ vbertim fundens lachrymas ait. Dominꝰ meus crucifixus est: ⁊ ego nūc oleum comedā. Cumqꝫ rogaret eum Pachomiꝰ vt modicū qd̄ ex eo ꝑciperet: nulla tenus acquieuit. Tunc pro more sal ⁊ panis est alatus: ⁊ admāducādū pariter cōcederūt. Que senex crucis signo (sicut cōsueuerat) benedicēs: ambo vterqꝫ sumpserunt dn̄o gratias (vt moris fuerat) humiliter exibentes.

¶ De quodam monacho superbo.



Vna vero dierum cum vigilātes simul palemon ⁊ pachomiꝰ accēderēt ignē: quidā frater superueniēs apud eos manere voluit. Qui cū susceptus eēt inter ꝟba (vt fieri solet) erupit ⁊ dixit. Si quis fidelis est ex vobis stet super hos carbones ignis: ⁊ oratiōē dn̄icā sensim lateq͂ ꝑficiet. quē beatꝰ Palemon itelligēs superbie tumore deceptū: cōmonuit dicens. Desine frater ab hac insania ne tale quid vlteriꝰ loquaris: qui correctione senis nō ꝑfecit in meliꝰ ꝫ plus elatiōe mētis inflatꝰ super ignē stare cepit audacter: nullo sibi penitus imprātecratq͂ cōspicere quomō coperāte inimico humani generis: ⁊ dn̄o permittēte: nequaꝗ̄ perustus fuerit ignis attactu. Hoc ip̄m vero quod gessit impune ad augmētum profecit eiꝰ insanie ꝫm qd̄ scriptū est. Ad prauos prauas vias mittit dn̄s. Hoc itaq͂ cū fuisset factum: Postera die idem frater mature proficiscēs: ac velut exprobrans eis aiebat. Vbi est fides vestra. Post nō multum ꝟo temporis cernēs diobolus eum sibi ꝑ oia mācipatum: et facile ad que vellet facinora eum posse compellere: trāsfigurauit se in mulierem pulchram splēdidis vestibus adornatam: ⁊ cepit ostium celle eius vehementer extundere. Qui cū aperuisset: ait ei diabolꝰ in habitu mulieris immutatꝰ. Obsecro te q: nimis a creditoribꝰ vrgeor: ⁊ metuo ne me aliqua pericula comprehēdāt: recipias in tuā cellulā: q̄m debitū soluere nequeo: quatenꝰ ꝑ te salua facta gratias deo referā. Dn̄s em̄ me direxit ad te. Qui cecitate mentis penitus obscuratus. nec valēs discernere q̄ eēt qui sibi talia loquereť diabolū miser in suum recepit exitium. Tūc hostis nostre substātie: videns eū ad omne scelus esse precipitē: immisit ei turpē cogitationē. Qui mox cessit inimici suggestionibꝰ: ⁊ eiꝰ quasi muliebres petiuit amplexus. Quem spūs immundus inuadēs elisit atrociter: ⁊ reuolutus in pauimētū veluti mortuus diu multūq͂ ꝑmāsit. Post aliquātos aūt dies tandē in se reuersus: ⁊ demētie ꝓprie sero penitēs ad sanctū Palemonem venit et cū magno fletu qd̄ sibi accidisset exposuit vociferās ⁊ dicēs. Agnosce pater agnosce: q͂ ego causa ꝑditionis mee extitā. Bene em̄ me commonere dignatus es: sed ego infelix q̄ te audire cōtēpsi. Qua propter obsecro vt me sanctis orationibus tuis adiuuare digneris: ne sub ingēti periculo constitutum discerpat inimicus ⁊ perimat. Cūq͂ ista cū lachrymis ⁊ fletibus ꝑsequereť ⁊ sanctus Palemon beatusq͂ Pachomius lachrymas ꝑ eo funderent: com patientes subito correptus ab immūdo spiritu: de cōspectu eorum ꝑsiliit: et ꝑ deserta discurrēs agebatur in frenis. Peruenit aūt ad ciuitatē panos nomine ac deinceps in fornace balnei per amentiā sese precipitās incendio protinus interijt.

¶ Quomodo Pachomius manus suas lauabat in sanguine peccatoris.



Hec audiēs vidēsq͂ Pachomius magis ac magis incubuit abstinētie tenere mēsuram: ⁊ cū in oībus tūc (maxie in orationibus) animum seruaret per uigilē: iuxta illud qd̄ scriptum est: omni custodia serua cor tuum: intantum vt cū senex miraretur attonitus q: nō solū cōsuetā abstinētie regulā alacer intrinsecus adimplebat: ꝫ etiā extrinsecus cōsciētiam suam iuxta celestiū formam studebat exhibere purissimā. sicut beatꝰ apostolus dixit gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre: certus ex hoc magis sibi in celestibꝰ parari mercedē. Nam cum diuinas scripturas legeret: memorieq͂ mādaret. non id passim negligenterq͂ faciebat: sed vnumquodq͂ preceptum solerter examinans: ac pia monita pertractans studebat

in dice o pere pficere q̄ memoria tetentabat. Precipue ho humilitatis ac patiētie munere vtebat: et erga deum proximumq̄ purissima dilectione pre multis nitebatur excellere. Hec autem aliaq̄ eius clara didicimus a sanctis hominib' dei: qui simul cum eo multo tempore sunt morati: quibus etiam vite spiritualis exempla contulerat post lectionem diuine legis: ea que ad edificationē animarū pertinent referens diligenter. Que cū multa sint: ⁊ vires nostre paruitatis excedant: nō omnia p̄senti stilo per scripsimus. Non enim sumus idonei tanti viri merita: eloquio pari depromere.

¶ Quod secretiora heremi Pachomius expetijt.




Situr Pachomius erga loca montis: vbi santi morabantur: plena spinis nudis pedibus incedebat: ⁊ cum infigerent ei plurime letabatur patienter: ac fortiter ferēs: recolens q̄ domin' noster in cruce clauis fuerit dignāter affixus. Diligebat autē anachoresim plurimum frequēter expetens solitudines: ⁊ illic diu in oratiōe p̄sistens domino supplicabat: vt tam se q̄ homines oēs ab vniuersis inimici fraudibus clementer eriperet.

¶ Quod vox de celo lapsa est ad Pachomium.



Uodā vero tempore cōtigit vt Pachomius procul a cella sua progressus veniret ad quēdam vicum cui nomē est Tabēnensis in quo tunc nullus penitus habitator existebat. Ubi cum pro dei amore diuti' in orationibus pduraret: vox ad eū celitus delata est dicens. Mane istic Pachomi: ⁊ monasterium cōstrue. Uēturi sunt nāq̄ ad te q̄ plurimi tua cupiētes institutione pficere quib' ducatum p̄stabis iuxta regulā quā monstrauero tibi. Et protin' apparuit āgelus dn̄i deferēs ei tabulā in qua erat disformia istitutōis ascriptaq̄ docēdi forēt q̄cūq̄ ad eius magisterij studia puenissent. Quā rsam Tabēnēses hodie quoq̄ custodiūt eodē cibo semp vtētes ⁊ habitu: ipsā quoq̄ disciplinā sollicita circūspectiōe seruātes. Nam monachi qui ibidē commanēt: nō solū more sed ⁊ robore corporis ⁊ locoz situ preceteris lōge diuersi sunt: ⁊ necesse est eos diuersā regulā custodire. Hanc ergo vocē Pachomius mentis sinceritate discernēs: quā illi diuina gratia ⁊ merita vite cōtulerunt agnouit ad se celit' delatā. regulasq̄ valde mirabiles opposbauit. Tūc reuersus ad venerabilē senē retulit: queadmodum voce sit diuina cōmonit' obsecrāsq̄ vt secū pariter veniret ad locū q̄ posset dn̄i mādata explere. Qui nolēs eū i aliquo cōtristare vt pote charissimi filium p̄cibus eius illico paruit: atq̄ ad p̄fatam villā cū eo puenit modicāq̄ ibi cellulā cōstruētes: letabantur in dn̄o p̄missionum eius beneficia prestolantes. Post aliquātulum vero temporis ait Palemon ad Pachomiū. Quoniā cerno gratiam tibi a deo esse collatā et deinceps istic p̄manere disponis: veni statuamus inter nos pactum vt non diuidamur abinuicem: sed q̄diu in hac luce versamur: visitatiōe nos cōsolemur assidua. Utriq̄ placuit hec pactio quā omni tēpore vite sue tā beatus senex q̄ sanct' Pachomius sollicitius sunt executi.

¶ De obitu sancti Palemonis heremite.



Nter hec venerabilis idem Palemon dolore plenus: qui ex nimia cōtinētia pli prouenerat: toto corpore graui cecilit egritudinis incommodo laborare. Nam sumebat escā sepius abstinens item solūmodo bibebat nihil cibi percipiens. Rogatus ab aliquibus fratribus qui ad eum gratia visitationis aduenerant ne penitus corpus debile frangeret: tandem cessit orationibus eorum vt victu congruo attenuata mēbra refoueret. Sed non diutius pertulit. Nam grauiores solito dolores expertus relicta ciborum insolentia ad antiquum victum sine dilatione reuertitur dicēs. Si martyres christi alij per frustra lacerati alij capite cesi: nōnulli etiā ignibus sunt cremati: ⁊ tñ vsq̄ ad finē fortiter p fide tolerauerūt: cur ego patiētie premia paruis cedēs doloribus impatienter abijciam: ⁊ desiderio vite presentis: afflictiones momentaneas inaniter expauescā? Deniq̄ suadētibus acquieui cibos insolitos sumere quē mihi dolores auxerunt potius q̄ vllā requiem prestiterūt. Recurrā igitur ad pristina remedia: et cōtinētie subsidia non relinquam: in quibus est (vt ego certus sum) omnis requies vera leticia. Non eñ p̄pter homines hec arma suscepi: sed ob amorem xp̄i his certare proposui. Sic itaq̄ viriliter agēs intra mensem dierum valido languore cōsumptus est. Ad quē Pachomius veniēs fouebat eum vt patrem deosculans pedes eius atq̄ cōplectēs: ⁊ veluti valefaciēs: sic ei videbat affari. Uenerabilis autem senex omni virtutum gratia cumulatus: ⁊ plenus dierum sicut scriptum est: quieuit in pace. Tūc sanctus Pachomius corpus eius sepeliuit: cuius anima suscepta choris angelicis ad celos euecta est.

¶ Quod simul conuersabantur Pachomius et frater eius Joannes.



Uo peracto Pachomius ad p̄priū diuersoriū reuertitur. Et non post multum temporis germanus eius Joānes nomine: sicta de illo comperiens venit ad eum. Quem cū vidisset gauisus est plurimum: nā ex quo baptisatus in christum crediderat: ⁊ solitariam vitam elegerat: nullum suorum viderat

pline regulis poterat coerceri: salutẽq; ꝓpriã negligens: dies suos vanitatibus pristinis atq; peccatis occupabat adeo: vt nõnullos ex fratribus euerteret et ad studiũ simile cõmoueret. Quod plurimi nõ ferẽtes: sancto Pachomio suggesserũt: vt eũ de monasterio pelli ꝑciperet. Ad quã veniã eis nõ annuit sed equanimiter ferens ammonuit prefatũ vt se corrigeret ⁊ ab antiqua cõuersatione reuocaret. Pro quo etiã iugiter dñm exorabat: vt ei cõpunctionem cordis: solita pietatis abundantia largiret. Cumq; memoratus iuuenis in ꝓpria persisteret prauitate: et alijs exemplũ perditionis ostenderet: ad postremũ visuz est oĩbꝯ: vt a sancta cõgregatione velut indignissimus arceret. Sed beatus Pachomꝯ hoc idẽ credidit differendũ. Quẽ mitissima atq; sapientissima correptione cõueniens ⁊ celestibꝯ erudiẽs institutis ita diuino timore succendit: ⁊ sic aĩa eius futuroꝝ fide ꝯpuncta est vt se deinceps abstinere nõ posset a lachrymis. Emendatus itaq; ꝑ oĩa magnũ ceteris documentũ ꝯuersatiõis exhibuit. In oĩ nãq; loco ⁊ in omni opatione flebat iugiter: ⁊ nec tũc quidẽ: cũ cibũ inter fratres caperet a lamẽtatione cessabat. Que res ẽt ꝑmouit multos ex monachis: q̇ ⁊ dixerũt. Tandẽ a planctu te cohibe: nec te tanta ꝯsumꝯ afflictiõe deijcias. Qui rñdit. Conor me quidẽ, sicut iubens: a lachrymis tẽperare: nec possum. Pectus enim meũ veluti q̄dam flãma comburens quietũ me esse nõ sinit. Rursum ipsi dixerunt. Apud te in secreto tuo vel certe in orõnibus plãgito cũ vero venimus ad mensam: cibũ sumere debes ⁊ a fletibus abstinere. Nã possibile est aiam etiam sine istis exterioribus lachrymis semꝑ in compunctione ꝑsistere q: plures e fratribus videntes te flẽtẽ: mãducare nõ ꝑñt. Et cogebãt eũ fateri: cur ita se suis dilueret fletibus. Tunc ait ad eos. Non vultis vt plangã: cũ videã me foueri multis obsequijs sanctoꝝ fratrũ: quoꝝ ⁊ puluis pedum mihi venerãdus est: nec eis me conferre dignum obsequium existimo? Non ego plangam quod homo multis peccatis obnoxius officia tanta percipiam: Timeo valde ne sicut Dathan ⁊ Abyron me quoq; prophanũ hiatu suo terra deglutiat. Illi namq; impijs ausibus manibusq; pollutis sancta sibimet vsurpare tẽptauerunt ego vero post tantã cognitionem diuini muneris aie mee salutẽ desidiosa ꝯuersatõe neglexi. Ideo quippe ista recolẽs: nõ erubesco flere corã oĩbus: q: multa facinora mea esse cognosco q̇ iugibus lachrymarũ fontibus debeaz expiare. Quo si ipsam miserã aiam per lamenta diffunderez nihil facerem magnũ: q: nullum ꝑ factis meis in ꝑñti dignũ possum recipere suppliciũ. Cumq; ꝑ dies singulos idem frater ad meliora ꝓficeret: omnesq; ꝓpemodũ in humilitate suparet: ita de eo sanctus Pachomꝯ cepit corã oĩbus dicere. Testor fratres ac filij corã deo ⁊ sanctis eius angelis: q: ex quo cenobium hoc fundatũ est: nullũ de fratribꝯ q̇ mecũ sunt vel fuerũt humilitatẽ meã secutũ esse cognosco nisi vnũ tñmõ. Quo fratres audito nõnulli putabant hunc esse theodorũ: alij petronium: alij vo orsisiuz. Cumq; rogaret theodorus eũ vt q̇s ille esset deprõeret: ⁊ sanctꝯ vir indicare differret rursus cũ theodorus vehementer vrgebat: alij quoq; maiores ex fratribꝯ plurimũ deprecabantur vt diceret q̇s esset cui testimoniũ tale ꝑhiberet. Tunc rñdit pachomꝯ Si scirem eũ de quo dicturus sum vane glie stimulus incitari nunq̄ eũ ostenderẽ. Sed q: procul dubio credo q per xp̄i gratiã q̄tũ laudes accesserint tãto ipse munus humilitatis acquirit: idcirco vt eũ possitis imitari sine metu palã beatificare nõ desino: tu quidẽ theodore ⁊ q̇cũq; tui sunt similes: fortiter certantes in monasterio dyabolũ vincistis: vt passerẽ: et sub vestris pedibus allisistis eum ꝑ dei grãm cõculcantes vt puluerẽ: sed si qđ absit neglexeritis in aliquo cõsurgens is q̇ sub vestigijs ẽ aduersus: vos grauis furore bachabitur. Iuuenis autem siluanus quẽ dudũ ꝓpter negligentiã de monasterio pellere volebatis: ita ꝓstrauit inimicũ ⁊ a suis sensibꝯ fugauit vt nusq̄ corã eo cõpareat: altaq; humilitate eũ per omnia superauit. Et eos quidam fratres habẽtes opera iusticie in his que gessistis gloriosi confiditis: hic autez quanto fortius pugnat: tanto se deteriorem oĩbus iudicat ex tota mente: totaq; virtute inutilem se reprobumq; denuncians. Ideo deniq; ⁊ lachrymas habet in promptu: quia semetipsuz nimis humiliat ⁊ inclinat: nec alicuius momẽti qđ gerit existimat. Nihil autem ita reddit inimicum inualidum sicut humilitas de corde puro: cui tamen correctionis opera probantur adiuncta. Sic itaq; viriliter ante fatus. Siluanus per octo annorũ curricula deo militans: cursum vite sue finiuit in pace De cuius exitu testatus beatus Pachomꝯ est. q̄ multitudo sanctorum angelorum cum magna leticia sumentes animam eius velut dilectam hostiam christi conspectibus obtulerunt.

¶ Pachomꝯ mortuũ indumẽtis suis spoliari iussit

Eodem vero tp̄e panos ciuitatis ep̄s varius noie: ꝑ oĩa venerabilis ac deo deditus: recteq; fidei feruentissimus amator existens audiuit dispositionẽ cõuersatiõis Pachomij. Ad quẽ missis ep̄lis euocauit eũ: plurimis verbis exorãs: vt ẽt circa ciuitatẽ eius monasteria optata construeret. Cũq; multis ex cãis ꝑcibꝯ acquieuissent ep̄i: dum ꝓperat ad eũ iustũ credidit: vt pariter oĩa q̄ ab eo curabant inuiseret. Et cũ vni ex ipsis monasterijs appropinquasset: cuiusdã fratris occurrit exequijs qui vitã suã negligenter insumpserat. Fratres aũt ipsius monasterij funus ꝓsequebant honorifice psalmos solitos cõcinentes: ꝑñtibꝯ quoq; defuncti parentibus ac propinquis. Qui cum vidissent Pachomiũ feretrũ continuo deposuerunt: vt tam ꝓ mortuo q̄ pro se dño supplicaret. Qui mox debitã orationẽ ꝑsoluit ⁊ cõuersus ad fratres ait. Sinite psallere. preceptiq; defunctis vestimẽta splẽdida quibꝯ inuolutus erat auferri que corã oĩbus fecit exuri: ⁊ ita cadauer efferri iussit preter aliquã psalmodiã

atq sepelire fratrē. Igit fratres cū parentib⁹ ei⁹ et vniuersis qui tunc aderant nouū genus spectaculi contuentes. et obstupefacti nimiū precabantur senē vt cōsuetā sup eū psalmodiā celebrari permitteret. Cū non acquieuissent: ceperunt parentes defuncti culpantes eum dicere. Quid est hoc spectaculum nouum. Quis non misereatur mortuo licet sit inimicus. Sufficiens per se est ipsa calamitas. Noli que funus inferre mortuo quod nec belue facerēt: nec tuam condecet sanctitatem. Nam et nos hinc notamur maximo opprobrio: aliaq₃ q̄plurima suspitionum opprobria nascunt. Utinā nunq̄ ad istū locum venissemus: vtinā nec iste monachus fuisset effect⁹ non hunc eternū dolorē nobis infligeret. Rogam⁹ ergo vt solitā psalmodiā₃ defuncto restituas. Qui respondens ait eis. Uere fratres et filij: plus vobis de visibili acre tpali curantibus ego de inuisibili eius substantia sollicitudinē gerā: et idcirco hec erga eum fieri iubeam. Et vos quidē maiores illi dolores: per hunc honorē quē putatis acquiritis. ego autem quantulācumq₃ ei requiem vel satisfactionē per hanc iniuriam preparabo. Propter quod nec in futuro pro hoc exanimi corpusculo. sed p̄ immortali eius anima satago: que et hanc carnē rursus in resurrectione receptura est: et incorruptam et integram. Alias aūt si hoc quod vultis annuero: veluti placens hominibus iudicabo: atq₃ vt ad presens vobis satisfecisse videar: id despicio quod ei prodesse poterit in futuro. Fons enim bonitatis deus noster existens occasiones querit per quas opulenta super nos dona pietatis sue effundat: remittat nobis peccata non solum in hoc seculo: sed etia₃ in futuro: na₃ cum dicat in euangelio: qui blasphemauerit in spiritumsanctum: non remittet ei neq₃ hic neq₃ in futuro seculo: dat patenter intelligi quod sunt quedam delicta que possint: et post hanc vitā si pro eis supplicet ignosci. Nos ꝯo quos dignos iudicauit christi potentia diuine sue dispensatiōis exercere medicinam si non vniculq₃ congruens ad futoriu₃ proferamus profecto veluti cōtemptores existimabimur: et audiemus illud quod scriptu₃ est in propheta. Uite cōtemptores et admiramini et disperdimini. Et ideo queso sinite defunctum a proprijs malis aliquatenus exui: et quātulamcumq₃ requiem in illo futuro examine promereri. Sepelite ergo eum sine psalmis vt dixi. Potens est enī₃ de⁹ benignus et clemens multiq₃ misericors: pro supplicatione nostre paruit atis eū in eterna sua requie colloquare. Hec cū dixisset abierūt: et scdm qd venerabilis pater preceperat eu₃ in mōte vbi cōstituta erant monumenta sepelire curarunt.

¶ Quod pachomius animā cuiusdā monachi vidit angelos ad celum deducere.



Oratus est autē ibidem sanctus Pachomius cū duobus monachis: docebatq₃ imprimis singulos timorē domini deīde qualiter aduersus dyabolum dimicare deberent et insidiarū eius per xpi gratiam possent declinare potētiam. Tunc nūciatur ei q frater de cenobosthiorum monasterio graui infirmitate detētus: benedictionem precis eius vltimā postularet. ¶ Hec audiens homo dei cōfestim secutus est eos: qui hec sibi retulerant. Cūq₃ conatus pficisceret: et duobus vel trib⁹ milibus abesset a monasterio qd petebat audiuit suauissimam vocē in aere personātem: suspiciensq₃ vidit ipsius fratris animam velut curru ab angelis dn̄m laudātibus: ad beatam vitam perhēnemq₃ sustolli: comites autem Pachomij cū neq₃ vocem audirent nec quicq̄ sentirent penitus sed tantummodo cernerent eum ad orientem diu respicere: dicunt ei Tu cur hec fecisti pater. Properemus vt possim⁹ occurrere ei. Qui respondit frustra iam currim⁹ hoc enī est qd diu considero: queadmodum. frater ipse ad gaudia perpetua perducatur. Quem cum rogarent vt eis exponeret quomodo vidisset animam q̄tum poterat audire narrauit eis: ex his q̄ ipse cō pererat. Quidam igitur ex eis euntes ad memoratū monasteriū et diligēter inqrētes qua hora frater ille dormisset: ea q̄ a sancto didicerāt viro vera omnia cognouerūt. Hec autem retulimus duabus ex causis primum volentes ostendere beatum senem nimium fuisse perspicacissimum. gratiamq₃ possedisse propheticam: ac longe posita intellectualibus oculis preuidisse: deinde vt tales semp imitantes malorum consortia sollicite vitaremus. Et de his q̄dem vobis hactenus dicta sufficiant.

¶ Quod destructores edificij dominus igne diuino combussit.



Anctus ergo Pachomius ad antifatum epm cum suis monachis veniēs: ab eo in summa veneratione susceptus est. Nam se ftiuitatem maximā in eius ecclesiam celebrauit aduētu: dedit ei loca vbi sperata ꝯderet monasteria: sicut dudum per scripta cognouerat que etiā venerabilis vir cum alacritate construxit. Et cum maceriē munimine circūduceret ne quis facile possit irrūpere: quidā pestilētes homines quos diabolus cecauit inuidia: nocte venientes: q̄ cōstructa fuerat destruebāt. Sed nō in longum malignitatis co₂ pena dilata est. Nam cū senex discipulos suos ad tolerātiā ꝯmoneret: et illi nequissimi iuxta cōsuetudinē cōuenissent: vt facino₂ suo₂ cepta perficerent: ab angelis domini protinus exusti sunt: et velut cera a facie ignis ad nihilum redati sunt. Fratres ergo velociter vniuersum consummauerūt edificiū in quo beatus Pachomius constituit monachos religiosos viros quibus samuelem preposuit hilarem virum et dono frugalitatis eximium Quia vero predicta monasteria in suburbio fuerant constituta: idē sanct⁹ ibi vult manere diuti⁹: vsq₃ dū hi (quos ordinauerat) xpi munere firmarentur.

¶ De inquisitionibus philosophi

Interea philosophus q̈dã ciuitatis ipius audita seruoꝝ dei opiniõe venit ad eos sci re volens qui essent q̈dve pfiterentur:⁊ vi dẽs aliquos ex monachis: ait ad eos. Uocate mihi patrẽ vestrũ q: de rebus necessariis cum eo disputatur⁹ sum. Cũ cognouisset aũt sctũs vir q: philosophus esset misit ad eũ corneliũ ⁊ theodorũ precipiẽs eis vt ad ea q̄ sciscitaref prudẽti rñsione satisfacerẽt. Egressis igit ad eum philosophus ait. Mult⁹ ad nos sermo delat⁹ est ꝙ sapiẽtie geratis studiũ: ⁊ iuxta religionẽ vestrã q̈tẽ diligatis impen sius: isup etiã prudẽter his qui ppomit aliq̈d satis facere videamini: ⁊ iõ de his que legitis vos interrogare disposui. Cui theodor⁹ pfecto q̈d vis ait? Et philosophus. Habeto tu (inq̈t) mecũ disputatiões: vt que fuerint quesita dissoluas. Et theodorus ait. Exprime iã qõ intẽdis. Tũc philosophus ait. Quis nõ nat⁹ mortu⁹ est? Quis rursũ natus a morte subtract⁹ nõ est? Quis cum sit mortuus non est fetore corruptus? Et (ait theodorus) nõ grandis hec propositio tua o Philosophe nã facile qõ queris soluã: Qui nõ nat⁹ mortu⁹ est: habef protoplaustus. Qui vero nat⁹ est nec tñ mortu⁹ est existit Enoch qui deo placuit ⁊ trãslat⁹ est. Mortu⁹ autẽ nec fetore corrupt⁹ vxor est loth que cõuersa ẽ in statuã salis vsq̈ nũc in eo habitu pro incredulorũ perdurat exemplo. Et iõ cõsiliũ do tibi o philosophe vt has neptas ppositiões tuas ⁊ inanes deserẽs q̄stiões ad christuꝫ verũ (quẽ colim⁹) sine dilatione cõuertaris. remissionemq̈ tuorũ peccatorum p eterna salute nõ despicias. Ad hec philosophus obstupefact⁹ nihil inq̈siuit vlteri⁹: sed recedẽs acumen viri: rñsionẽq̈ tã celerẽ paratãq̈ miratus est.

¶ De abstinentia monachorum.

Proinde pachomius in eidẽ monasteriis nup extruct̄ dieb⁹ plurimis imorat⁹ exinde pfect⁹: atq̈ aliõ monasteriũ (qõ sub ei⁹ erat dictiõe) puenit. quẽ cũ frẽs oẽs i occursũ pperãtes summa veneratiõe suscepissent: infantulus q̈dã de ipsa cõgregatiõe: qui inter alios occurrerat clamare cepit ac dicere. Uere pater ex quo hinc ambulasti: null⁹ nobis nec olera nec legumẽ aliqõ coxit. Ad quẽ sanct⁹ grata mente respondit. Nõ cõtristeris fili mi: coquã. Ingressusq̈ monasteriũ post oratiõnẽ venit ad coquinã ⁊ inueniens fratreꝫ qui coquine p̄erat: psyatos. i. tegites operãteꝫ quas nattas vulgus appellat: ait ad eũ. Dic mihi frater: q̈tuꝫ temporis habes ex quo nõ coxisti fratrib⁹ olera vel legumina? Qui rñdit. Sũt duo fere mẽses. Et sanct⁹ pachomi⁹ ait ad eũ. quare contra preceptum facere voluisti: vt tanta fratrũ negligeretur vtilitas? Qui sub humili satisfatiõe respõdit. optaueram quidẽ venerabilis pater: quotidie implere ministerium meuꝫ sed quia quicquid coquebaꝫ non consumebatur a fratribus quia omnes abstinent: soli quippe pueri aliq̈d cocture percipiunt ne tãto labore peracta proijceretur expensa ppterea pulmentũ nõ coxi. At ne ociosus essem psyatos elegi cũ fratribus texere sciẽs vnũ de his qui mihi deputati sunt ad opus hmõi posse sufficere vt paruas escas. i. oliuas ⁊ herbulas ad refectionem fratribus pararet. Hec audiẽs Pachomius et quot sunt inq̈t psyate quas te fecisse dixisti? Qui respõdit. Quingẽte. Et ille Defer (inquit) huc omnes vt videã. Que cũ fuissent allate: ptin⁹ eas igne supposito iussit exuri. Tũc ait ad illos. Sicut vobis traditam vos erga dispensationẽ fratrũ regulã despexistis sic ego passim labores vestros incẽdio cõcremaui: quatenus cognoscatis ꝙ̄ perniciosum sit patrum instituta cõuellere: q̄ p animarum salute p uisa sunt. An ignoratis ꝙ gloriosum sit semp abstinere a presentib⁹. Nã si quis ab ea re q̄ in eius est potestate: diuina cõsideratiõe se cõtinet magnũ cõsequitur a dño premiũ. Ab ea vero re cuius vtẽdi licentiam nõ hꝫ quadã noscitur necessitate cohiberi: ⁊ ideo ppter abstinentiã coactã atq̈ inutilẽ frustra videf expectare mercedẽ. Deniq̈ cũ plures esce apposite fuerint: ⁊ fratres partius his vtuntur ppter deũ: tunc apud eũ sibi maximã spẽ reponũt. De cibis aũt quos nõ vidẽt nec eis ad percipiendum facultas vlla tribuitur: quomodo pro persimonia premia cõcedẽtur. Ideoq̈ ppter exiguos sumptus tãta fratrum non debuit intermitti cõmoditas.

¶ Quod anachoretarũ peruersa dogmata celitus persensit atq̈ correxit.


Ec cũ pachomi⁹ loq̈ref ad eos ⁊ sufficienter eoꝝ delicta corripet ostiari⁹ ad eũ festin⁹ igressus est magnos viros et anachoretas egregios in .iiii. cãs aduenisse: qui eũ videre desiderarẽt. Quos illico iussit intrare debitaq̈ reuerẽtia salutãs eos (post orationeꝫ) per fratrũ deducebat cellulas ⁊ oia eis monasterij loca mõstrabat. Qui rogauerũt senem vt cũ eo de quibus rebus cuperent secreto loquerenf. Tũc introduxit eos in cellã suã seorsum seditq̈ cũ eis. Illis aũt de rebus inauditis atq̈ archanis altius disputãtibus cepit sanct⁹ odorẽ sentire teterrimũ. Uidebat enĩ eos occulto satis vti sermone: ⁊ in scripturis paratos existere: nec poterat de itollerãtia fetoris aliq̈d vel cogitare vel dicere. Ubi ergo de diuinis eloquijs diuti⁹ disputarũt: ⁊ hora nona iã refectionis tp̄s indiceret: surgẽtes ipsi mox abire voluerũt. Quos sanct⁹ vir enixi⁹ hortabaf vt cibũ pit̃er sumerẽt. Qui noluerũt penit⁹ acq̈escere dicẽtes festinare se añ occasum solis ad ppria remeare. Et vale dicẽtes ei: sine mora pfecti sunt. Tũc pachomi⁹ volẽs certi⁹ cãꝫ fetoris agnoscere i orõnẽ psternif exorãs dñꝫ quaten⁹ sibi q̄les essent pãdere dignaref morq̈ cognouit ꝙ ipietat̄ eoꝝ dogmata (qb⁹ pbãf ibuti) tãtã pniciẽ de eoꝝ cordib⁹ exalarẽt. Nec mora viros ipsos iseq̈t: ⁊ apphẽsis ait. vnũ volo vos ite.

rogare sermonē. Qui dixerūt. Interroga. Quib⁹ il
le ait. Origenis estis ībuti dogmate? Qui negātes
dixerūt. Nequaq̄. Quib⁹ ait. Ecce cōtestor vos co
rā dn̄o: ꝙ oīs homo qui legit origenē ⁊ ꝯsentit his
q̄ praue disseruit in ꝓfunda ꝑueniet iferoꝝ: heredi
tasq̄ ei⁹ erūt vermes ⁊ exteriores tenebre qb⁹ in q̄
rū aīe sine fine puniēt. En ego qđ mihi māifestatū
ē a dn̄o vobis sollicite nūciaui ex hoc inocēs. ero vos
videritis si ea q̄ sunt ꝟba respueritis. Qđ si mihi vul
tis acquiescere deoq̄ placere per oīa cūctos. Orige
nis libros ī flumē mergite ne ab illis vosipsi merga
mini. Hec dicēs discessit ab eis: ⁊ redigēs ad exerci
tiū solite ꝟtutis reperit fratres ī orōne cōsistere: cū
q̄bus alacriter hymnos cātilene spiritalis explicuit

De visione posterorum suorum: prelatorum atq̄ subditorum.



Onachis vero ad vescēdū conuenien
tibus venerabilis senex in cella vbi cō
sueuerat supplicare dn̄o se recepit et
obserās ostiū oraba t intente: memor
visionis quā aliqn̄ ꝯspexerat ⁊ obsecra
bat dn̄m q̄ten⁹ ei declararet statū mo
nachoꝝ q̄ futur⁹ eēt vel' q̄ post ei⁹ obitū i tāta ꝯgrega
tiōe ꝯtingerēt ⁊ ab hora nona vsq̄ ad illō tp̄s (q̄ fra
ter q̄ nocturnis in orōnib⁹ ꝑ eratvocē mitteret ⁊ ad
ꝑces solitas excitaret) instātiā sue suplicatiōis extē
dit. Cūq̄ ꝑceret attēti⁹ subito circa mediā noctē vi
siouē cernit q̄ eū iuxta petitionē ꝓpriā de statu po
steroꝝ suoꝝ plen⁹ edoceret. Nā mōasteria sua vehe
mēti⁹ dilatāda nōnullos q̄ppe pie victuros ⁊ cōtinē
ter agnouit: neglecturos etiā plurimos vidicit suā
q̄ salutē penit⁹ ꝑdituros: Vidit ergo sicut ipse nar
rauit multitudinē monachoꝝ in valle quadā ꝓfun
da satis atq̄ caliginosa ꝯsistere: ⁊ alios exinde velle
ꝯscēdere nec valere q̄dā eīn occurebā ex aduerso sibi
nec iuicē dinoscere poterāt: nec de ꝓfundo illo ⁊ te
nebroso loco prorsus emergere: alios autē frustra
conantes pre lassitudine ruere atq̄ ad inferos per
uenire: alios iacentes miserabili ac lachrymosa voce
deflere nonnullos vero cum maximo labore conscē
dere: quibus in ascensu ipso lux protin⁹ occurrebat
in qua constituti referebāt deo gratias: ꝙ euadere
potuissent. Ita pachomius intellexit que nouissi
mis essent euentura temporibus cecitatem mentis.
eorum qui post futuri sunt ⁊ errores cordis bonorū
defectum valde doluit maxime vero ꝙ prepositi:
tunc negligentes ac desides forent: sed concordia
discordiose vterētur placētes stulte multitudini: et
ostentantes habitū monachorū nullaq̄ bona ope
ra preferentes. simul autē pessimis primatū tenēti
bus: ipsumq̄ nomē sancte cōuersatiōis ignorātib⁹
necesse est emulatiōes ac iurgia generari: ⁊ quis pre
sit ac maior sit ambitiosa lite ꝯtēdere ⁊ reprobari q̄
dē bonos ac malos eligi nec probitate morū: sꝫ an
tiquitate vel ordine vnū quēq̄ velle ceteris antefer
ri: vn̄ neq̄ aliq̄ bonis viris loquēdi⁹ fiducia suberit
ꝓ vtilitate cōi: sꝫ erūt in silētio ⁊ q̄ete: aut certe sub
colore honestatis: magnis ꝑsecutionib⁹ affligētur.
Et quidē opus singulare censere. cū omnia pene q̄
sunt regulis subnixa diuinis: humanis cōmutabū
tur illecebris: Tūc pachomius exclamauit ad domi
nū dicens. Omnipotēs de⁹ si sic erit: vt q̄d ꝑmisisti
cenobia ista cōstitui? Si eīn in tēpore nouissimo: q̄
fratrib⁹ ꝑerūt: ꝑuersi futuri sunt: q̄les erūt illi q̄ sub
eorū regimine versabūtur. Cec⁹ eīn ceco ducatū pre
bēs: vterq̄ in foueā cadūt. Heu me q: frustra ⁊ in
uacue laboraui. Memēto dn̄e studioꝝ meo[illegible] q̄ tuo
munere perfecisti. memēto famulorū tuoꝝ: q̄ tibi to
ta mēte deseruiūt: memēto testamenti: tui: qđ vsq̄
ad cōsummationē seculi a tuis promisisti custodiri
cultorib⁹. Tu nosti domine: q: ex quo suscepi hūc ha
bitū monachi nimis humiliatus sū in cōspectu tuo
nūq̄ satiat⁹ sum pane ⁊ aqua vel qualibet creatura
alia quā fecisti. Hec eo dicente: vox ad ad eum facta
est dicēs. Ne glorieris pachomi cū sis homo: ⁊ indi
geas misericordia: quia cūcta que cōdidi: mea mise
ratiōe subsistūt. Qui cōfestim prostratus ī terrā: mi
sericordiā dn̄i postulabat dicens. Omnipotēs de⁹
veniāt mihi miseratiōes tue ⁊ viuā ⁊ ne auertas mise
ricordias tuas a me q: mia ⁊ veritas tua sp̄ suscepe
rūt me: Scio eīn ego dn̄e q: mutēt ⁊ claudicāt vni
uersa sine ꝓtectiōis tue auxilio. Hoc eū dixisset: asti
terūt sup eū āgeli lucis: ⁊ iuuenis ī medio eoꝝ ineffa
bili pulchritudine atq̄ claritate resplēdēs q̄ istar so
lis ex se fulgoris radios emittebat habēs sup caput
coronā spineam: ⁊ leuantes a terra pachomiū an
geli dicunt ei. Quoniā petisti a dn̄o miam ecce ve
nit tibi misericordia tua deus glorie iesus xp̄s fili⁹
dei patris vnigenitus: qui missus est in hunc mun
dum: ⁊ ꝑ salute generis humani crucifixus est: spi
neam ferens in capite coronam. Et pachomius ait
Oro dn̄e: nūquid ego te crucifixi. Et dn̄s placidior
ait ad eū. Non tu q̄dē crucifixisti me: sed parentes
tui. Verūtn̄ aiequior esto ⁊ confortet cor tuū quia
posteritas tua manebit in seculū nec vsq̄ in finem
mūdi deficiet: ipsiq̄ q̄ post te futuri sunt de ꝓfunda
illa caligine liberabūt quotq̄t vixerint abstinēter: ⁊
curā salutis ꝓprie gesserint. Modo nāq̄ q̄ ꝑsentia
tua se cōtinēt tuaq̄ sequētes exempla virtutū ma
xima grā luce resplēdēt: post te ꝟo q̄ in huius seculi
caligine fuerint imorati: q: prudēter intelligēt que
petēda sunt q̄ ve fugiēda: ⁊ spōtanea volūtate nul
lo humanitus vtentes exemplo: de tantis exilierūt
tenebris omnemq̄ iusticiam seruantes: eternā vi
tam toto corde dilexerunt amen dico tibi qui cum
istis erunt qui nunc tecum in summa continentia ⁊
sanctitate preclari sunt: eandēq̄ salutē ac requiē
sortient. Hec dicens dn̄s ascēdit in celū. Sic autē
illustratus aer est: vt splendor lucis illius nō possit
humanis sermonibus explicari.

Exhortatio resistendi cōtra dyabolum.



Unc pachomius sup his q̄ sibi ostensa
sunt: synaxim cū vniuersa fraternitate
cōuchit. Et officio fctō solēmter ad im
pleto dicti monachi iuxta ꝯsuetudinē co

rū senc ad audiēdū̄ vbū̄ cōfluxerūt qui apiens os suū docebat eos dicēs Filioli mei ꝙtacūq3 ē virt⁹ in nobis atq3 possibilitas. p salute nr̄a certare fortit̄ et aduersus armatū hostē viriliter dimicare debem⁹: p̄ius ꝙ̄ vētat tp̄s i q̄ nosmetipsos si tā̄ inertes fuerim⁹ ac desides: miserabili lamētatione plāgam⁹. Non negligamus dies nostros: quos largitus est nobis dominꝰ: sed operemur in eis cū̄ tota alacritate virtutē. Dico enim vobis qm̄ si sciretis: quāta sancti in celestibus bona parata sunt: et que tormēta maneāt eis qui a virtutis itinere deuiarunt: et cognita veritate nō in ea digne versati sunt: summis virtutib⁹ eterna supplicia vitātes hereditatē illā beatā: que dei famulis pmissa ē: festinaretis adipisci: quā nemo nisi malus ac perditus fugit ac negligit: q: quid admittit penit⁹ nescit quē iāq3 respicere opoztet et terrenis absolui cupiditatib⁹: vt mala preterita deflēdo fugiter indulgētiā domini cōsequat̄: et sic ad meliora cōuersus iter suū dirigat: quaten⁹ in exitu vite letus exultēs ad celestē regē cū̄ magna laude pueniat: quādo terrestre hoc habitaculū deseruerit: aīa ad cognitionē sue substātie properat. quādo celestib⁹ sociata virtutib⁹ ad patrē luminū puenire festinat. Quid extollit hō per vanā gloriā. Quid erigit̄ puluis. Quid superbit terra et cinis. Plangamus nosipsos pot⁹ dū̄ tēpus habem⁹ ne cum fuerit expleta singulis determinata dilatio: tunc inueniamur tempus penitētie exposcere: quando iam accipere non meremur. In hac enim vita nobis peccata deflere permissum est in inferno autem a sancto Dauid propheta dictum est: quis cōfitebitur domino. Nimis anima illa probabitur infelix: et omni lachrymarū fonte plāgēda: que seculo renunciatus iterū̄ seculi actibus implicatur: et inutilibus dudum curis exuta rursum redit ad dura seruitutis obsequia. Et ideo charissimi fratres: ab hoc instabili mundo: et post paululum transituro: ppetuam beatamq3 vitā nobis non patiamur auferri. Vereor autē et tot⁹ penitus intremisco: ne carnis nostre parentes vsi seculi rel⁹ et vite presentis occupati negocijs: qui putant nos defuisse mundi mala: et ab hinc ia3 vita frui perpetua: suo nos iudicio cōdēnent: dicentes nobis. Quomodo lassati estis in semitis nostris tantis obsessi miserijs. Exuta nāq3 ta3 magna tristicia vobis etiam mero accessit et penis nostris vester ignis adiectus est. Rami quippe vestri fructus ferunt inutiles: nec fructus quos in flore monstrauerunt: ediderunt. Sed et illud propheticū: et si vobis ingerant: ex parue sco. Ideo in deprecationē venerunt: derelicti facti sunt et abominales: et corona capitis eorum sublata est. Ciuitates ad austrum site clause sunt nec est qui aperiat eas. Tollatur igitur impius: ne videat gloriam dei: Hec cogitantes fratres mei totis certemus viribus ne ab hoste superemur. Ille semper insistit vt perimat: nos sollicite vigilemus: ne quod absit eius fraude perimatur. ¶ Ante omnia pre oculis habeamus vltimū diē: et momētis singulis eternoꝝ dolorū supplicia formidemus. His enī̄s causis anima se cōsuescit agnoscere: corpusq3 ieiunijs ac vigilijs deprimēs: ipsa i merore luctuq3 cōtinuo pseuerat. donec spirit⁹ sancti calore succēsa: superne cōtēplationis mereatur auxiliū̄: et a cōtagijs exuta terrenis diuinis iugit̄ exerceat̄ aloquijs alias etiā qui sp̄ hec cogitat: puritatē mētis obtinet. humilitatē cordis acquirit: vanā gloriā respuit: omni seculari prudētia carere cōtēdit. Philosophetur ergo charissimi fratres: anima spiritalis quotidie aduersus crassa3 carnis sue materiā omniq3 circūspectiōe cū̄ ea taliter agat: qten⁹ ad meliora sibi cōsentiat. Et cū̄ vespere puenit ad statū singulis mēbris corporis sui dicat. Donec simul sim⁹: obedite mihi suadenti que recta sum: mecumq3 domino cū̄ alacritate seruite. Manibus suis dicat. Veniet tp̄⁹ quādo iactāt ia nostro cessabit: qm̄ pugill⁹ amittet̄: iracūdia nūc erit: qm̄ palme q̄ ad rapinas extēse sunt cōquiescēt. Pedib⁹ dicat. Erit quādo ad iniqtatē nō valebitis prorsus occurrere: quādo prauitatis itinera nō poteritis itrare. Cūcta q̄q3 mēbra sua similiter alloqtur et dicat eis. Anteq̄ mors nos abinuice3 dirimat et separatio q̄ de peccato primi hoīs accidit impleat̄: certem⁹ fortiter: stem⁹ pseuerāter viriliter dimicem⁹: sine torpore atq3 pigricia domino seruiamus: vsq3 dū̄s rursus veniat et tēpora3 abstergēs sudores nostros ad imortalia nos regna perducat. Fūdite lachrymas: oculi demōstra caro tuā nobiles seruitutem: collabora mecum in precibus quibus deo confiteor ne cum requiescere vis atq3 dormire perpetua nobis cruciamenta conquiras. Et ideo vigila semper in operibus tuis quia si ea sobrie gesseris: bonorum tibi retributio copiosa perueniet. Quod si neglexeris tormentorum genera miseranda succedent: et tunc audietur vlulatus anime deflentis ad corpus. Heu me quia colligata sum tibi: et propter te penam perpetue condemnationis accipio. Si hec intra nos assidue tractemus: efficiemur vero templum domini et spiritus sanctus habitabit in nobis: nec vlla nos sane poterit vlterius circūuenire versutia. Super decem milia quoq3 pedagogorum magistrorum doctrinam timor domini per cogitationes huiuscemodi nos erudiet: prudentesq3 constituet: et quecumq3 humano sensu non valemus attingere hic nobis spiritus sanct⁹ inspirabit. Na3 quid oremus: vt beatus ait apostolus sicut oportet nescimus: sed ipse spiritus postulat p nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed ne vos multum laborare cogamus: hunc terminum sermonibus nostris imponimus. Deus pacis et gratie confirmet vos, atq3 corroboret i timore suo fratres. Amē. Hec dicēs sine mora discessit: et commendans eos domino profectus est.


¶ Qd̄ Pachomi⁹ i spū̄ meruit scire secreta hoīm.



Cum q3 pergeret ad monasteriū̄: cui cognomē erat thabēnēse cum theodoro et cornelio: ceterisq3 ꝙ̄ plurimis fratribus: substitit parum per in itinere velut interrogans aliquem de quoda3.


secreto negocio: ⁊ cognouit in spiritu vnum demandatis que prefixerat in monasterio, fuisse neglectũ. Preceperat enĩ qui in pistoria arte laborabãt: vt si qñ facerẽt oblationes nihil loquerẽt̃ superuacuũ sed apud seipsos salutaria meditarẽt̃ eloquia. Uocauit ergo theodoꝝ qui ipsi9 monasterij curã gerebat ⁊ dixit ei. Uade secreto: solicitus inquire qd fratres sero cũ oblatiões facerẽt sunt locuti: ⁊ quicquid deprehẽderis ad me referre curabis. Qui pgens diligẽter inuestigauit oĩa: ⁊ ea que didicit sancto nunciauit. Qui dixit. Nũc existimãt fratres: ꝙ indiciones quas eis dedim9 seruãdas humane sint ⁊ nesciunt: quia pro cõtemptu etiã minimoꝝ mãdati magnũ periculũ negligẽti maneat. Nõne septẽ dieb9 israel silẽtium circa hiericotinam ciuitatẽ concorditer tenuit: deinde tẽpore constituto populus exclamans protinus cepit: ⁊ ita preceptum dei: ꝙꝙ datum per homines nulla dissimulatiõe cõtempsit. Nũc ergo deinceps monachi ꝑcepta nostra custodiãt: vt hoc eis peccatũ negligẽtie remittat̃. Siqdẽ ⁊ nosipsi q̃ alijs indicim9: oi sollicitudie custodiam9. Tũc igressus monasteriũ post horationes venit ad fratres q̃ psyatos opabant̃: sedensq̃ cũ eis cepit ipse texere. Trãsiẽs aũt puerul9 q̃ cõstitut9 erat ad obsequiũ ei9 qui septimanã faciebat intẽdit texẽtez beatũ Pachomium: ⁊ dicit ei. Non bene pater operaris: alio modo abbas Theodorus intexit: ⁊ mox surgẽs ait ad puerum. Ostende mihi fili quomodo texere debeam. Et cũ didicisset ab eo: sedit rursus ad opus suũ mẽte tranquillus: ⁊ in hoc facto superbie spiritus cumprimẽs. Nã si ẽm carnẽ quãtulũcũq̃ sapere: nequaꝙ pueri monitis acqescceret sꝫ poti9 increpasset euz ꝙ vltra etatem loqui presumeret.

Diabolus ostendit se pachomio.



Alio vero tempore cũ se remouisset ab omni conspectu: ⁊ in secreto suo moraretur: introiuit ad eũ diabol9 habitu simulato ⁊ ex aduerso consistens: aue inquit Pachomi. Tunc ipse reuelante sibi, spiritusancto visionem renuens inimici cogitabat intra se atq̃ dicebat. Aduentus christi tranquill9 est: ⁊ visio eius omni timore libera: ⁊ gaudio plena est. protinus enim ⁊ humane cogitationes abeunt ⁊ desideria eterna succedunt: ego autem nunc turbatus varijs cogitationibus estuo: Et continuo surgẽs ac signo crucis se muniens: extendit manus suas vt ipsum comprehenderet. Et exsufflans in eum dixit. Discede a me diabole: quia maledictus es tu: ⁊ visio tua ⁊ artes insidiarum tuarum: nec habes locũ apud famulum dei: ⁊ factus veluti puluis: cellam eius molestissimo fetore compleuit: ita vt ipsaz cõfunderet heremum voce magna proclamãs. Modo te lucratus essem: ⁊ sub mea potestate redegissem; sed ꝓcessa est virtus christi. Ideo debeo tẽptare vos in oĩbus. Uerũtamẽ quãtuz possum vos impugnare nõ desinã: oportet enĩ me opus meũ sine intermissione implere. Pachomius vero cõfitebat̃ dño cõfortatus spiritusancto gratias agens ei: de miris erga se beneficijs atq̃ muneribus.

Quod virtus diaboli ostensa est Pachomio.



In hoc etiã monasterio quadam nocte cũ theodoro deambulans subito ꝓcul intuitus ast grãdem fantasiam multa seductione ita cõpositã. Erat enĩ in habitu mulieris excedẽtẽ omnẽ humanã pulchritudinẽ ita vt q forma ei9 ac dispositio ⁊ visus exponi nõ possit: hãc vidẽs et Theodorus turbat9 est valde ⁊ vultus ei9 immutatus est. Quẽ venerabilis senex vidẽs nimiũ formidare: confide in dño ait o Theodore: ne aliquatenus expauescas. Hec dicẽs stetit in oratione: supplicãs dño vt stupẽda illa fantasia: diuine maiestatis potẽtia solueret̃. Cũq̃ simul orarẽt: cepit illa prima fieri quã ꝑcedebat plurima demonũ multitudo. Cũ ergo ꝑces suas Pachomius explicasset illa veniẽs ait ad eos. Quid superfluo laboratis: dum contra me nihil agere possitis? Ego nãq̃ potestatẽ accepi a domino tẽptare quos volo. Et interrogauit eaz pachomius dicẽs. Quid vis esse: vel vnde venis: aut quez tẽptare tu queris? Que ait: ego sum diaboli virtus ⁊ mihi caterua demonũ subiecta est. Ego sum que femina in terra ꝑcipito: ⁊ caligine mortifere voluptatis, inuoluo. Ego iudam quoq̃ decepi ⁊ ab apostolatus deieci fastigio. Et te igit̃ o pachomi expetiui a dño ⁊ ipugnare nõ cesso: nec possum ampli9 opprobria demonũ sustinere: ꝙ vniuersis impugnationib9 ac ꝑlijs meis superior extitisse monstreris. Nullus enĩ me sicut tu sine viribus reddidit. Nam iuuenib9 ⁊ senib9: necnon ⁊ pueris doctrina tua me subdidit: ⁊ vt ab eis penitus cõculcarer effecit: tantum cõgregãs cõtra me exercitum monachoꝝ: et muro inexpugnabili: dei timore circũdãs ita vt ministri mei nõ valeãt ex vobis queꝙ̃ sua multiplici fraude seducere. Hec nobis oĩa ꝯtingũt: ꝓpter verbũ dei factũ hoiem: q̃ vobis potestatẽ tribuit: nostrã cõculcare virtutẽ. Et Pachomi9 ait. Quid igitur? Me solũ sicut dicis tẽptare venisti: an nõ alios Et ait: ⁊ q̃ tui sunt similes. Iterũ sanctus vir interrogauit eã dicẽs. Ergo ⁊ Theodorũ? Illa rñdit: et te et theodorũ expetiui: ⁊ potestatẽ accepi tẽptare vos: sed appropinquare vobis penit9 nequeo. Et iterrogãtib9 eã: cur nõ possit id agere: rñdit. Si vobiscũ pugnauero nõ paruã vobis vtilitatẽ cõmodi ministrabo: maxime tibi o Pachomi: q̃ ad tãtã celsitudinẽ ꝑuenisti vt corporeis oculis: gloriã dñi dign9 sis habit9 intueri. Sed numqd in ꝑpetuũ cum tuis monachis habitabis: quos nũc ⁊ orationibus ꝓtegis ⁊ exhortatione corroboras. Erit tẽp9 post obitũ tuũ qñ inter eos ꝓut libuerit debachabor: et agam de his quecũq̃ placuerit mihi. Tu nãq̃ facis

vt nūc a tāta monachoꝝ ꝯgregatiōe cōculcer. Et sanctus vir. Unde scis inquit infelix. Quia forsitā post nos meliores erunt: qui xp̄o sincera voluntate seruiētes. eos qui ad disciplinā domini cōfugiēt: et doctrinis spiritualibus imbuent: et pijs exemplis edificent. Noui ait illa ꝙ contra caput tuū mō mētitus sis. Tunc Pachomius ait: tu mēdacij principatū geris: nā ꝑscire nihil omnino ꝓuales. Hoc enim solius dei est: ⁊ maiestatis eius ac ꝑsciētie ꝓprium cūcta ꝑnoscere. Que respondit. Scd̄m ꝑsciētiā quidē: vt dicis: nihil penitus noui cōijciēdo tamē plura cognosco. Et Pachomio sciscitāte: quomodo cōijciat ait illa. Ex ꝓcedētib⁹: que sunt euentura cōsidero. Et vir sanctus ait ad eā. Quō cōijcere possis exprime. Et illa: oīs (inquit) rei p̄cipiū ꝓcessu tēporis ad cōcitū tendit augmentū. Deinde ad detrimentū demergitur. Sic ergo et de diuina hac vocatione conijcio que inter initia sua celesti roborata presidio signis ⁊ prodigijs validisq̄ virtutib⁹ creuit. Cum igitur senescere ceperit opprobrioꝝ minuetur in crementis: aut tēporis diuturnitate lacescēs: aut negligētie torpore deficiens. Tunc igitur aduersus huiuscemodi potero ꝑualere. Sed ⁊ nunc opus meum est supplantere quos possum. Magnos viros temtare non desino. Cui Pachomius ait. Si vt dicis magnos temptare viros nō desinis: propriūq̄ opus tuū: aiaꝝ ꝑditionē esse ꝓfessa: es vt pote que cūctos excellis in malicia demones: dic quō aduersus dei famulos nūc nō pōt ꝑualere. Et illa. Iā tibi (inquit) aū ꝑdixi: ex quo mirabilis incarnatio xp̄i facta est in terris: nos sine viribus prorsus existere: ita vt ab his qui credunt in nomine ei⁹ illudamur vt passeres. Uerūtū ⁊ si infirmi sum⁹ redditi: nō vsq̄ adeo gerim⁹ ocia: vt quos nō possumus decipere moliamur. Nūq̄ quippe q̄escimus aduersari generi vr̄o, serētes malas cogitationes in animab⁹ eoꝝ qui cōtra nos decertare cōtendunt. Et si nobis titillantibus annuere eis ex parte aliqua senserimus: tunc amplius nequissimas cogitationes immitimus: et diuersarum voluptatum incendia ministramus: et ita ꝑliantes acerrime subintram⁹ eos: nostreq̄ potestati subijcim⁹. Si vero viderim⁹ ea q̄ suggerit a nobis eos econtrario nō solū nō suscipere: verū nec libēter attendere: fide que in xp̄o est vigilāter ⁊ sobrie se munire: sicut fum⁹ dissipat in aere: sic ab eoꝝ cordib⁹ pellimur ⁊ fugamur. Nō oībus etiā virib⁹ nostris ꝑmittimur cū oī hōie congredi: nō oēs possunt nostros impetus sustinere. Nā si cōcederetur nobis passiꝫ contra omnes tota nostra fortitudine depugnare: multos possemus qui nunc tuo tuentur labore decipere. Sed quid agimus quia iuuantur ꝑcibus tuis et virtute ac potentia crucifixi muniunt. Tūc sanct⁹ Pachomi⁹ voce magna cū gemitu dixit ad eā. O indomitabilis nequitia vestra: que nunq̄ aduersus gen⁹ humanū seuire desistit: donec iterū diuina virtus idest dei filius de celis ad veniens: ex integro vos cōsumat ⁊ ꝑdat. hec dicēs: increpauit catervā demonū sub noīe xp̄i. Que mox dissipata est et ad nihilū dissoluta. Mane aūt facto: conuocans Pachomius oēs fratres q̄ vel sanctitate vite vel antiquitate tēporis eū ꝑcedebāt: exposuit eis cūcta q̄ viderat a malignis spiritibus. Insinuauit etiā ꝑ epistolas suas absentibus muniēs eos in disciplina atq̄ timore dn̄i: et instruēs ꝓuidēter: vt in nullo prorsus fantasijs demonū cedāt nec insidiarū multiformia prestigia extimescāt. Qui vidētes ⁊ audiētes q̄ per diuinā gratiā ab eo miracula gerebantur corroborati atq̄ solidati fide: cū omni alacritate labores continentie sufferebant.

¶ Quod Pachomius sanauit quem scorpio percussit.

Interea alicuius fratris q̄ patiētie senis emul⁹ ⁊ imitator erat cū staret ad orationē: percussit scorpi⁹ pedē ⁊ adeo virus infudit vt vsq̄ ad cor eius dolor excuteret: ⁊ spiritū paulominus exalaret. Qui sic affectus extremo cruciatu: nō tū se cōmouit a loco suo donec fineretur oratio pro quo statim Pachomius preces christo fudit: ⁊ pristine sanitati restituit.

¶ Quod infirmitas corporis quandoq̄ proficit ad salutem.

Theodoro quoq̄ grauis passio ca xpitis inflicta dolores acerrimos excitabat. Qui cū rogaret Pachomiū: vt cū suis releuaret orationibus: ait ad eum. Putasne fili ꝙ alicui contingat dolor aut passio aut aliquid hmōi sine permissione dei. Idcirco in dolore sustine: ⁊ in humilitate tua patientiam habe. ⁊ qū voluerit dn̄s tibi cōferet sospitatem. ꝙ si et diutius probare dignatur: esto gratus vt fuit ꝑfectissimus ⁊ patientissimus Iob: q̄ multas tribulationum ⁊ cruciatuū tēptationes excipiens dn̄m benedicebat. Et sicut ille: tu quoq̄ pro doloribus tuis maiorē requiem a xp̄o ꝑcipies. Bona quippe est abstinētia: ⁊ in oratione perseuerentia: tamē infirmus premiū magnū adipiscitur: cū longanimis ⁊ paciens inuenitur. Et q: nobis de magnanimis viris sermo precessit necessariū reor vnius adhuc viri tolerātiam: que cūctā laudē trāscēdit humanā proferre in mediū pro vtilitate multorum.

¶ De patientia zachei monachi.

Zacheus q̄dā monach⁹ post lōgū cōtinētie tēp⁹: regio morbo corrept⁹: sequestratā a fratrib⁹ habuit cellā: tota vita sua pane tātū ⁊ sale contētus. Semꝑ autē psalmos ꝑsatos operabaf tantāq̄ ꝯtritionē ꝓpter dominum habuit vt sepenumero funiculos itorquēs cōpungerent man⁹ ei⁹ ⁊ sanguinis guttas effluerēt intantū vt ex ipso ope magna viri tolerantia mō

straretur. In tanta igitur infirmitate corporis con
stitutus nunꝙ fratrum collectā deseruit: sed ad ex-
plēdas omnes diurnas orationes sollicite conuola-
uit. Nunꝙ dormiuit interdiu. Consueuerat autem
per singulas noctes priusꝙ caperet somnū quedā
de scripturis meditari totaqꝫ mēbra sua xpi signa-
culo muniens: glorificabat iugiter dñm: ⁊ ita paulu
lum quiescebat. Deinde circa noctis medium sur-
gens vsqꝫ ad matutinas orationes alacriter perma
nebat. Huius aliqñ manus quidā frater inspiciens
opis nimietate atqꝫ violentia fortiter sauciatas: et
respersas sanguine: dixit ei. Quid ita pater durissi-
mo labore te discrucias: maxime tali infirmitate de
pressus. An forte metuis ꝙ apō deū cōtrahes offen
sam vel ocij crimē incurras: si nō sedulo fueris ope-
ratus. Scit dñs ꝙ pateris: et q: nemo tātis tribu-
lationibus afflictus vllum valet opus attingere: p̄-
cipue tu q nulla necessitate cōstringeris. Nam si pe
regrinis ꝓpter deū sufficiētiam vsqꝫ largimur: quā
tomagis tibi tāto pr̄i cū deuotione seruiamus. Ad
quē ille respōdit. Impossibile ē mihi nō opari. Et
frater ait. Si hoc inquit tibi placet: saltem manus
tuas oleo perunge: ne tātus sanguinē pfluentes in
labore deficiāt. Qui cōsilio acquiescēs: fecit qō hor
tatus est eum: ⁊ intātum vulnerate manus eius gra
uate sunt: vt nequaꝙ posset sufferre cruciatus. Ad
quē visendū beatus Pachomius veniens ait. Pu
tabas frater ꝙ te oleum posset iuuare? Quis ꝟo te
coegit ita sedulo laborare: vt sub pretextu opis in
hoc visibili oleo magisꝙ in deo spem poneres. Aut
nūqd impossibile est sanare te. Aut ignorat egritu-
dines singulorum nostrisqꝫ cōmonitionibus indiget:
vel despicit nos: qui est natura misericors. Sed vti
litatē cōsiderās animarū nostrarū sinit ad momen
tum pati tristiciā vt tolerātie perpetua premia lar-
giatur. Sup ipsum igit̄ omnē curā nostrā sollicitu-
dinemqꝫ iactemus. ⁊ quādo voluerit vel quomodo
iudicauerit. ipse terminū doloribꝰ nostris benignꝰ
imponet. Qui respōdēs ait. Ignosce mihi venera-
bilis pater: ⁊ ora ꝑ me dñm: vt ⁊ hoc mihi delictum
remittere pro sua pietate dignetur. Asserebāt autē
plurimi de hoc sene ꝙ per annū integrū fleuit: post
biduanum ieiunium parum cibi pcipiens. Hūc san
ctus Pachomius monachis ꝓponebat velut exē-
plum bonorum operum firmamētumqꝫ virtutum. Ad
quem etiam eos q erāt in merore positi dirigebat
quia ⁊ habebat cōsolatorium verbum: sicut nullus
alius. Qui vsqꝫ ad finem fortiter decertans in sene-
ctute sancta pro doloribus tantis eterna solatia re
cepturus migrauit.

De obitu sancti Pachomij



Certus itaqꝫ Pachomius ꝙ talentū sibi
creditum: nūꝙ prorsus abscōderet sed om
nibus perogās ⁊ hūc ⁊ alios ꝙplurimos
perfecte conuersationis ad xp̄m ante pre-
miserit diem festum leta mente celebrabat: super tā
tis ac talibus fructibus a domino sibi concessis de
quibus noster hic sermo q: diu productꝰ est deo gra
tias refero. Post beatissimum vero paschalis festi
diem multis fratribus ad dñm premissis ad postre
mum ipse quoqꝫ beatus Pachomius infirmatꝰ est
et ministrabat ei. Theodorus cuius sepe memini-
mus. Et ꝙuis esset toto corpore attenuatus ac de
bilis faciem tamen habebat hilarem atqꝫ fulgentē
ita vt ex hoc quoqꝫ videntibus pie mentis ac since
rissime cōscientie sue mōstraret indicia. Ante duos
ergo dies sancte dormitionis sue cōuocāns vniuer
sos fratres ait ad eos. Ego quidem charissimi viā
patrum securus ingredior. Iam video me a domi-
no protinus euocari. Vos ergo mementote verbo
rum que a me frequēter audistis ⁊ vigilātes. in pre
cibus sobrij estote in operibus vestris. Nulla sit cō
iunctio cum sectatoribus miletij vel arrij seu xp̄i pre
ceptis aduersantibus. Cum illis aūt conuersami-
ni qui deum metuunt ⁊ possunt prodesse vobis in
conuersatione sancta ⁊ animabus vestris prestare
solatia. Ego iam delibor ⁊ tempus mee resolutio-
nis instat. Eligite igitur ex vobis fratrem me pre-
sente: qui post deū presit omnibus curāqꝫ vestram
gerat animarum. Quātum vero mea discretione ꝑ
pendo petronium ego ad hoc opus idoneum dico
vestrum autem est qō expedit vobis eligere. Rece-
perunt ergo ⁊ hoc obedientissimi filij cōsilium pr̄is
Erat enī Petronius potens in fide. humilis in cō
uersatione. intellectu prudentissimus. bonis mori-
bus. discretione perfectus. Pro quo precem domi-
no sanctus Pachomius fudit. q: ⁊ ipsum in mona
sterio cognomento thinobosyorum egrotare com
pererat. Cui licet absenti cunctam fraternitatē cō-
mendauit in dño mittens ad eū protinus vt veni-
ret. Et signaculo xp̄i se muniens atqꝫ angelum lu-
cis qui fuerāt ad se directus. aspectu intuens hilari
sanctam reddidit animam. xiiij. die mēsis chon sm
egyptios. qō est iuxta romanos ad septimum dies
Iduum maiarū. Cuius venerabile corpusculum. di
scipuli eius sicut dicebat pro more curātes totā no
ctem super illud duxere peruigilem. psalmos hym-
nosqꝫ canētes. sequēti vero die sepelierūt eū in mō-
te vbi fuerat constitutum. Illi aūt q missi erant ad
sanctum petronium eū deduxerūt adhuc infirmita
te ipsa laborantē. Qui paucis diebus totā fraterni
tatē gubernans: ⁊ hic ī pace defunctꝰ est: relinquēs
post se virū iustum et acceptissimū deo Orsisiū no
mine. Hec igitur nos ex multis eorum meritis descri-
psimus pauca et ex magnis pauca digessimꝰ: nō vt
illis honor aliquis prestaretur: nec enī fas est eos
nostris indigere preconijs: quibus sufficiēs est eter
na laus ⁊ indefficiēs gloria: quā coram christo ⁊ san
ctis angelis eiꝰ adepti sunt: ⁊ plenius cum suis cor
poribus in resurrectione omnium consequēter. Ful
gebunt enī sicut sol in regno dei q glorificantes se
glorificare testatus est: sed vt nos emulatores eorum
pro nostris efficiamur viribus: cum vitas eorū pre-
clarissimas agnoscētes: eas imitari christo donāte

contendimus: precibus semper adiuti beatorũ patrum patriarcharum prophetarum: apostolorum: martyrum: omniumqꝫ sanctorum per quos omnipotens ⁊ clemẽs deus noster beata ⁊ coeterna ⁊ cõsubstantialis et inseparabilis trinitatis pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus glorificetur iugiter ⁊ collaudetur: q2 ipsi debet ois laus ⁊ gloria in secula seculorũ. Amẽ.

¶ Explicit sancti Pachomij vita.

¶ Incipit de Christiano monacho.

Quidam cenomanensis nomine Christianus: iuuenis conuersus est in heremitorium quoddam in archiepiscopatu thuronensi quod dicitur gastinectum: vbi cũ fortiter tentaretur a carne sua affligebat se: in quadragesima ieiunabat et abstinens se ab omni potu: preter vnũ diem in septimana. In hyeme stabat vestitus in aqua frigida vsqꝫ ad collum. disciplinam sibi dabat vsquequo virge dirũperẽtur. Quod cum quadaꝫ die hoc faceret: ⁊ se cecidisset vsqꝫ ad sanguinem audiuit vocem a parte occidẽtis dicentem. Nil prodest tibi quod facis. Iste deus quem inclamas non dabit tibi quod petis: sed conuertere ad me et auxiliabor tibi. Quod ille audiens intellexit vocem esse inimici. Et cũ orasset deum vt auxiliaretur sibi cõtra temptationes: proposuit aggredi peregrinationem ad diuersos sanctos: vt ita finiret vitam suam peregrinando. Et cum diu hoc cogitasset accepto baculo egressus est nudis pedibus. Et cum venisset ante quandam ecclesiam: flexis genibus rogauit deum. vt daret ei bonum consilium vix ab oratione surrexerat: ⁊ ecce sensit fetorem magnum per quod intellexit diabolũ astantem qui ei suggerebat relinquere habitũ religionis ⁊ locum suum: ⁊ gratias agẽs domino de tali signo reuersus est ad fratres suos. Hic aliquãdo in festo sancti Stephani dormiebat ad matutinas. Et cũ legeretur illa lectio vbi legitur. lapidauerunt Stephanum expergefactus. ad hoc verbum reprehendit se de somnolentia dicens. Ve mihi q2 sic dormio ad obsequiuꝫ dei. Iste sanctus non dormiebat quando lapidabatur: ⁊ pro persecutoribus orabat ⁊ ego miser debueram rogare istum sanctum martyrem vt oret ꝑ me et post hoc cepit intẽtissime vigilare ⁊ rogare sanctum Stephanum vt oraret pro se. In crastino cuꝫ esset in refectorio anteqꝫ aliquid gustaret venit vox ad eum dicẽs. Tu intendis ad terrenas escas: ⁊ non cogitas de glorioso prothomartyre qui orat pro te Tunc aperti sunt oculi eius ⁊ leuãs oculos in celuꝫ vidit martyrem orãtem pro se sicut vox ei dixerat. Quod cum vidisset statim surrexit ⁊ petiit locum secretuꝫ in quo oraret ⁊ dixit. Sancte Stephane: q̃s tibi gratias agam de hoc tanto beneficio tuo. Nihil habeo ꝓprium quod tibi dem. Sed tamen hoc do tibi q̃ amodo pro amore tui nõ induar lineis sed laneis tñ quod ⁊ fecit. ¶ Hic cum postea moneret ceteros vt in bono proposito persisterẽt: narrabat dicens. Eram aliquando in castineto iacens in loco pleno paleis in solario quodam: ⁊ cum vellẽ repausare sentiebam nescio quid quod se mouebat sub renibus meis. Dixi quoqꝫ hoc magistro meo: sed illa motio non quieuit. ¶ Quadam autem die inspirante mihi domino: cepi euertere paleam lecti mei: ⁊ euersa palea cum nil inuenirem: leuaui vnum de asseribus solarij sub quo inueni vnum pedulem et in eodem magnam massam denariorum. Quos cum inuenissem relictis illis cucurri ad magistrum nostrum et confessus sum quid inuenissem. Ille iussit mihi vt afferrem illos ad se. Quod cum fecissem omnes fratres iussit congregari: qui omnes excommunicauerũt illum qui hoc fecerat. Quod cum audisset carpentarius quidam dixit se hoc fecisse: ⁊ petiuit veniam humiliter correctionẽ promittẽs. Magister autem indulsit ei: ⁊ iniunxit ei penitentiam. Sed denarios male acquisitos retinere noluit immo diuisit eos pauperibus et egenis.

¶ Explicit vita sancti Christiani monachi.

¶ Incipit prefatio in vitam sancti Iohãnis eleymonis episcopi Alexãdrini: al's elemosynarij appellati.



Cogitante me ac diu tacite sollicite mecum considerante: quid in domo dei commodius ac dignius operari potuissem: ne ea videlicet presumerem: que mihi ex ministerio credito commissa nõ sunt. Nec rursus illa arriperem. que ingenioli mei vires excedũt secũdum illud Salomonis. Mel inuenisti comede quod sufficit tibi ne forte satiatus euomas illud. Et alibi. Altiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scrutatus fueris. Ecce subito quidam strẽnui ac studiosi viri me cohortari voluerunt: vt in latinum sermonẽ verterem Leontium de vite residuis Iohãnis Alexandrini antistitis: quem greci propter multiplicem cõpassionem quam erga omnes possidebat merito et absolute eleymona id est misericordem appellãt quatenus tantus vir non tantum sermone greco: verũetiam latino eloquio pollentibus vtilitati eẽt et commodo. Quapropter quia me dignum ad tantum opus atqꝫ ydoneum minime perspexi. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniret auxilium mihi. Sicqꝫ solatia patrum: ⁊ orationes adhibens taꝫ proficuum virum non passus sum celare latinis. Sed licet membranas inciderim cedulas preparauerim: non tamen hunc in codicẽ ausus sum redigere anteqꝫ a dominatione vestra. O miles beate licẽtiã adipisci promerui. Neqꝫ enĩ satis est: vt absqꝫ vicario dei: absqꝫ clauigero celi: absqꝫ curru ⁊ auriga spũalis israelis; absqꝫ vniuersali põtifice; absqꝫ vnis

to Papa:absq; singulari pastore:absq; speciali pa
tre: absq; te omnium arbitro: aliquid consumme-
tur:aut diuulgetur. ¶ Tu enī teneβ claues dauid
Tu accepisti claues scientie. In archa quippe pe-
ctoris tui tabule testamenti:⁊ manna celestis sapo-
ris requiescunt. Tu enim quod ligas: nemo soluit:
quod soluis nemo ligat:quod aperis nemo claudit
quod claudis nemo aperit. Uicem namq; in terris
possides dei. ¶ Cum autem hunc beatū in latinū
veterem eloquium:nec grecorum idiomata:nec eo
rum ordinem verborum sequi potui vel debui. Nō
enim verbum e verbo:sed sensum ex sensu excerpsi.
Sed nec latinas regulas vsquequaq; seruare cura-
ui dum tantū intentio mea illo tēderet:ex quo vti
litas nasceretur legētibus. Qua de re angelice do-
mine:non personam tantillitatis mee intuens:non
astutiam inuestigans. non verborum faleras requi
rens:sed potius pio cordis oculo:profectum legen
tium prenoscens:vt tantus vir tanq̄ exēplar ⁊ spe-
culū sit omnibus vestra apostolica autoritate trās
lationē hanc si vestro arbitrio placet firmate:si dis
plicet emendate:dum mō latinitas se tanto nō do-
leat esse sale priuatam: quo grecia se gaudet opi-
me conditam. Suscipe ergo sanctus a peccatore in-
terpretatū: ⁊ noli attendere per quē translatus sit,
sed quis translatus sit. Neq; enim propter fistulā
plumbeam aquam limpidissimā despicias:neq; p-
pter spinas que producunt rosam que producitur
spernas. Custos vero ⁊ amator tuus: quando vo-
luit. Pharaoni ⁊ nabuchodonosor iniquis regib⁹
somnia quibus futura prenoscerentur ostendit. ⁊
Cayphā impium quod expedieabt protulit: qui-
immo qui valuit a fine loq articulata v̄ba pmisit.
Salue presul amate deo:per secula salue.
Totius atq; orbis papa beate valde.


¶ Finis prologus.

¶ Incipit narratio sancti Leontii episcopi neapo
leos cyprorū insule in vitam sancti Iohannis eley-
monis alexandrini episcopi.



Intentio quidem vna est nostra
quoq; ⁊ eorum qui ante nos fue
runt studiosorum: ⁊ sanctorū vi-
rorum. super presenti memorabi
lis viri vite narratiōe. i. vt in om-
nibus quidem imitatio pie ⁊ vti
lis fiat. gloria autem ⁊ magnifi-
centia sancte ⁊ adorande trinita
ti referatur: ⁊ in hoc sicut ⁊ in omnibus que semper
in generatione ⁊ generationem propria luminaria
ostendit: ad illuminandos qui in tenebris ⁊ in vm-
bra mortis sedent peccatores. quoniam vero ami-
ci christi non valde miramur qui ante generationes
nostram fuerunt viri qui deo placita conuersatione
vixerunt. Sed de dyabolica operatione illos ser-
mones semper dicimus ad alterutrum: quia sub vi-
ris: qui ante nos fuerunt: non erat iniquitas homi
num multiplicata sicut modo: vt pdixit diuina scri-
ptura: eo φ abundauit iniquitas refrigescit chari-
tas multorum: ideo non valemus ad eorum consur
gere meritum. ¶ Huius rei gratia ad presentē san
cte huius vite narrationem ex parte venimus ostē
dere etiam diebus nostris volentes: ⁊ propositum
suum cogentes excellentiores nobis demonstrari: ⁊
angustam ⁊ arctam viam posse incedere ⁊ obstrue
re os loquentium iniqua: ⁊ anime noxios intellect⁹
vitare. Iam quidem ⁊ alij ante nos optima atq; ex
cellentissima de hoc admirabili viro ⁊ summo sacer
dote Iohanne philosophati sunt potentes existen
tes in opere ⁊ in sermone. Dico enim Iohannem ⁊
sophronium dei cultores ⁊ amatores virtutū: ⁊ pie-
tatis propugnatores: attamē q̄uis tales essent de
dignitate ⁊ merito studij viri istius: ⁊ ipsi omiserūt
⁊ idipsum perpessi sunt: quod nōnulli studiosi agri
cole vineam vberem ⁊ fructuosam vindemiantes.
Nam relinquunt vtiq; ex fructu benedictionē etiā
nolentes se retro sequentibus egenis eligentibus
idest colligentibus racemos in vinea: ex quibus su-
mus ⁊ nos minimi. Nam ⁊ omnes sancti isti: q̄uis
omni fortitudine sua fructiferam hanc oliuam que
in domo dei vt ait psalmista. Plantata est ppter
multiplices reuera oliuas q̄ in ea sunt zelo deivide-
miare studuerunt attamen lauit eos multus oliue
fructus domino dispensante. Nostram ergo vilem
⁊ frigidam alacritatem suscipite. vt duo vidue mi-
nuta non enim illis detrahētes. neq; qui possimus
eorum a deo donatam sapientiā imitari iusti gesta
scripture tradere festinauimus. sed primo quidē ve
lut intelligimus. non iustum esse ea que possunt vti
litatem audientibus facere. silentio occultare. ne ⁊
nos incidamus in iudicium serui illius qui talētum
in terra absconditit. Secundo autem vt in hac narra
tione nostra correctiores ⁊ delectabiles hystorie cō
scribantur: que scripte non sunt ab optimis viris: in
laudibus sanctissimi reuera atq; beatissimi Iohan
ni. Deinde vero quia sapientes ⁊ potentes in ser-
mone: amatores hystorie erant: sapienter ⁊ sublimi
ter materiam depinxerunt: quod maxime ⁊ peram-
plius erexit nos ad presentem sollicitudinem: vt eo
qui inest nobis pedestri: deformi humiliq; characte
re enarramus: vt possit ydiota ⁊ sine litteris de
his que dicuntur proficere.

¶ De zacharia ⁊ de natiōe meme: ⁊ φ iste
sanctus omnino non iurauerit.



Cum peruenissem Alexandriā ego in
dignus ad amplectandos sanctos et
victores martyres: kyrum ⁊ Iohānē
⁊ eorum iocundis epulis ⁊ refectionē
frueremur conuenientibus: ⁊ colloquē
tibus ibidem quibusdam viris venerabilibus atq;
philosophis: ⁊ disputaremus de scripturis ⁊ de ani
me institutione: venit ad nos quidam peregrinus
petens elemosynam. Dicebat enim se nuper de ca-
ptiuitate persarum ereptum. Accidit igitur vt nul-
lus de consedentibus inueniretur: habens obolū
aut nummum. Unus ergo de consedentibus habe-
bat illic astantem mercenarium callide datorē acci-


pictem tres tantum nummos per singulos annos habentem vxorem τ duos filios. ¶ Cumq; recessisset qui petebat prosecutus est eum ingeniose: τ abstulit a se quam ferebat cruciculam argēteam: τ dat ei dicens se non habere aliud aliquid vsq; ad filiquam vnam in vita sua. ¶ Ego igitur de hoc quod acciderat: immo quod gestum videram: per gratiam dei inuentus sum considerare quod fecerat: τ compunctus enarraui statim prope me sedenti: mēne nomine viro industrio τ timēti deum: qui τ erat ordinans dispensationem sanctissime ecclesie sub nobili τ beatissimo Johanne patriarcha. Qui cum me intuitus esset admirantem ac laudantem eum qui elemosynam fecerat: dixit mihi. Ne mireris eo φ ex traditione τ doctrina huiusmodi actionis operatore extitit. Et dicente me ad eum quomodo ꝓpter charitatem prodest hoc: mihi ipse respondens ait. Sāctissimo ter beato patriarche nostro ministrās permansit Johanni: τ tanq̃ filius proprius patris industriam suscepit: dicente sancto ad eum. Humilis zacharia esto misericors τ verbum ꝓmissionis habe ex deo per infirmitatem meā: quia neq; inuita mea neq; post mortem deerit a te deus: quod ser uat vsq; hodie. Multas enim benedictiōes mittit ei deus sed non dimittit quicq̃ quod nō statim det pauperibus: prope modum constringens τ in nihilum redigēs domum suam. Multotiens in exultatione inuenerunt eum quidam dicentē deo sic: aut tu mittēdo: aut ego dispergendo videbimus vero quis vincat: liquet enim quoniā tu diues domine τ vite nostre ministrator es. Porro aūt quādo subita euentum non habet ad horam aliquid quod det a se petenti: contristatus dicit ad tabernarium aut ad alium negociatorē da mihi vnum tremissē idest tertiam partem solidi auri: τ seruiam tibi vno mense vel duobus: vt vis: τ vbi vis: qm̄ esuriit valde q̃ in domo mea sunt. Et sumēs dat egēti: rogās vt nemini dicat. ¶ Cū q̃ienssisset me idē de cultor mēnas tāq̄ euāgeliū audientē se dixit mihi cū ꝯpunctiōe. In hoc miraris dñe iā si inuenisses sanctū patriarchā qd faceret. Aio ei. Quid amplius viderē. Tunc dixit mihi. Crede ꝑ indulgentiam dei ipse me fecit presbyterum τ vicedominū sanctissime ecclesie: τ vidit in eo opera: vniuersam pene naturam excedentia. Et si dignatus fueris in seruilia mea hodie veniendo sanctificare nos: enarrbo tibi gesta: que ipse inspectorē eorum factus aspexi. Cumq; hoc dixisset tenui manum τ erexi eum: apprehēdensq; duxit me in a deo seruatā domū suā. Itaq; cū volvisset nobis mēsam dignatus apponere dixi ad eū. Non iustum est o dñe anime cibū relinquētes: corpus ante animā reficere. sed magnū cibum qui non perit sumamus et post modū corpori necessitatem ꝑstemus. Cū ergo cepisset vitā sancti sine mēdatio recitare: primū inquit τ precipuū bonū eius fuit quoniā omnimodis non iurauit. Petij igitur chartam τ attramētariū: τ que dicebantur per ordinem annotabam.

¶ De stipēdijs paupeꝝ quos dños appellauit.



Promotus ergo τ in throno residēs in amica xp̄i magna ciuitate Alexādria decreto diuino veraciter: τ non ex hominibus neq; ꝑ hoīes hoc primū forte factū τ pmū oībus demōstrauit. Mittēs enī mox dispēsatores: τ eū qui dicebat̄ sup pacē: dixit corā oībus ad eos in honorabili secretario. Non iustū est o fratres ante alterius cuiusq; curā habere: q̄ xp̄i. Omni ꝯo multitudine que ꝯuenerat audito verbo compuncta ac sustinēte: dixit iterū ille beatus. Euntes ergo ꝑ totā ciuitatē cōscribite mihi vsq; ad vnū omnes dominos meos. Illis aūt nō intelligētibus q̄ hi dñi essent: sed rogātibus dicere τ mirātibus qui nam patriarche dñi existerēt rn̄dit rursus angelicū illud os τ ait. Quos vos egenos τ mendicos vocatis: istos ego dominos τ auxiliatores ꝑdico. Ipsi enī nobis vere τ auxiliari τ celoꝝ regnum donare poterūt. Et cū hoc multa velocitate vidisset factū xp̄i imitator: ꝑcepit eis ꝑ singulos dies stipēdia tribui et ꝑ ꝓpium dispensatorē prebere eis sufficientē necessitatem: plus autē erant q̄ septem milia quingēti. Tunc quasi pastor verus τ nō mercenarius cū sacro sancto ouili: τ cū ꝯuenētibus sanctis viris episcopis ad ecclesiā sanctā ꝑgēs cōsecrat̄ ē diuino iudicio.

¶ Quod aquam mēsurā τ pondus statuerit.



Iustum vero est τ hoc gestorū eius nō postponere bonum. In crastinū enim iterum mittēs per totā ciuitatē eosdē dei amicos yconomos τ cancellarios: τ reliquos q̄bus erat dispositio ciuitatis credita nonpmisit mensurā qualecūq; vel pōdus parū τ magnū in tota ciuitate: sed oīa in vna campana: idest iusta τ equali statera: modiorum arcabe: idest mensura modios tres: continēs: τ tertiā partem modij vendere τ emere contestabatur scribens in subscriptione sua: conditionem per omnem regionem habentem formam hanc. Johannes humilis τ exiguus seruus seruorum dñi nostri: omnibus sub paupertate nostra de gentibus: quicq; ab eodem domino nostro regimini subesse noscūtur. Hec egregio beato Paulo: per eum qui in eo loquebatur: christo iubente: τ omnibus legem ponente obedite prepositis vestris τ subiacete eis ipsi enim peruigilant quasi rationē pro animabus vestris reddituri. Credit tantillitas mea verbo diuino obedientes: vos suscipere petitiones nostras: vt ex deo: τ n ōex homine. vnde hoc sciens moneo charitatem vestrā vt nequaq; in quopiā vestrū appareat huiuscemodi preuaricatio. Deniq; vt ait diuina scriptura: statera magnā τ paruā odio habuit deus. Si vero quis apparuerit: post ꝑsentē subscriptiōis nostre ꝑditionē. istius modi crimē incidēs: vniuersas facultates suas indigētibus nō volēs sine mercede apponet. Ergo vt dignum memoria τ hoc ip̄m publicum precepturn hic ponere curauimus.

¶ Quod munera accipientes correxit.




Elatum est autem aliquãdo huic diui nitus sapientias cõsecuto ꝙ per xenia ecclesie rectores emptas psonas acciperent: circa dispositiones captiuorũ Quod nihil negligẽs cõuocauit oẽs et neminem penitus exasperãs: super auxit mercedes: que eis prius dabantur: ponẽs verbis quatenus munera a quolibet omni modis mõ acciperẽt: qm̃ inquit ignis cõsumet domos munera accipientium. Extũc igitur p gratiã dei abundauerunt domus eorum: ita vt quidam ex eis additam sibi mercedem quãtitatem dimitterent.

¶ Quod licentiam ꝛ confidentiam se adire volentibus dederit.



Discẽs ħo aliquãdo iterũ ille ter diues: ꝙ quidã iniuriã paterenẽ ab aduersarijs suis: ꝛ volentes adire eum: timore cãcellariorum ꝛ ecclesie defensorũ atꝙ ei astantum phiberenẽ ꝯsideraiut tale quid deo acceptum negociumꝛ quarta ꝛ sexta feria publice ponens sellã ꝛ duo scãna: sedebat ante ecclesiam: colloquens quibusdam strenuis viris aut sancta euãgelia pre manibus tenens nullus tãti obsequij appropinquare sibi pmittẽs: excepto vno defensore ecclesie: licentiam et cõfidentiam dare festinãs se adire volenti bus quibus ꝛ cõfestim qḋ dignum erat per ecclesie defensores faciebat: ꝛ precipiebat vt nemo eorꝫ gustaret quousꝙ ordinarent capitulũ: ꝛ audiẽ dientibus dicebat. Si nos homines existentes per missionem semꝑ pro petitionibus nostris habem⁹ ingrediendi domũ dei: ꝛ petitiones nostras facere ei videlicet intractabili ac omni creature supueniẽti atꝙ operã damus: quo preces nostre impleantur: necnõ ꝛ rogamus eũ vt nõ tardet: sed illud prophete dictum protinus exclamamus. cito anticipet nos misericordia tua dñe: quomodo putas nos conseruorum nostrorꝫ petitiones: cum omni festinatione debemus peragere: memores dñi dicẽtis: i qua mẽsura mensi fueritis remetief vobis: per ꝓphete vocem iterum peribẽtis queãdmodũ perfecisti erit tibi: vna ergo dierum simili modo hec mirabilis procedẽs: ꝛ in solito loco psidẽs vsꝙ ad horam quintã ꝛ nemine accedẽte mestus ꝛ cũ lachrymãs recessit nullo autẽ audẽte eum interrogare causaꝫ meroris sanctus Sophoronius ait ad eum secreto. Ille em̃ erat tunc. Que causa est dei curator: retinentis animum tuum sanctum tristicie. Omnes quippe nos repente cõturbauit. Qui dixit ei mãsueta voce. Hodie humilis Johãnes qualẽcũꝙ mercedem a quopiam nõ habuit neꝙ xp̃o pro innumeris peccatis eius aliqḋ obtulit. sicut nec aliquãdo. Cui sanctus Sophoronius diuinit⁹ inspiratus respõdit. Nõ ẽm intellexit causam ob quã idẽ tristabaẽ patriarcha. Hodie ħo gaudere ꝛ letari opꝫ beatissime. Ueraciter em̃ beatissimus es ita pacificãs a xp̃o creditum tibi gregem. vt nullam habeat cõtra proximũ suum litem aut dubietatẽ: sed velut angelos sine litigio et sine iudicio hoĩes esse fecisti. Ille aũt vere mitis pastor credens quod dictũ erat verũ esse oculos in celum extendens dicebat. Gratias ago tibi deus qꝛ ꝛ immeritã pusillanimitatem meã sacerdotio fungi: et me exiguũ ꝛ peccatorem sacerdotẽ tuũ vocari: ꝛ pascere rõnabilẽ gregẽ dignatus es. Nõ vero pusillanimitate omni deposita: gaudiũ in humilitate multum illi affluit. Hunc vero vt quidam aiunt in hoc imitatus est ꝛ constantius ꝙ post Eraclium imperatorem extitit: cuius ꝛ filius erat.

¶ Qḋ eos qui a persis fugerãt benigne suscepit.



Uius sancti patriarche tpib⁹ ascẽdẽtes per se captiuarũt et depdati sunt syriam. Itaꝙ pene omnes q̇ effugiebant manus persarũ: sine deo: ad nomen huius ter beati tanꝙ ad portum sine fluctu accurebãt: ab eo ꝛ ipsi suffragio: ꝛ susceptione perfrui postulãtes. Quos beatus iste hospitio recipiebat et cõsolabaẽ. Non tãꝙ captiuos sed quasi naturales veraciter fratres. Cõtinuo ergo plagatos quidẽ et infirmos in xenodochijs et nosochomijs: id est egenorum domibus fecit recipere precipiens curã eis ꝛ medicinã gratis impẽdi. Et tũc recedere: quãdo vnusquisꝙ eorꝫ ꝓpria voluntate vellet. Illis ħo sani et egeni veniebant ad rogam. masculis quidã singulas siliquas dabat mulieribus autem ꝛ puellis tãꝙ infirmioribus mẽbris binas. ¶ Uenientibus ergo quibusdam indutis ornamẽtis aureis ꝛ dextralibus: ꝛ querẽtibus elemosynam referebãt de eis patriarche: hi quib⁹ erat roga credita. Ad quos beatus ille toruo oculo ac seuera voce visus quãꝙ mitis esset ꝛ visu hilaris dixit Siquidẽ humilis Johãnis imo xp̃i dispensatores vultis esse diuino precepto sine caliditate obedite dicẽti omni petẽti te tribue. Si aũt veniẽtes curiose inuestigaueritis deus curiosorꝫ ministrorum non indiget neꝙ humilis Joãnes. Si em̃ q̇ danẽ mea existerẽt ꝛ mecũ nata essent fortasse bene in meis tenax existerẽ. Si ħo q̇ danẽ dei sunt: vtiꝙ in suis precepto suũ custodiri vult. Si aũt ex incredulitate ꝛ modica fide illud timetis: ne forte multitudo eorꝫ quibus dãtur superet itroitũ pecuniarũ ego vestre pusille fidei cõmunicari nõ patior. Etenim si beneplacito dei actum est: vt essem ego indignus dispensator eius munerum si totus mũdus congregaretur alexãdrie elemosyne indigens immẽsos thesauros dei nõ angustabũt neꝙ sanctam ecclesiam.

¶ De elemosyna que in similitudine puelle apparuit.



Umꝙ illos dimisisset vniuersam q̇ circũdederat istos defectionem et modicã fidẽ scindens loquebatur his qui eis consedebãt ꝛ admirantur de data ei a deo cõpas


fione. ¶ Cum essem inquiens adhuc in cypro iuuenis quasi annoꝝ quindecim vidi vna noctiu insomnis puellā quādā cui⁹ species supra solē splendebat: oꝛnatam supra omnē humanū sensum q̄ venit ⁊ stetit ante lectum meū ⁊ pulsauit me latere. Expgefact⁹ eo vidi eā in veritate stantē et existimaui eā esse mulierem: figura igitur crucis signatus dixi ei. ¶ Que es tu: et quomodo ausa es intrare sup me dū doꝛmirem: habebat ⁊ coꝛona de oliuarū ramis sup caput suū. tūc illa hilari vultu ⁊ subꝛidendo dixit mihi Ego sum pꝛima filiarū regis. ¶ Cūq̄ hec audissē statim adoꝛaui eā. Tūc dicit mihi. Si me possides amicam ego te ducā in cōspectu imperatoꝛis. Etenī nemo hꝫ potestatē apud eum sicut ego. Ego quippe feci eum in terris hoīeꝫ fieri ⁊ saluare hoīes. Et hec dicēs disparuit. Ego vero in memetipsuꝫ reuersus intellexi visionē ⁊ dixi. Credo compassio ac elemosyna est: ⁊ ideo hꝫ in capite ex oliue folijs coꝛonam. Etenī veraciter compassio et benignitas erga homines deū carne vestiri fecit. Statim ergo vestiui me ⁊ nullū domus me excitās in ecclesiā abij. Erat enī iā auroꝛa. Et cū irē obuiā fratri frigoꝛe vexato: expoliaui me indumēto capꝛino: ⁊ dedi ei: dixitq̄ intra me. Ecce in hoc sciā si vtrū vera est visio quā vidi an demoniaca. Et veritate testante nōdū ecclesiam cōpꝛehēderā: ⁊ subito obuiat mihi quidā albis indutus vestimentis: dās mihi ligaturā cētum nummismatū dicēs. Accipe hec frater: ⁊ dispensa vt vis. Ego aūt pꝛe gaudio statim hec suscipiēs reuersus sum volens reddere ei ligaturā illā: quasi nihil indigens. ⁊ amplius nō vidi aliquē. Tunc dixi veraciter nō esse fantasiam. Ex illa vero hoꝛa. sepe dabam cō fratri aliquid ⁊ dicebam videbo si mittat deus mihi vt dixit centupla. Et cum temptassem dñm malefaciens ⁊ satisfactus essem diuersis modis p eas res dixi. Cessa misera aīa tēptādo intēptabilē. Tot igitur certitudines habēte ex deo humili aīa mea. hi increduli foꝛtasse hodie venerunt: ⁊ me in desficientiam secū cadere hoꝛtantur.

¶ De peregrino qui eum temptauit.

Oꝛtione existēte eadē populi multitudine in ciuitate qdē peregrinoꝝ vidēs tantā cōpassionē ei⁹ voluit tēptare eū et indutus vestimēta vetera adijt euꝫ euntē ad visitādos q̄ in nosochomio. i. in īfirmaria iacebāt. Bis enī p hebdomadā vel ter ibat illuc. Et dicit ad eū. Miserere mei qm̄ captiu⁹ sum ego. Dicit datoꝛi. Da ei sex nūmisinata. Deinde cū hec accepisset vadit ⁊ mutat habitū: ⁊ obuiat ei aliunde et pꝛidit ei dicēs. Miserere mei q: coartoꝛ. Dicit denuo patriarcha datoꝛi. Da ei sex nummos aureos: cum vero isset: dicit ille distributoꝛ ad aurē illius patriarche. Per oꝛatiōes tuas dñe idē ipē accepit scdo. Fecit vero seipsuꝫ patriarcha tāq̄ nesciret. Venit itaq̄ tertio iterū accipere: ⁊ tetigit datoꝛ patriarcham qui aurum ferebat significās q̄

ipse esset. Tunc respondit ei dei amicus ille veraciter misericoꝛs. Da ei duodecim nūmisinata ne foꝛte christus meus sit ⁊ tentet me.

¶ De Nauclero ⁊ de argento de stāno fact⁹.



Auclerus quidā peregrinus dāna ptulit: et accedēs huic beato viro rogabat euꝫ multis lachꝛymis: vt cōpateret et ei sicut omnibus alijs. Pꝛecepitq̄ eum accipere quinq̄ libras auri. Cūq̄ accepisset has abiens emit antecham: id est archam: ⁊ misit in nauim. Moꝛ accidit vt extra poꝛtum naufragiū pertulisset: nauim vero non perdidit. Accessit iterū ad eum de bona eius volūtate pꝛesumēs ⁊ dixit. Miserere mei vt deus mūdi misertus est. Cui ille patriarcha dixit. Crede frater nisi miscuisses pecunie ecclesie illas pecunias que tibi remāserant nullatenus naufragiū pertulisses. De malis habuisti eas et perdite sunt cū eis: ⁊ que fuerunt ex bonis: verūꝫ pꝛecepit denuo dari ei decem libꝛas auri denunciās ei ne cōmisceret eis alias pecunias. Emēs pꝛeterea antecham ⁊ nauigans vno die vento valido flante pꝛoiectus est in terras et omnia perdidit ⁊ ipsas nauim et non sunt saluate nisi anime tantum. Voluit ergo pꝛe cōfusione et angustia isidem nauclerus necare seipsum sed deus qui semp saluti hominū pꝛouidet reuelauit hoc beato patriarche. Et cuꝫ audisset quod acciderat ei nūciat eiveuire ad se nihilominus dubitans. Tunc aspersit se puluere ⁊ tunicam scindēs indecenter accedit ad eū. Cūq̄ vidisset euꝫ in tali habitu ille sanctus redarguit eum ⁊ dixit. Misereatur tui dominus benedictus deus credo ei q̄ ab hodierna die nequaq̄ naufragium incidas vsquequo moꝛiaris: hoc vero tibi cōtingit eo q̄ ⁊ ipsa nauis tua ex iniusticia esset possessa. Moꝛ ergo iussit tradi ei vnam magnā nauim plenā frumento viginti milia modioꝝ de illis nauibus que sanctissime ecclesie subiecte ministrabant: Quam recipiēs exijt ab alexādria: ⁊ affirmabat ipse nauclerus asserēs viginti diebus ac noctibus vehemēti vento nauigauimus nō valentes omnino scire quo irem⁹ neq̄ per stellas: neq̄ per loca: excepto q̄ gubernatoꝛ videbat illum patriarcham secū tenentem temonem et dicētem sibi. Ne timeas bene nauigas. Igitur post vicesimā diē apparuimus in insulis britanie: ⁊ descēdētibus nobis in terram inuenimus illic famem magnā. Cum ergo dixissemus pꝛimo ciuitatis q̄ frumētum poꝛtaremus dixit. Bene deus adduxit vos. Quicqd vultis eligite: aut per singulos modios nūmisma vnū aut eiusdem ponderis accipite stannum. Elegimus itaq̄ dimidiuꝫ sic ⁊ dimidiū sic. Rem autem vadit dicere sermo inexptis munere dei incredibilē quidā ⁊ sine fide: his vero qui experientiā miraculi eius habēt credibilem atq̄ acceptā. Nam pꝛeterea alexādriā cū gaudio reuersi quieuie

mus in pentapoli ⁊ asportauit nauclerꝰ de illo stan
no vt venundaret illud:habebat itaq3 illic antiquū
socium in negocijs petentem ex eodem stāno. Dat
ei in sacco quinquaginta libras. At ille volens pro-
bare speciem si bona esset:soluit:illud in igne ⁊ inue-
nit argentum primum. Putauitq3 se esse tēptatum.
⁊ retulit ei saccum dicēs. Deus indulgeat tibi frat̄
quid inuenisti me impostorem:id est iniquum erga
te:quia argentum ꝓ stanno dedisti mihi. Expauc
scens vero de sermone illo naucleruſ dicit: Crede:
ego pro stāno illud habeo. Si vero ille qui fecit de
aqua vinum ipse per orationes patriarche fecit ex
stangno argentum nihil mirum. Et vt satisfiat:veni
ad nauim ⁊ videbis cetera istius metalli socia: qđ
accepisti. Ascendentes itaq3 inuenerunt stannum ar
gentum optimum factum. ⁊ non est peregrinum mi
raculum:o philo xp̄i. Qui enim quinq3 panes mul
tiplicauit ⁊ rursus aquam egypti transmutauit in
sanguinem:⁊ virgā in serpentē transmutauit:⁊ tran
stulit flammā in rorē multis sanctis:facilius et hoc
tā gloriosum miraculū opatus ē:qtenꝰ ⁊ famulum
suum ditaret. ⁊ nauclero misericordiam suā p̄staret

De diuite qui in paupertatem ceciderat.



Ascēdēte sanctissimo isto viro ali
qñ in ecclesiā dñico die accessit ad
eū homo qui multas possederat
facultates:⁊ fures ingressi domū
eius dispoliauerūt eū vsq3 ad stra
mentū:⁊ cū multa questio esset fa
cta ⁊ nō inuenisset q̄ hec ppetraue
rāt:cōpulsus ē multa nimis paup
tate deprecari cū magna reuerātia sanctissimū illum
patriarcham:dicens ei ⁊ calamitatem suam. Misi
sertꝰ ergo illiꝰ multū (fuerat enī ex clarissimis ⁊ ma
gnis principibus) dicit ad aurē illiꝰ cui aurū creditū
erat vt daret ei quindecim libras auri. Cum autem
has daturus abiret:⁊ apprehendit cōsilium logotho
te:id est ratiocinatoris ⁊ yconomi: ⁊ ex diabolica
operatione inuidentes nō dederūt ei nisi quinq3 li-
bras. Cum ergo reuertitur de collecta isdem hono
rabilissimus archiepūs:dat ei i scriptis mulier vidua
habens vnicū filium noticiam xenij quinq3 centena
riorum auri. Cū autem suscepisset ⁊ honorabile secre
tum dimisisset:conuocauit dispēsatores et dicit eis
Quot libras dedistis illi q̄ ad me accessit. Qui dixe-
runt dñe: vt iussit sacratissima sanctitas vestra
quindecim libras. Cum autem cognouisset ꝑ inhabi
tantē in se grām illos esse mentitos adduxit eum q̄
acceperat ⁊ interrogauit eū quid accepisset. Illo ve
ro dicente quinq3 libras:proferens de honoranda
manu sua ille sanctus pictaciū quod sibi traditū fue
rat dixit eis. A vobis exquirat deus ⁊ illa alia decem
centenaria:quoniam si dedissetis quindecim libras
vt dixit humilitas mea:qui attulit quinq3 centena
ria quindecim daret. Et vt certos vos faciam: mit
tens adducam qui has attulit. Et mittens duos ve
nerabiles viros vt accerserent reuerendam feminā
que in baptisterio pictacium ei porrexerat:cui ⁊ in

dicauerat dicens. Benedictionē quā deꝰ mihi offe-
rendā misit in cor tuū ferens tecū veni ad humilita
tē meā. Que cursim surgens apprehendit vestigia
sancti viri vna cum quantitate auri. Cum ergo susce-
pisset ille patriarcha oblationē ⁊ orasset super eā:⁊
super filiū eius sufficienter dixit Obsecro te nonne
hec tantum voluisti dare christo an aliud aliquid. Cū
autē sensisset dei seruū illud qđ fecerat cognouisse:tre
more compressa dixit:per sanctas domini mei ora-
tiones:⁊ sanctū meū mennā.xv.centenaria scripserā
in pictatio:⁊ ante vnam horā cū starem in sinaxi: vt
darem hoc tibi domino meo:dissoluens illud impor
tune legi: Ego enim indigna tua ancilla scripsi hoc
propria manu. ⁊ inueni decem deleta a seipso. Tunc
stupefacta intra memetipsam:dixi. vtiq3 non est vo-
luntas dei:vt dem nisi quinq3. Dimittente autē pa
triarcha reuerendam illam feminam: ceciderunt ad
pedes eius dispensatores qui transgressi sunt volū
tatem eius:petentes indulgentiam:⁊ affirmantes
nihil tale se vlterius acturos esse.

De Niceta patricio:⁊ de lagūculis auro plenis



Intuens niceta patritiꝰ huiꝰ vi-
ri virtutibꝰ pleni magnanimitatē
⁊ sine pcitate manū expansam ⁊
tāq3 ex fonte iugiter omnibus p̄
stātem instinctu quorundā dyabo
licū imitātium subijt ad sanctū ⁊ di
xit ei. Regnū artatur ⁊ pecunie
eget iā:⁊ q2 sine parcitate erogā
tur que deferuntur tibi pecunie:da eas imperio:da
eas in puplicū sacellū. Ille vero de hoc quod dictū
fuerat imperturbatꝰ manēs dicit ad eum: Nō iustū
est dñe:vt arbitror patrici ea q̄ supcelesti regi obla
ta sunt terrestri dare. Si vero ⁊ oīno tale aliqd iudi
casti:crede humilis Iohānes ex eis nūmū nō dabit
tibi:s3 ecce sub humili lectulo meo ē apothecha chri
sti vt volueris fac. Surgēs itaq3 statim patriciꝰ: vo
cat de suis hominibus q̄ portare deberēt:⁊ īponit
sup eos pecunias totas sub lecto inuētas:nō relin
quēs ex eis nisi vnū cētenariū. Et cū descenderent
q̄ portabāt huiusmodi pecuniā ascēdebant quidam
alij portātes pusillas lagunculas. hītes pecunias
missas patriarche de affrica supscriptas. alias qdē
mel optimū:alias vero mel sine fumo. Cū ergo de-
scendens patricius legeret supscriptiones lagena-
rū:insinuat patriarche vt sibi mitteret de tali mel-
le:quo ad opus suū vteretur. Nouerat enī eū mali
esse imemorē. Ascēdente igit̄ qui lagunculas habe-
bat creditas ⁊ respōsa reddente ⁊ indicante pecu-
nias esse ꝓ melle in vasis:statim vere mittis pastor
misit ei vnā lagūculā supscriptā mel optimū faciēs
ei ⁊ pictatiū continēs. Ita dñs qui dixit non te de-
serā neq3 te relinquā. sine mēdacio est:⁊ deus verus
idcirco deum (qui oībus escam ⁊ vitā prebet) homo
corruptibilis cōstringere non pōt. Precipit autem
adeuntibus ⁊ portantibꝰ lagunculam:vt dicerent ei

vt ante se faceret eā aperiri: et dicerent ei: q omnes quas viderat deferri laguculas pecunijs essent pro melle replete. Contigit vero sedente eo ad mensas nunciauerunt eos qui lagunculas portabāt: et picta cū patriarche. Ascendentib⁹ itaq eis cum vidisset vna tm̄ lagunculam dicit ei patricius. Dicit ei. Credo dn̄e magnam iracundiā aduersum me retines. nā vnam solam non mitteres mihi. Tradito autem pictatio eodem et bullā dissoluentibus et euacuantibus coram oībus pecuniā agnouit: et reliquas lagunculas quas vidit similiter plenas esse. Cum ergo legisset q homo corruptibilis deū constringere nō posset cōpunctus de sermone dixit viuit dn̄s neq niceta cōstringet eū. Homo etenim et ipse peccator et corruptibilis est. Et relinquens mor prandium et sumens secū quotquot pecunias ab honorando patre abstulerat: et lagunculam que ab eo transmissa fuerat: et de suo centenaria tria apprehendit. Honoranda vestigia nullo in obsequiū ppriū sumpto: sed in humilitate multa ascendens rogabat cum quasi alijs accusantibus vado indulgentiam a deo exposcere satisfaciens ei q et si penitentiam ei daret: prompte hanc susciperet et custodiret. Admirās archieps velocē viri cōuersionē nihil de cōmisso conquestus est: sed magis cōsolabatur eū verbis consolatorijs Talis aūt amboꝝ confirmata est extunc a deo charitas: vt cōpater iam dicti fieret patricij.

De sterilitate ciboꝝ et de eo q̄ dyaconatū petijt.

Qui abraā in hoc qd̄ expediebat tētauit: vt ei⁹ fidē soli deo cognitā vniuersus mūdo imitet. dicēs Tētauit et memorabilē istū Joh. Modo⁹ aūt illi⁹ tētatiōis forma vtilitatis sciis ei⁹ ecclesijs extitit. Est autē forma hec. Inestimabili multitudine fugiētū a persis: sicut iā dictū ē et adueniente alexādriā: sterilitate multa ciboꝝ facta eo q nō subiret fluui⁹ nilus sm̄ cōsuetudinē: et auro cūcto erogato qd̄ possederat: patriarcha misit et mutuo accepit a multis pphetis circa decē cētenaria. Et hisitē cōsumptis: et adhuc fame manēte: et de cetero mutuū dare ei nullo volēte: sed omnib⁹ ptinaciā famis timētibus. et necessitate compressio patriarcha eorum qui ab eo alebantur et in multa cura et oratione beato perseuerante sensit quidam ciuitatis habitator eam que circūdederat sanctissimum illum ariditatem: et omnimodā egestatem: bigamus existens desiderat dyaconus ecclesie fieri: et per necessitatem que sanctum vndiq circumdederat: volebat suadere ei: vt eum consecraret: fecit ei deprecationem continentem. ita In facie quippe ei nō audebat tale aliquid dicere sanctissimo: et ter beato patri patrum. Joh anni vicario xp̄isti deprecatio et postulatio a coīma indigno seruo seruorum sanctitatis vestre. Edisfcens sanctissime domine que obtinet honorandum caput tuum sm̄ permissionem dei: immo p peccatis nostris escarum penuriam: non iustum existimaui seruus tuus in refectionem conuersari domino meo in subtilitate. i. tenuitate et paupertate manente. Sunt igit̄ indigno seruo tuo frumenti ducenta milia modiorum: et auri libre centum octoginta: quas rogo dari christo per te dominum meum: tantum ego indignus in ministerio tui dyaconatus frui merear: vt per talem cum te domino sancti altaris ministratio nem emunder a peccatoꝝ meoꝝ luxuria. Dicitur enim vere dei predicator per sanctum apostolum quoniam ex necessitate et legis translatio fit. Hec suscipiens diuinitus sapiens et virum aduocās ait ad eum. Tu es qui preces nobis per notarium tuum et filium misisti. Quo dicente etiam domine: misit omnes foras beatus et misericordissimus nolens coram omnibus hunc confundere: et cepit dicere ad eum. Oblatio quidem tua valde iusta et tempori necessaria: sed maculosa: et nosti q i lege: oīs siue parua siue magna: nisi immaculata esset non in sacrificium offerebatur: et ideo ad sacrificium Cain non respexit deus. Quoniam vero dixisti frater q ex necessitate et legis translatio fiat: de lege veteri hoc dixit apostolus. Nam quomodo ait frater domini Jacobus: q quicunq obseruauerit totam legem offendat autem in vno factus est omnium re⁹. De fratribus vero meis egenis: et de sancta ecclesia deus qui eos nutriuit anteq ego et tu nasceremur: et ipse nūc nutriret eos. in tantum si sermones eius illesos custodierimus. Ille enim qui tunc quinq panes multiplicauit: potest et decē hoꝝ: ei mei modijs benedicere. Quapropter illud dico ad te fili q i actibus apostolorum dictum est: nō est tibi portio neq hereditas in hunc parte. Cunq hunc tristem et sine effectu dimisisset: nunciatur ei duas classes magnarum nauium ad terras esse submissas: quas miserat in siciliam propter frumentum. Hoc autē audiens ille beatus: cadens in terram: gratias egit omnipotenti deo dicens. Gratias refero tibi dn̄e: quoniā nō permisisti seruo tuo pecuniis vēdere gratiā tuā. Vere inquirētes te domine: et sancte ecclesie tue regulas custodiētes non deficient omni bono.

De duobus clericis: in culpā cadentibus.



Quibusdā duob⁹ clericis in culpā cadētib⁹: hoc est manū in alterutrū injicietib⁹: hos excommunicauit canonice: p aliquot dies. Horū quidē vn⁹ libēter suscepit increpationē et cognouit culpā suā. Alter vero maliciosus existēs: grau dēspreceptū suscipit. Occasionē enī querebat miser ne ingrederet ecclesiā. sz licentiā haberet perseuerādi in nephādis actib⁹ suis Irascebatur autē cōtra sanctū patriarchā quātūm se erat minabatur ei nocere. Quidā vero o icebāt: et ipsum eē qui prodiderat pecunias ecclesie ad patriciū Nicetā quas et rapuit manu: vt prescriptū est. Nunciatum est igitur ei: q ille malimemor maliciam reseruaret

et non rectam erga beatum hanc voluntatem haberet. Ille autem verus pastor memor dicti illius: quis infirmatur ⁊ ego non infirmor. ⁊ iterum vos qui potestis infirmitates impotentiũ portare: voluit hũc accersire ⁊ decenter admouere ⁊ soluere eum ab excõmunicatione: videbat enim lupum conantem rapere ouem. Dispensatione vero dei actum est. vt innotesceret omnibus patriarche immemor mali animus: oblitus est accersire eum ⁊ soluere ab excommunicatione. Cum ergo ad sanctum dominicũ diez peruenisset: ⁊ sancto altari astitisset: vt metuentum id est impollutum sacrificium offerret: iaz dyacono generalem orationem pene consummante sanctum velum exaltaturo: in mentem malicie immemoris venit: ⁊ statim diuini precepti recordãs asserentis: si offers munus tuum ad altare: ⁊ ibi recordatꝰ fueris: quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuum ⁊c. intimat dyacono facienti oratonez quam dyaconus solitus facere erat: vt reinciperet a capite: ⁊ si impleretur iterũ recapitularet: vsqꝫ dum perueniat eius sanctificatio. Finxit enim se tanquam si eum ventris necessitas compulisset. Et veniens in honorabile cimiliarchium: id est secretarium principale misit statim fere viginti hebdomadarios querentes iam dictum mali modi clericum. Intentio eniz pastoris hec erat. vt educeret de ore leonis ouem. Deus vero qui voluntatem timentium se facit: fecit pre manibꝰ inueniri mox clericum. Et veniente eo: ⁊ veritate testimonium perhibente: prior patriarcha genu flexit dicẽs. Indulge mihi frater. Clericus ergo illiꝰ honorabile pontificiũ ⁊ eoꝝ qui aderant pñtiã magis ꝓ timens iudiciũ dei ⁊ horrens ne forte ignis de celo eadẽ hora ꝯsumeret eũ videntẽ honorandã illã canitiẽ humo iacentẽ: genu flexit ⁊ ipse petẽs veniã ⁊ misericordiã. Et dicẽte patriarcha: deꝰ nobis oībꝰ indulgeat: surrexerũt ⁊ ingressi sunt ambo ecclesiã: ⁊ tunc cũ multo gaudio ⁊ leticia astitit altari cũ mũda cõscientia volẽs dicere deo: dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Ita aũt sana extunc ⁊ cõpuncta mente factꝰ est lector ille vt presbyteri conseceratone potiri mereretur.

¶ De litigio quod habuit cum patritio.

DEiferi quidam sanctorum patrum dixerunt. Angelorum est nullatenus litigare: sed in omnimoda ⁊ perpetua pace consistere: hominum vero est altercari: ⁊ statim reconciliari: demoniũ autem est litigare ⁊ totam diem transire inreconciliatos. Hoc preterea prefati sumus amatores christi propter presentem narrationem. Placuit alio tempore huic nobili: vna cum memorato niceta patritio: de quadam publica re altercari. Modus autem litigij erat talis necessarium est enim dicere cũ sit anime vtilis. Patricius quidem disponere volebat forũ ꝓpter lucra publica patriarcha aũt id nõ paciebat: pauperꝫ in hoc pcurãs salutẽ. Multũ ergo eorũ secretario cõtẽdẽtes ⁊ inflexibiles manẽtes recesserũt ambo ab inuicẽ irati ⁊ in recõsiliati. Erat aũt hora quinta ⁊ quidẽ patriarche erat refragatio ⁊ amaritudo pro mandato dei: patricio autem propter pecuniaria lucra erat. Tamen ait ille iustus neqꝫ pro rationabili neqꝫ pro irrationabili occasione debet homo irasci. Adueniente ergo hora vndecima mandat per archipresbyterum vna cum clero patriarcha patritio: hoc dignum memoria verbuz. Domine sol ad occasum est. Cum autem hoc verbum ille audisset non tolerans cordis sui ardorem: sed tanquam diuino igne inflammatus sancti sermone compunctus est infectusqꝫ lachrymis statim totus factus est ⁊ surgens venit ad beatum hunc. Quem cum vidisset ait. Bene venisti filius ecclesie: obediens voci eius. Mittentibus igitur ambobus metanoeam. i. penitudinem siue recognitionem ⁊ amplexantibus alterutruz sederunt ⁊ aperiẽs os suũ patriarcha: dixit crede mihi domine nisi quia vidi te valde tribulatuz de hoc iam non pigritarer ego venire ad claritatem tuam. Etenim dominꝰ ⁊ deus noster: ipse circuibat ciuitates ⁊ castella et domos visitando homines. Omnibus autem humilitate summi sacerdotis edificatis ⁊ admiratione plenis respondit ad eum. Patricius. crede pater quia vlterius non capient aures mee eorum verba: qui litigiosas mihi suggerunt res: tunc sapiens doctor dixit ei. Crede fili ⁊ frater: si omnibus his voluerimꝰ credere multorum peccatorum erimus domini: maxime in tempore hoc quando facti sunt multi hominum inuicem odientes. Multotiens enim et mihi suadere tentauerunt hi qui suggerebant mihi dispositiones rerum ⁊ cuz facerem sepe finez: vt seductus fueram. post modum alij quidaz suggerebant mihi quod fuerim deceptus in capitulo: cum ergo secundo ⁊ tertio hoc fuissem perpessus: dedi terminum mihimetipsi absqꝫ vtrorumqꝫ parte ne darem diffinitionem alio in capitulo. Quod si qui suggerebant mihi mentirentur: ipsi penaz soluerent quã accusatus ferret: si contra eum calumnia veraciter fuisset iniecta. Et ex eadem die improuide suggerere mihi contra aliquem omnino aliquid nullus taz ausum habet. quod deposco ⁊ moneo magnum decorem tuum fili similiter facere. Sepe eniz ⁊ cedes iniustas faciunt qui sublimitatem creditam habẽt si fuerint verbis suasorijs commoti: ⁊ si sine cruciatu ceciderint que ad eos veniunt capitula. Et patricius tanquam adeo iussu pactus est eius mandatum se custodire omni tempore illesum.

¶ De Gregorio nepote suo.

ISte memorabilis habebat quendam nepotez nomine Gregoriũ. Una itaqꝫ dierum faciens iste cũ quodam ciuitatis tabernario rixam conuitijs ab eo seuere affectus est qui amare dolens nõ solum quia publice verũetiam quia a viliori i honoratꝰ esset: maxime vero quia erat ne

pos patriarche subijt ad eũ in conclaui:eo in secre
to morante flens vehementer. Cũ autẽ hunc estuã
tem ⁊ lachrymantẽ vidisset mitissimus patriarcha
interrogat causam, detinentis eũ anxietatis:scire
hanc volens. Cumq; ille non posset pre amaritudi-
ne que circundederat eum exprimere sermonem hi
qui presto fuerunt:quando eũ exhonorari a nego-
ciatore contigerat ceperunt recitare archiepiscopo
causam:⁊ quia non debuerat(inquiunt) ita sancti-
tas vestra contemni:vt proprios propinquos a de
spectis ex honorari pateretur hominibus. Ille au-
tem verus medicus volens primo veluti emplastro
quodam curare nepotis, sui furiam et tamen tanq̃
ferro icisionẽ:⁊ liberationẽ passionis p sapiẽtissimũ
sosuũ hinc afferre talibus verbis cepit extinguere.
morbum ⁊ dicere:Et omnino ausus est aliquis os
aperire:⁊ contradicere tibi. Crede fili mi patri tuo
quoniam faciã in eo hodie rem vt tota alexendria
miretur. Cumq; vidisset eum remedium recepisse et
tristiciam cunctam proiecisse:putantem videlicet q
ageret contra eum qui se contumelijs affecerat:et
faceret eum flagellari per eum q̃ super forum erat
constitutus.⁊ avarijs pompis de honestari dicit ei
deosculans pectus ipsius fili mi si ex veritate humi
litatis mee nepos existis prepara te ipsum ⁊ flagel
lari:⁊ conuicia pati ab omni homine. Vera eniz co-
gnatio nõ ex sanguine ⁊ carne sed ex virtute mẽtis
agnoscitur. Confestim igitur accersiuit eũ qui super
caupones erat constitutus:et precepit ei ne ab illo
caupone acciperet:neq; consueta sua neq; publica:
neq; pensiones ergasterij eius. Et ipse eñ sanctissime
ecclie erat. Et omnes expauescẽtes immobilez lon
ganimitatem eius intellexerũt esse hoc quod dixit:
quoniam faciam ineũ rem vt miretur tota alexan
dria videliicet qua nõ solũ vicissitudinẽ nõ reddidit
verumetiam p vultione adiutorium impendit.

De damiano dyacono



Nunciatum est aliquãdo huic bea-
to q quidem clericorum maliciã
in corde aduersus quẽdã reserua
ret ⁊ irrecõciliatus ei permaneret
Illo vero querebat huius nomen
et gradum. In crastinum ergo.
dominco die didicit hic. Damia
num noie dyaconum autem esse officio. Precepit.
itaq; archidyacono vt sibi quãdo idem damianus
ad ecclesiam veniret demonstraret. Igitur cum in
crastinum statio dominico die fieret venit idẽ dya-
conus ad stationem:et videns archidyaconus ostẽ
dit eum patriarche. Ob eam enim tantummodo.
controuersiam astabat tunc pontifex sancto altari
quid vero vellet facere nulli credidit. Cum ergo ve-
nisset dyaconus damianus vt susciperet ab eo san-
ctam cõmunionem.secundum proprium gradum
tenuit manum illius ille sanctus et dixit. Vade prius
reconciliari fratri tuo et tunc veniens digne susci-
pe inmaculata immemor malicie christi mysteria.
Reueritus ego coram tãta multitudine clericorum
contradicere illi:maxime in tali loco ⁊ i tali horrẽda
hora spopõdit hoc facere:⁊ tunc de sanctis myste-
rijs dedit ei. Igitur ex tunc omnes clerici ⁊ laici cu
stodiebãt se malicIam retinerẽt:timẽtes ne ⁊ ipsos
cõfunderet triupharetq; quẽamodũ ⁊ illũ dyaconũ.

De eo q habuerit scientiam.
diuinarum scripturarum




Abebat quidem sanctissimus hic
vir scientiam diuinarũ scriptura
rum non autem i sapiẽtia sermo
nis tanq̃ ex inani gloria:sed p eã
dem ipsam operum actionẽ ⁊ mã
datorum obseruationez:⁊ i secre
to quotidiani consilij sui nullus
sermo ociosus audiebatur: nisi.
forte ordinatio rei ciuilis exigeret:sz aut relationes
sanctorum patrum:aut scripturales questiones aut
dogmatica pblemata pp̃ter multitudnem nec no
nominadorum hereticorũ:que regionez circundede
rat: Si vero alicui aliqs detrahere incipiebat hunc
patriarcha p alterã sermocinationem vt sapiens.
ingeniose remouebat si itez pmanebat :nihil qdem
ei dicebat:sest hunc annotens precipiebat hebdo-
madario: ne fineret vlterius eum intrare cum his
quia initiabantur:quatenus per eum ceteros tem
paret atq; erudiret.

De eo qui imperfectum sibi ius-
serit tumulum preparari.



Efinitionẽ aũt ⁊ aliã quãaffecta
uit hic sanctus:nõ est post ponere
Audiẽs enĩ q postq̃ coronatur
impator nullus vniuersi senatus:⁊
astãtiũ exercituũ antiquũ memo
riale ei aliqd nũciet: sz mox hi q
dicũt monumẽtoz edificatores
sumant quattuor vel quinq; mi-
nutias marmoz pusillas de diuersis coloribus ⁊ in
grediãt ad eũ ⁊ dicãt. Domine quali metallo impe
riũ tuuz iubet fieri monumẽtũ tuum: Insinuantes
videlicet tibi quia tanq̃ homo corruptibilis ⁊ trã
sitorius curam habeto tue anime: ⁊ pie regnuz dis-
pone. Imitatur ⁊ iste beatus veraciter hãc dignã
laude traditionem:⁊ precipit sibi monumentũ edi
ficari vbi ⁊ reliqui predecessores eius patriarche ia
cebant imperfectum vero manere vsq; ad obitum
suum:vt imperfecto existente per celebrem festiui-
tatem assistente clero ingrediẽtes qui dicebantur
studiose dicerent ad euz. Domine monumẽtũ tuũ
imperfectum est :precipe ergo vt consummetur:eo
q nescias qua hora fur veniet. Hoc autez faciebat
ille sanctus vt ita fieret:volens imitationem bonã
⁊ post se futuris relinquere patriarchis.

De his que hierosolymaz misit.



Omino ob multitudinẽ peccatoz no
strorum permittente propria tẽpla q̃
erant hierosolymis a percutiendis a
deo persis cremari:dicens hic sanctis
simus patriarcha in multa egestate eẽ

sanctum et modestum patriarcham hierosolymorum Ad horum reuelationem et redificationes mittit ei nummismata mille: et mille saccos plenos frumento et mille legumina: mille libras ferri: mille restes sic catorum pisciu que menomene dicitur: mille vascula vini et mille egyptios operarios mittens ei per litteras. Da mihi veniam vere xpi opator nihil digni templis xpi mittenti. Vellem enim (crede mihi) si esset conueniens: et ipse eo venire et operari in domo scte xpi resurrectionis. Veruntamen illud rogo honorandum caput tuum: vt nullatenus imputes minimo nomini exigui tatis mee sed potius hoc petas a xpo. vt ibi me conscribat: vbi veraciter conscriptio beata consistit.

De vili eius strato: et optorio precioso.



Abuit ille sanctus et hoc bonum dico videlicet quod infimo stratu recumberet: et vilibus operimentis in cellula sua vteretur. Quod cum audisset quidam possessor ciuitatis: ascendens ad eum et videns: quod opertorio scisso et laneo tegeretur: transmisit ei coopertorium nummismatum triginta sex rogans multum eum: vt cooperiretur ad memoriam mittentis. Ille vero hoc suscipiens: propter multam viri postulationes coopertus est semel hoc, est vna nocte. per totam autem pene noctem dicebat ad semetipsum: vt recitabant cubicularij eius. Quis dicet quod humilis Johannes (habebat enim semper verbum istud in ore) palio trigintasex nummismatum tegebatur et fratres xpi frigore necentur: Quanti sunt modo qui dentibus stridunt pre glacie: quanti sunt modo qui psiathium habentes subtus dimidium et supra dimidium: et non possunt extendere pedes suos: sed dormiunt vt glomus trementes Quanti in monte dormierunt incenati et sine lucernis: habentes duplum cruciatum tam ex frigore quam ex ieiunio. Quanti desiderant saturari de folijs olerum: que projiciuntur de coquina mea? Quanti vellent tingere panem suum in scemate quod projiciunt coqui mei? Quanti cupiunt vel odorare vinum quod funditur in cellario meo. quanti sunt in ciuitate ista in hora hac peregrini non habentes vbi hospitentur. et in foro iacent forsitan: et pluuia madefacti. Quanti putas habent totum mensem: vel etiam duos non gustantes oleum? Quanti sunt qui non habent alterum vestimentum in estate et alterum in hyeme et ita miserijs affliguntur Tu vero expectans etiam eternam iocunditatem asse quis: et vinum bibis: et pisces immanes deuoras: et in cubiculis demorari: modo autem cum omnibus malis: et in coopertorio trigintasex nummismatum te calefacis. Veraciter ita viuens et in tali laxatione conuersans: non expectabis illic: preparatis gaudijs frui: sed audies vtique quod et diues ille audiuit. Recepisti bona in vita tua: pauperes vero mala: nunc ergo consolantur tu vero cruciaris. Benedictus deus humilis Johannes alia nocte non cooperietur illo iustum est enim et bene acceptum deo vt tegatur centum quadraginta quattuor fratres et domini tui et tu infelix. Venundabatur vero quattuor recaucile nummismate vno. Mox ergo transmisit illud in crastinum vt venundaretur. Et videns his qui obtulerat emit illud triginta sex nummismatibus et rursus obtulit patriarche. Cum vero in crastinum adhuc vidisset illud emit hoc similiter: et rursus obtulit patriarche: deposcens vt tegeretur ab eo. Cum autem tertio hoc fecisset: dixit ei gratulabundus ille sanctus: videbimus quis deficiet ego an tu. Erat enim opulentus valde: et suauiter quasi vindemiabat cum ille sanctus paulatim ab eo multas auferens et dicebat semper quod posset aliquis intentione dandi pauperibus expoliare diuites: et ipsum etiam ipso camisium. i. vestimentum quod subter camisiam est ab eis beniuole auferre et non peccat: et maxime si sunt aliqui immisericordes et auari. Duo enim lucratur talis.: vnum quidem: quia animas illorum seruat alterum autem quod et ipse ex hoc mercedem non modicam hz. Attulit autem et ad credulitatem verbi et testimonium verax quod circa sanctum epiphanium et Johannem epm hierosolymorum factum est quod sanctus Epiphanius per artem tulit argentum patriarche vez Johannis eiusdem et dedit pauperibus.

De petro theolenario.



Ignum et congruum predicto capitulo referebat semel coram omnibus ille sanctus dicens habebam inquit quendam ministrum in apotheca mea in Cypro: fidelem valde: et virginem vsque ad obitum suum. Hic ergo narrabat mihi: que in Afirica existente me facta est res huiusmodi. Permanebat enim (ait) cum quodam theolenario diuite vehementer et immisericordi. Semel ergo pauperibus in hyeme sedentibus ad solem seque calefacientibus ceperunt singuli domos elemosynatorum collaudare: et pro eis orare per singulos eorum: similiter et domos elemosynam non facientium vituperare. Inter que vero venit in medium eorum: et nomen teolo rij mei theolenarij: et ceperunt singuli interrogare proximum. Vere tu frater accepisti aliquando de domo illa benedictionem. Et omnibus interrogantibus inuicem nullus inuentus est: accepisse aliquando de domo eius aliquid. Dixit ergo vnus ex eis: quid dabitis mihi et ego accipiam hodie ex eo benedictionem. Et facientibus cum eo pactum: venit et stat foris portam domus expectans: quando ad domum suam reuerteretur. Ex dispensatione dei peruenerunt simul ipse ingrediens portam et animal portans siliginea a mancipio causa prandij ipsius. Videns igitur egenum non inueniens lapidem per furorem arripit siliginem de ditella: et iactauit in faciem eius. Ille vero suscepit eam et abijt vt satisfaceret confratribus suis: et quod ex eisdem manibus eius accepisset eam Itaque post duos dies egrotauit infirmitate ad mortem idem theolenarius: et vidit in somnis seipsum

rationeꝫ ponētem: ⁊ suos actus oēs super stateraꝫ
appendere. In vna quideꝫ acie congregabantur
mauri quidaꝫ deformes: altera autē acies aliorum
quorūdā erat candidatorū ⁊ terribiliū specie. Qui
nihil inuenientes boni: vt ⁊ ipsi appenderent ecōtra
aduersuꝫ mala opera: que collecta erant a mauris
in acie ipsoruꝫ nimis turbabāt: ⁊ tristabātur ⁊ men
te consternabāt ad alterutrū ⁊ dicedāt. Ergo nihil
hic habemus? Tunc dixit vnus eorū: vere nihil ha-
bemus nisi vnā siligineꝫ: quā dedit ante duos dies
christo: ⁊ ipsam non voluntarie. Emittētibus eis sili-
ginē equalitas facta est. Tūc dicūt Theolenario hi
qui apparuerāt ei cādidati: Vade ⁊ auge ad siligi-
nem hāc. Naꝫ vero mauri isti te apprehēdent. Eui
gilans ergo agnouit que visa sunt ab eo nō esse mē
dacia: sed vera. Omnia vero que a iuuētute sua con
miserat: ⁊ quorum ipse erat oblitus videbat ethio
pes illos congregare: ⁊ deportare ad libram: ⁊ dice
bat. Heu heu si vna siligo quam iactaui per furoreꝫ
ita profuit: a quantis malis se liberat qui dat i sim
plicitate sua bona indigētibus. ⁊ de cetero ita mo-
destus ⁊ prudens atqꝫ summus elemosynator fact⁹
est: ⁊ etiam corpori proprio non parceret. Contigit
vero aliquādo sm̄ consuetudinem procedere eum
diluculo ad theloneum: ⁊ obuiat ei nauta quia nau-
fragio nudus vt natus est euaserat: ⁊ cecidit ante
eum rogans: vt protectionem apud eum impetra-
ret. Ille ergo putans ꝙ egenus esset expoliauit se
esophorium suum quod illius melius erat ⁊ dat ei:
rogauitqꝫ eum: vt hoc ipse vestiretur: pergens ve-
ro ille erubescens vesteri hoc dedit illud venditori:
vt venundaretur. Et cum recederet thelonearius vi
dit hoc suspēsuꝫ: ⁊ tristat⁹ est vehemēter: ⁊ ascēdēs
domū suaꝫ nihil passus est gustare: sꝫ claudēs ostiū
conclaui sui sedebat plorās: ⁊ cogitās quia nō fui di
gnus: vt mei memoriā haberet egenus. Cuꝫ ergo
anxiaretur obdormiuit: ⁊ ecce vidit quēdam specio
sum tamꝙ solem: ferenteꝫ cruceꝫ super caput suum
⁊ esophorium quod dederat naute assistentem sibi
⁊ dicentem. Qui ploras domine Petre (Hoc enim
quatoq in itinere latrocinātes non tradit in cibum obuiantibus sibi bestijs: quātos euntes concaua terrā ⁊ itinerum seditiones operantes protegit:vt non consumātur a custodientibus canibus vel etiā hominibus. Et me interdum aut cum meretrice re cubente aut cum his qui se inebriāt:aut cum turpia loquētibus conuersente aut scelere quolibet seculi hu ius implicato:apis quidem circūfertur: ⁊ valles ⁊ alueos circuit querens colligere mihi fructum :vt dulce fiat mihi guttur qđ feda ⁊ iniqua pronūciat: vna aūt festinat per calores maturari vt repleat os letificet cor:qđ fact orem suū preuaricatum est. Flo res inuicem se preoccupāt vt delectēt oculos:q̄ for nicationibus ⁊ alienis mulieribus ad luxuriam in nuunt:ficus turbatur quatenus perueniat vt repleat manū per magnitudinem:et os per dulcedinē:qui tenet ⁊ basiat alienā mulierē. Talia ergo inquit ope ra fratres agētes:et tales retributiōes accipiētes a benigno deo qualem debueramus habere prudē tiam cōsiderātes nouissimam nostram et horridas mortem. Multum eni de memoria mortis et exitu anime disputabat semp ille beatus ita vt frequen ter quidam ad eum superbo scommate intrarēt et ridenti vultu et incōsiderato oculo:et exirent humi more ⁊ cōpūcta facie ⁊ lachrymātibus oculis. Pro pter qđ et dicebat. Quia(vt existimo ego humilis) sufficit ad salutem assidue et dolēter cogitare:et sol licitudinem habere de morte:qm̄ nemo nobis in ho ra illa compatiet. aut comitabitur ex vita ista nisi opera bona nostra. Et quomodo angelis venienti bus et properātibus turbatur tunc anima si inuen ta nō fuerit bene p̄parata. Quomodo roget vt ad datur sibi modicum tempus vite. Et audiet. Tem pus eni qđ vixisti bene nō cōsumpsisti. Et iterū di cebat tanq̄ de semetipso. Quomodo humilis Jo hannes trāsire poteris bestias arūdineti:qm̄ obuia bunt tibi exactores. Heu qualis timor ⁊ tremor ob tinet animā tūc rōnem ponentem:tātis exquisito ribus amaris ⁊ immisericordibus. Etenī sanct⁹ iste in memoria semp retinebat:q̄ sancto Symeoni qui incolumis stetit p reuelationē factum est notū quia (vt ait)exeunte anima e corpore obuiāt ei cum ascē derit a terra in celum chori demonum. singuli in p prio ordine. Obuiat ei chorus demoniorum superbie inuestigat eam si habeat opera eorū. Obuiat ei cho rus spirituum detractionis aspiciūt si aliqn̄ oblocu ta sit ⁊ penitētiā nō egerit. Obuiāt iterū superius demones fornicationis. scrutātur si recognoscant in ea voluptates suas. Et qn̄ a terra vsq ad celum misera anima positura rōnem peruenerit seorsum ab ea sancti angeli stabunt et nō adiuuabūt eā nisi bonitates sue. Hec cōsiderās hic nobilis perterrit⁹ pro tali hora:⁊ sollicitus factus est ferēs in memo riam sancti hylarionis eloquiū:cum e vita egressu rus esset formidauit ⁊ dixit anime sue:octoginta an nos o humilis anima habes seruiens xp̄o:⁊ times exire. Exi:quia misericors est deus. Et dicebat sibi pa triarcha. Si is qui octoginta ānos seruiuit xp̄o et mortuos suscitauit ⁊ signa fecit:timuit amarā illam horam.quid habes tu humilis Johānes dicere aut facere quādo obuiauerint in faciē tuā crudeles illi et immisericordes exactores ⁊ exquisitores? Aut quā tam poteris rationem reddere ad eos q̄ exquirunt de mēdatio:ad eos q̄ de detractiōe:ad eos q̄ de cru delitate:ad eos q̄ de auaricia.ad eos q̄ de memoria mali:ad eos qui de odio:ad eos q̄ exquirūt de per iurio. Et dicebat. Deus in eis increpa.nā omnis fortitudo hoim eis resistere non valet. Tu dn̄e da nobis ductores sanctos angelos qui custodiant et gubernent nos. Multa eni est cōtra nos eorū insa nia:multus tremor:multus timor:multum pericu lum pelagi aeris:⁊ mundi huius. Si eni de ciui tate in ciuitatem super terrā ambulātes deprecā mur eos qui nobis ductores sunt ne in precipitia ca damus:aut in agrestium ferarū loca:aut in flumina infinita:aut inaccessibiles ⁊ inuios mōtes:aut in la tronū manus:aut in heremū incōprehensibiles aut inaquosam ⁊ pereamus:quot ductoribus fortibus et diuinis custodibus opus habemus : pergentes longa via hac ⁊ eterna videlicet que ex corpore est egressio:et ad celum ascēsio. Hec sunt sapientia ple ne beati ad se ⁊ ad oēs doctrine.hec sunt eius quo tidiane cure atq meditationes.

¶ Quid fecerit pro eis qui post euangelium lectum stationem deserebant.



Multam autem et de sancta sta tione curam habebat:⁊ sollicitu dinem demōstrabat. Una enim dierum:volēs multos resecare: vt nō egrederent post solutionē sancti euāgelij de ecclesia:⁊ ocio sis sermonibus p oratione vaca rēt:qđ fecit. Reliquit mox post q̄ lectū est sanctū euāgeliū ecclesiam ⁊ ipse exijt ⁊ se dit cū turba. omnibus vero obstupētibus: dixit ad eos iustus. Filij vbi oues illic ⁊ pastor. Aut intrate intro et ingrediar aut manete hic:⁊ hic manebo. Ego pp̄ter vos descēdo in sanctā ecclesiam:nā po terā facere mihimet missas in episcopio. Semel er go ⁊ bis fecit hocipsum scema ille beatus :erudiuit in hoc plebem magnifice et emēdauit:timebant eni ne iterū id ipsum scema faceret eis ille semper me morandus.

¶ Loqui in ecclesia non permittebat.



Loqui autē in sacrario omnino nō p mittebat:sed in cōspectu omniū foras mittebat eum dicens . ¶ Si quidem vt orares venisti huc:in hoc mentem tuam ⁊ os tuū vacare exopta. Si vero propter locutionē scriptum est:domus dei:domus orationis vocabitur:noli ergo eam facere speluncā latronum.

¶ Quod nec in monachica vita:
nec in clero moratus est.

HOc autem erat admirabilius sanctis-
simi huius patriarche: qm̄ nec mona
chicam vitā ducens: neq̄ in clero mo-
ratus in ecclesia: sed ꝛ femine legitime
dudum coniunctus: ita tenuit vigores
ecclesie ab ipso initio quo patriarcha
consecratus est :ꝛ in talem sublimitatem exaltatus
est: vt multos heremitarum et in arcta vita degen-
tium superaret.

¶ De hoc ꝙ statuit duos ordines monachorum.

VOlens autē hec huius boni ex
pers esse videlicet monachice vi
te cōnumeratiōis studet rem ta
lem. Cōgregans duos ordines
monachorum: statuit eis omnē
vtilitatem tribui de villis suis
in ciuitate sua: et faciens eis cel-
lulas in duobus oratorijs san-
cte dei genitricis et sancti Johānis: que ipse a fun-
damentis edificauerat dicēs de amātissimis mona
chis ita. Ego post deum vtilitatem corporalem ve
stram procurabo: vos autem spiritualis habetote
mee curam salutis. Vespertina ꝛ nocturna vigilia
mihi apud deum imputetur quicq̄d vero in cellulis
vestris officij feceritis: pro vestris sit animab⁹. Hoc
autē fecit volēs sollicitiores efficere dei amicos mo
nachos. Unde et permāsit deo talis grata consti-
tutio ordinum: et ad similitudinē monasterij ex his
ciuitas pene viuit in diuersis locis peruigiles hym
nodias deo referentes.

¶ De euitanda communione hereticorum.

ET hoc beatus iste ita omnes docebat
et contestabatur dicens nullatenus ali
quādo hereticoruꝫ cōmunionis immo
coinquinationis participemini etiam
si omni vita vestra vel aliqua impulsio
ne vel necessitate cōmunionem catholi
ce ecclesie nō inuenientes sine cōmunione permāseri
tis. Si eñ ait vxorem corporalem legitime possidē
tes ꝛ in regione aliqua longinqua absq̄ illa tempo
re multo morantes relinquere hāc ꝛ alij copulari a
deo et legibus ꝓhibemur: si vero hoc egerimus pu
nimur. Quomodo putas deo per rectam fidem et
catholicā ecclesiaꝫ coniuncti: qui (vt ait apostolus)
optaui vos vni viro virginem castam exhibere xp̄o
et sanctam fidem adulterauimus per cōmunionem
hereticorum in futuro seculo tormēti (qd̄ expectat
hereticus) erimus facti participes. Cōmunio eñ
(ait) ideo dicitur eo ꝙ cōmunē faciat ꝛ firmet cōmu
nicātem quibus cōmunicat. Ne igitur quesо ait o
filij huiusmodi oratorijs applicetis.

¶ De eo quod non cōdēnauit aliquem.

CUm oībus bonis suis et hoc beatus
ehic possidebat dico vtꝫ ꝙ (vt dictum
est) nō ꝯdēnaret ꝓximū: nec ꝯdēnātes
reciperet. Dicā ꝟo eius ꝛ doctrinā de
hoc oīb⁹ ꝓficuā. Juuenis q̄dā rapiēs
monacha fugit cōstantinopolim hoc
dicēs: iustus crucis factus est vsq̄ ad mortē. Tem-
pore aliquo transacto: ꝯsedēte eo vna dierū in hono
rabili cimiliario cū quibusdaꝫ clericis ꝛ sermonē aie
vtilē mouēte: venit in mediū et memoria iuuenis: q̄
ancillā dei rapuerat: ꝛ ceperūt q̄ cū sancto ꝯcedebāt
anathematizare talē iuuenē tāq̄ q̄ duas aīas ꝑdide
rat: suā vtꝫ ꝛ sanctimonialis. Cōpescuit ergo et refe
cauit eos beat⁹ dicēs. Ne sic filij ne sic. nā obstēdā
vobis q: ꝛ vos duo peccata facitis: vnū q: trāsgredi
mini mādatū dicētis: nolite iudicare vt nō iudicemi
ni. Deinde q: nescitis cert⁹ si adhuc peccēt ꝛ si nō
peniteāt. ¶ Legi eñ vitā patris aliq̄d tale habētes
q: in ciuitatē quādā duo monachi abierūt in mini-
sterium. Et cū trāsiret vnus ꝑ locū clamabat ei vna
fornicaria dicēs. Salua me pater vt xp̄s meretricē:
ille ꝟo hoim cōfusionē oino nō curās: dixit ei. Se-
quere me. Et tenēs eā ꝑ manū ei⁹ exijt publice de ci
uitate oībus aspiciētibus. Facta est ergo fama q:
abbas accepit mulierē dñam porphiriā (ita eñ vo
cabatur mulier.) Pergētibus ergo eis vt mitteret
eā in monasteriū inuenit mulier in vna ecclesia pue-
rum in terrā proiectū: ꝛ sustulit eū vt nutriret illuꝫ
Itaq̄ post annū q̄dā venerūt in patriā vbi erat ab-
bas ꝛ porphiria: q̄ fuerat de meretricibus ꝛ viden-
tes eā hñe puerulū dicūt ei: veraciter bonum abbati
pullū genuisti. Nondū eñ sanctū scema acceperat.
Euntes ergo q̄ viderāt eā tyrū: inde eñ abbas tu-
lerat illā diffamauerūt: q: genuit de abbate porphy
ria: ꝛ nos vidimus puerulū oculis nostris similan-
tem ei. Quādo ergo cognouit ex deo abbas obituꝫ
suū dicit dōne pelagie. Sic eñ mutauit nomē eius
quādo tradidit ei sanctū scema. Eamus tyrū: q: ha
beo illic respōsum: ꝛ volo vt venias mecū. Illa vero
nō valēs cōtradicere ei secuta est eū: et venerūt am
bo: habētes ꝛ puerū septē annoꝝ existētē secū. Cū
ergo egrotasset abbas in īfirmitate ad mortē: ascē-
derūt ad visitationē eius de ciuitate vsq̄ ad cētum
aīas: ꝛ dicit. Affer prunas. Itaq̄ cū venisset thuri-
bulū plenū prunis tulit et euacuauit eas in vestimē
tum suū ꝛ dixit. Credite fratres: q: sicut deus rubū
custodiuit incūbustū ab igne: sicut nec hāc tunicam
meā incenderūt prune iste ita nec ego agnoui pecca
tum mulieris ex quo natus sum. Et oēs mirati sūt
ꝙ nō ardebat vestimētū ab igne et glorificauerunt
deū habētē occultos seruos. Ex occasiōe aūt dōne
pelagie quōdā meretricis alie fornicarie secute sunt
eā abrenūciātes mūdo cū ea pergentes in monaste
rium eius. Seruus aūt dei monachus: q̄ totonde-
rat eā postq̄ satisfecit oībus tradidit deo spiritum
in pace. Ideo (inquit) dico vobis o filij: ne precipi-
tes ad ꝯdēnanda et iudicāda sitis aliena. Multo-
tiēs eñ peccatum fornicationis vidim⁹ ꝓriam ꝟo

eius quã fecit occulte non aſpeximus. Sic eſt cũ fur-
tum facientẽ quendã videmus ſuſpiria vero eiꝰ ⁊ la
chrymas q̃s produxit deo neſcimꝰ. Et q̃dẽ habemꝰ
eũ q̃ſi furẽ aut fornicatorẽ aut piurũ apud deũ vero
forſitã recepta ẽ occulta eiꝰ penitẽtiã ⁊ cõfeſſio: ⁊ eſt
ab eo precioſus. Omnes igitur admirabãtur ſuper
doctrina induſtrij paſtoris huius atq̃ magiſtri.

❡ De duobus clericis calciamenta facientibus.



Duobꝰ clericis calciamẽta facien-
tibꝰ ⁊ iuxta ſe laborantibus vnꝰ
q̃ppe habebat filios m̃ltos: ⁊ vxo
rẽ patrẽ ⁊ matrem vacabat vero
eccleſie ſine intermiſſione ⁊ oẽs
poſt deũ arte alebat ſua. Alter au
tẽ q̃uis doctior eſſet illo: eo q̃ nõ
ꝑmaneret i eccleſia: ſ; etiã dñicis
diebus laboraret: nec ſeipſu; tñ nutrire valebat
Inuidebat ergo iſte vicino ſuo: ⁊ vna vice nõ ſufferẽs
inuidiã dicit ei cũ ira. Unde diues factꝰ es ſic. Ego
vacãs plus arti mee q̃ tu i paupertatẽ deueni. Dicit
vere ei alter volens facere eu; vacare eccleſie. Inue
ni precium in terra: ⁊ inde paulati; diues factꝰ ſu; ſ;
ſi vis ſemper vocabo te ⁊ veni mecũ: ⁊ q̃cq̃d inuene
rimus accipies dimidiũ. Cũ ergo acquieſceret ille ⁊
ſequeretur eũ euntẽ ad eccleſia; ſine intermiſſione
benedixit ei deus: ⁊ diuitẽ fecit eũ. Tũc dicit ei ille bo
nꝰ conſiliarius vidiſti frater vml mẽdaciũ ꝑpter deũ
quãtu; ꝓfuit aie tue ⁊ ſubſtãtie tue. Crede mihi iue
niebã aliquando i terra (vt exiſtimati) gratia pec̃ij:
ſ; quoniam dixit dominus querite primo regnũ dei
⁊ hec omia adijcientur vobis. Idcirco occaſionem
feci tantum vt deducerem te ecce non ſine cauſa labo
raſti: ſed inueniſti: ⁊ ſuperinueniſti. Hoc igit̃ dicens
ſanctus patriarcha: fecit illum bonum conſiliarium
preſbyterũ tanq̃ dignum: erat enim lector.

❡ De vocatione eius ad dominum.



Quidã hactenꝰ ãtememoratꝰ dei
cultor mẽnas q̃ fuerat vice domi
nus ſctẽ eccleſie alexãdrinorũ ma
gne ciuitat; enarrauit. nobis dicẽ
tibꝰ ꝓ nobis in predictis in quo
dã capitulo. q̃ multa ſpiritualibꝰ
lectiõe patriarcha: ⁊ niceta patri
cius adinuicẽ colligati eſſent dignũ iudiciũ talis ex
hibitionis preſens exiſtit capitulũ. Quãdo ꝑmittẽte
deo pro peccatis noſtris futurũ erat, vt traderetur
alexãdria ſine deo perſis: reminiſcens bonꝰ paſtor
dicentis: cũ perſecuti vos fuerint in ciuitate iſta: fugi
te in alia; fugam arripuit i propriã patriã: videlicet
in cyprum in ciuitatẽ ſuam: vnde occaſione accepta
ꝓfatus niceta patricius dicit ad ſanctum. Obſecro
ſi inueni gratiam ante te: ne digneris fatigari vſq̃
ad regiam ciuitatem et bene acceptas preces tuas
donare pijſſimis imperatoribus. Ille vero multe ſi
dei viro conſentiens obediẽs ad hos factus eſt deo
⁊ voluntati eius: ⁊ ad ſe quantum honores daturus
erat circa beatũ oſtẽdere volẽs. Fatigata igit̃ naui
multipliciter a vi ventorũ in qua ſctũs cu; patricio
erat ⁊ in profundũ pene ia; merſa: videt ſepe memo
ratus patricꝰ ⁊ optimates ⁊ q̃ cũ eo erãt vna nocte
in qua tẽpeſtas facta eſt patriarchã modo cũ pau-
peribꝰ per naui; vbiq̃ circũcurrẽtẽ: modo autẽ i te
rrũ cu; eis manus in celũ extendẽtem: ⁊ ab alto adiu
torium abſtrahẽte;: Cumq̃ interdũ perueniſſet ad
aſcendẽtes: vidit expergefactꝰ a deo vocatꝰ hic. quẽ
dam eunuchum choruſcantem forma: aureum ſce-
ptrum in dextra manu tenentem: aſſiſtentem ſibi ⁊
dicente;: Ueni iubeo rex regnãtiũ querit te. nihil er
go ſtatim negligens aduocat patriciũ nicetã: ⁊ dicit
ei cu; multis lachrymis. Tu quidẽ o domine ad ter
renũ imperatorẽ me vocaſti. ſed preueniens celeſtis
ante vocauit ſupremus exiguitatem meã. Et retulit
ei eunuchi: immo angeli viſionẽ: que apparuerat ſibi
Mauiſus ergo ⁊ triſtis factꝰ ide; glorioſiſſimus vir
impedire ſanctũ nõ potuit. Abũde vero ſctis eiꝰ re-
pletus orationibus: ⁊ imperatoribus has deferens
cum multo honore redire ei in cyprum iuſſit.


❡ De teſtamento quod fecit bea-
tus Johannes eleymonis.



Adueniẽte ergo i ꝓpriã eo ciuita
tẽ que amathũca vocabat̃ teſta-
mẽtũ propriũ ſcribere: cito mini
ſtris ſuis p̃cepit. Velociter ꝓ eo ⁊
ſine dilatiõe chartã ⁊ thalamũ p̃
ſentãtibꝰ: p̃cepit ſacrũ illud eos
ſcribere ſic. Johãnes ſeruꝰ ꝑpter
eũ ꝓ eo que ſuperpoſita ẽ mihi ſa
cerdotij dignitatem: dei gratia liber. Gratias ago
deus tibi q̃m exaudiſti me ꝓ miſera aia mea: rogãtẽ
bonitate; tuã ne inueniretur morienti mihi niſi vna
tremiſſis. Inueniente enim me in honorabili epiſco
pio ſancte eccleſie alexãdrinorũ magne ciuitatis quã
per indulgẽtiã dei ſuſcepi quando in ea conſecratus
ſum circiter octoginta centenaria auri ⁊ que intraue
rũt mihi ab amicis chriſti pene numerum hominis
trãſcendũt in memet mentẽ colligens cognoſcens
hec omnia dominatoris omniũ eſſe feſtinaui ea que
dei erãt deo dare. Unde ⁊ q̃d remãſit mihi hoc tre
miſſe dei: ⁊ hoc exiſtẽs iubeo dari his qui ſunt dei.
O glorioſa res: o deuotionẽ ſancti. Nõ intẽdit ſicut
debuiſſet: ſuis. quod patiuntur multi qui in deuitijs
ſunt: q̃ dei dona aut ex iniuſticia collecta tãq̃ ꝓpria
⁊ tãq̃ ſi ea ſecũ ferre poſſint: theſauriʒãt. ⁊ nõ large
egẽtis prebẽt ſed illa q̃rebat: que ſemꝑ manẽt. ⁊ ali
quãdo nõ minuũtur. Unge ſine mẽdacio repromiſ-
ſionibꝰ nõ ẽ fraudatꝰ: q̃ aſſeuerat ex ꝑſona dei: quo
nia; q̃ glorificauit me glorificabo. Uere enĩ magnifi
ce glorificauit ſanctũ hunc qui in ſuis bonis glorifi
cauit dominũ ſemper. Non enĩ ferens nobilis hic
temporali vita ſua conquieſcere ſancta ⁊ digna lau
de que egit: ʒenodochia geronthochomia atq̃ mo
naſteria a fundamentis edificans: ⁊ choros ſancto-

rum monachorū statuēs incessabilē vere iusticie me moriā possidet: per ea que celebrantur in eis bona opera quod enim de his qui mala agunt: et successores propriorum malorum post mortē in vita hac relinquunt ait diuinus Paulus apostolus: quoniā quorundā peccata manifesta sunt precedētia ad iudiciū quosdam autem et subsequuntur. De quibus vnus et iste existit: et quoniā non fabula: neqz ad gratiam est quod dictum constat testimoniū nobis perhibebat plane quod mox in preciosa eius dormitiōe gestus est prodigium. Tradēte eū eo et cōmēdāte pro priā animā in manu domini: vt ait alicubi sacra littera iustorū anime in manu dei sunt et hanc ei vt sacrificium immaculatū offerente: cuius condendū esset honorabile eius corpus honorifice et cū congruo sacerdotū ritu in quodā oratorio sancti miraculorum factoris tyronis. Fit quoddā tale signū gloriosum Iacebant in quodam tumulo vbi et iustus hic reponendus erat duorū quorūdā episcoporū qui ante eū dormierāt sancta veraciter corpora: que et in natura examini interim degētia tāqz si viua essent reuela equales sanctorū honorē tribuerūt. Cū eīm beati corpus inter duos illos episcopos ponēdū esset honorātes suum mus pastorem pastores et multā eius fiduciā apud deū reuerētes et mirantes simul dei iussiones: tanqz viua corpora sua separentes in medio sacrum hūc susceperūt: honorē ipsi ei preceptione dei sicut a deo honorato offerētes: et in oibus statim ostendētes que a deo ei donata: est gloriā atqz sublimitatē. Quod maximū gloriosissimū miraculū non vnus neqz decem neqz centū viderunt sed omnis turba que conuenit ad preciosam eius sepulturam.

De muliere que peccatū suum scriptum dedit beato Iohanni.



Aliud aūt eius gloriosius quod quidē adhuc viuēs in carne cepit miraculum sz postqz migrauit ad deū cōpleuit sermo cōmemorare tētabat. Mulier quedā de ea qū sctm̄ ptulit ciuitate existēs cū audiisset venisse arbodorum: et angelū ei ibidē apparuisse vocationē ad coēm domum ei denunciasse: peccamen grauissimū in se recognoscens quod nec auditus hominum posset intrare affirmabat fidem inambiguam sumens ad sanctum cursim puenit: et pedes eius comprehendens: cū lachrymis multis clamat: et dicit secreto sancto: o ter beate: ha beo misera quod ad aures hominum venire nō potest: et scio qz si vis potes id mihi idulgere dixit eū vobis presbyteris dominus: quoniam quecunqz soluertis super terram erunt soluta et in celis: et quecūqz ligaueritis super terram erunt ligata et in celis et quorum remiseritis peccata remittuntur eis: et quorū retinueritis retenta sunt. Hec verba audiens a muliere sanctus: et timens si petitiones eius refutaret noxium ei in tormentis fieret: dum posset liberari a proprio peccato p fidem quam habebat in eum dicit ad eam humiliter. Si vtiqz credis o mulier deo qz per fidelitatē meā ignoscat tibi crimen quod dicis confitere mihi hoc. que dicit. Non possum dn̄e dicere pctm̄ hoc: neqz eīm pōt auditus hoīum portare illud: Dixit ad eā iterum sctus. Et si erubescis vade et scribe illud si nosti litteras et affer mihi. Illa iterum respondit. Uere domine non possum. Expectās ergo modicum sanctus tacēs dixit ei. Non potes scribere et bullare et afferre mihi. Tunc dicit ei possum domine hoc facio: Rogo ergo honorabilem et euangelicam animam tuam ne soluatur neqz vllo modo inueniatur a quolibet peccatum hoc aliquando. Uerbum igitur accipiens a deo honorabili qz nullus homo solueret aut legeret eius pictatiū: abiens scripsit ppria manu peccatū et bullās portauit beato. Suscipiens ergo sanctus pictatium: post quinqz dies ad dominum pfectus est: nemini aliquid de huiusmodi pictatio aut disponens aut indicās: mulier vero fortuitu immo dispensatione dei nō existens in ciuitate die in qua trāslatus est in pace de seculo isto ad aliud patriarcha: volente et in hoc demonstrare deo quantam apud eum: vt pote pprius famulus fiduciam possidebat. Sed postqz nam diem reconditionis preciosi eius lapsus adueniens cū audisset dormitionē eius amens et desipiens prope modum facta est existimans pictatium quod dedarat episcopo: reliquū oibus faceret culpā eius manifestā. Cito ergo resiliens et prorē fidē suā indubitabilem super animā resumēs: arcā a deo honorati apprehēdit: et sicut viuenti ei veraciter: ita turbata perhibebat. Homo dei tibi hoc peccatum nō potui enunnerare eo qz supra modū existeret graue: et nunc omnibus factus est forsitā manifestum et cognitū vtinam non tibi res meā manifestassem. Heu heu mihi putans confussionis absolutionem inuenire: confusio omnibus facta sum pro medela blasphemiā recepi. Quid mihi ad te opus erat causulā anime me patefacere. Tamen non deficiā neqz difidā neqz remouebo a tumulo lachrymas meas vsqz dum satisfactionē de petitione mea accepero: neqz enim mortuus es sancte dei sed viuis. Scriptū est enim: quia iusti in perpetuum viuent. Iterumqz eadem verba assumens dicebat. Nihil homo dei peto a te nisi vt certum facias cor meum: quid nam de dato tibi pictatio fecisti. Deus ergo qui dixit ad chananeam: fides tua te saluam fecit: ipse et me certam de pictatio facere potest. Tribus diebus perseuerās ad sepulchrum beati cibum aut potum omnino non gustans: tertia vero nocte dum rursum lachrymis eosdem duros ac fideles sermones beatissimo diceret: ecce egreditur dei famulus de tumulo suo oculatim apparens cū duobus epis qui cum eo iacebant vno hinc et altero inde ei assistentibus: et dixit ad eam. Usquequo mulier: hos qui hic sunt commoues et non dimittis eos quiescere. Infuderunt enim stolas nostras lachrime tue. Et hec dicens dat ei proprium pictatium bullatum dicens: Suscipe recognoscis hoc solue aspice. Et in seipsam qz visione veniens vidit

iterum sanctos ingredientes in proprium locum ⁊ soluēs inuenit litteras suas deletas ⁊ subscriptionem sub eis habentē sic. Propter Johannē seruū meum deletum est peccatum tuum. Quis loquetur potentias domini: o amici ⁊ fratres quis ita misericors ⁊ amator hominum: faciens voluntatem timētium se ⁊ glorificans glorificantes se: per miraculorum operationes magnificans eos. Non autem in loco solum in quo preciosa eius dormitio facta ē gratia quam habuit apud deum manifesta est sed vbicunqȝ longius claruit.

¶ Quid Sauinꝰ monachꝰ de eiꝰ dormitiōe viderit



Adem enim die in qua ad deū exhaceuita beatus iste profectus est quidam eorum angelicam vitā ⁊ scema monachorum habens vir mirabilis: ⁊ industrius sauinus nomine: alexandrie habitans vidit quasi in excessu mentis factus diuinitus honorabilem Johannem epm egredientem cū clero omni cereos portātem: ⁊ ad imperatorē eūtē tanqȝ eunucho quodam vt ipse dicebat sauinus cubiculario hunc vocante: ⁊ postqȝ ianuā exijt quod significat proprij corporis separationem: vnā puellam vt solem suscipientem eum: ⁊ manu tenentem: ⁊ super caput coronam ex olee ramis circumamictā. Mox ergo agnouit sanctus sauinus migrationē patriarche ad dñm ipsa hora fuisse factā. Quapropter adnotantes quidam mensem ⁊ diem: erat enim celebris sancti martyris menne. ⁊ quibusdam venientibus de cypro: ⁊ percunctantes quidem qui habitabāt alexandrie de migratione sancti patriarche agnouerunt veram fuisse visionem: eo qȝ eadē hora fieret in qua obijt beatus: ⁊ maxime de exemplo puelle: que manu tenebat eum. Acceperat enim repromissiones ab ea sanctus sicut in precedentibꝰ verbis vite eius diximus: quia si me possides amicam: ego te ante imperatorem introducam. Quod ⁊ reuera fecit.

¶ Quid ⁊ habitator quidam alexandrie de ipso viderit.



On aūt ex hoc tm̄ oēs satisfactionem acceperit qȝ elemosynā ⁊ misericordia quam habuit circa egentes eum in celorum regnum deduxerunt: sed quia aliꝰ eorū q habitabat in ciuitatē alexādriā timēs deū vidit ipsa nocte in qua sanctꝰ sauinus. oēs pauperes ⁊ orphanos atqȝ viduas olee ramos baiulantes: ⁊ in patriarche obsequio euntes: ⁊ ad ecclesiam pergentes. Non solum autem duo aut decem aut centum satisfactiones sunt: per quas scimus clare: quoniam sanctorum numerum meruit memorabilis hic: sed ecce ⁊ alie que subsequens forma ostendit.

¶ De vnguento quod de sepulchro eius emanauit.



Ymnodia enim anniuersaria post multum temporis dormitionis sancte celebrata in templo memorati tichonis vbi preciosum lipsanum id est sepulchrum beatissimi patriarche Johannis repositum est: erat autem que celebatur sacra vigilie hymnodia annue recordationis sancti miraculorum factoris tichonis volensqȝ omnipotēs dominus ostendere omnibus quali honore seruū suū sanctum Johannem dignum fecerit: placuit de honorabili eius lipsano vnguenti sanifera in sanitatē emanare: qua vniuersi in leticiam versi gratias retulerunt patri ⁊ filio ⁊ spirituisancto videlicet deo nostro qui ꝑꝑrios sctōs gloria glorificat infinita.


¶ De hoc qȝ in cypro in diuersis sanctis talia dei gratia operetur.



T vt nullus amicus Christi tanti miraculi incredulus sit. etenim vsqȝ nunc videtur in amica christi cyprorum insula in diuersis sanctis talis dei gratia operari: ⁊ tanqȝ ex fontibus vnguentorum suauitatem de preciosis eorum lipsanis profluentem ad gloriam eiusdem bonitatis ⁊ ad honorem sanctorum eius atqȝ ad profectum qui post futuri sunt hominum quatenus ſm imitationem eorum conuersantes eisdem ⁊ nos honoribus digni efficiamur a iusto mercedum retributore deo. Efficiamur igitur dilectissimi ⁊ nos consummatores ꝓscriptarum rectitudinum sancti huius patris Johannes eleymonis: ⁊ quasi incole existentes: ⁊ peregrini in vita ista: in eternum thesaurisemus futurū bonum per largam que indigentibus tribuitur donationem. Enimuero ſm diuinitus inspiratū apostolum qui seminat in benedictionibus de benedictionibus ⁊ metet: ⁊ pro corruptibilibus eterna qȝ oculus non vidit nec auris audiuit: ⁊ in cor hominis non ascenderunt que preparauit deus diligentibus se: que omnes nos impetremus per gratiam ⁊ misericordiam domini nostri cum quo est patri vna cum sancto spiritu gloria ⁊ honor et imperium nūc ⁊ semper in secula seculorum Amen.

¶ Explicit de sancto Johanne eleymone patriarcha alexandrino.

¶ Incipit vita sancte eugenie virginis cuius passio. viij. kalendas Januarij agitur.



N septimo igitur cōsulatu suo, cōmodius imperator direxit illustrissimū virum philippum ad egyptum: vt prefecturam ageret alexādrie: ⁊ omnes potestates que per totam egyptū administrantur eius arbitrio deseruirent. hic itaqȝ cum vxore claudia: cum duobus auito ⁊ sergio filijs: ⁊ cum filia eugenia: ab vrbe romana ad vrbem alexādriam dum venissent: ⁊ romana grauitate ageret ꝓ

fecturam: atq̃ oēm prouinciam egypti romanis le
gibꝰ ordinaret: cūctis quidē magicā curiositatē se
ctātibus finē imposuit: iudeos vero nec nūcupatio
nē nois habere ꝑmisit: xp̄ianos aūt p̄cul ab alexā
dria tātū debere esse cōstituit: ipe vero plus ꝗ̄ phi
losophorū amicus ꝙ̄ fautor ydolorꝫ romanis tñ su
perstitiōibꝰ ac si religiosus cultor instabat nō ratio
ni: sꝫ traditioni cōcordās. Eugeniā igitur filiā suaꝫ
duꝫ litteris iberalibꝰ ꝑfectissime docuisset: ⁊ taꝫ la
tino eam ꝙ̄ greco eloquio instruxisset: etiā philoso
phiā docere ꝑmisit. Erat enī acris ingenij ⁊ taꝫ me
morie capax: vt q̇cquid audiēdo semel vel legendo
potuisset arripere ꝑpetuo retineret. Erat ergo eu
genia pulchra facie: ⁊ eleganti corpore: sꝫ pulchrior
mēte ⁊ formosior castitate. Igit̄ cuꝫ quintodecimo
etatis anno ab aquilio aquilini cōsulis filio peteret̄
sponsa interrogat̄ a patre. vtrū petēti iuueni illu
strissimis orto natalibꝰ cōsentiret. Illa respondit.
Maritꝰ moribꝰ nō natalibus eligēdus est: ipso enī
non parētibus eius vtendū est. Igitur cū alijs atq̃
alijs poscentibꝰ aīo castitatis obsisteret: peruenit
ad manus eius beatissimi pauli apostoli doctrina.
Et licet sub paganissimis parentibꝰ ageret: esse tñ
cepit animo xp̄iana. Et qm̄ iussi fuerāt xp̄iani ab
alexādria vrbe discedere: rogat parētes: vt spectan
di gratia ꝑmitteret̄ predia sua in suburbio alexan
drie posita circūire. Cūq̃ statim vt poposcerat im
petrasset: ⁊ ab vrbe ꝓperaret ad villē audiuit xp̄ia
nos psallētes atq̃ dicentes. Omnes dij gētium de
monia: deꝰ autem noster celos fecit. Hec ita audiēs
suspirauit ⁊ fleuit: ⁊ dixit ad eunuchos pueros: no
mine ꝓthum ⁊ iacinctum. Scio vos mecum litteris
eruditos: ⁊ digna simul ⁊ indigna hominum legi
mus gesta philosophorꝫ quoq̃ sillogismos vano la
bore conscriptos studio scrupulosissimo trāsegimꝰ
aristotelica argumēta ⁊ platonis ideas: ⁊ epicuri se
ctas: socratis monita: ⁊ stoicorū ⁊: vt breuiter cūcta
complectar quicquid cantat poeta quicquid orator
inuenit: Quicquid Philosophus cogitat: vna
hac sententia excludūtur: quatripudiātes xp̄ianos
audiuimꝰ: oēs dij gētium demonia: deus autem no
ster celos fecit. Confessio ⁊ pulchritudo in cōspectu
eius: sc̄titas ⁊ magnificētia in maiestate eius. Igit̄
iubet cōferre sermonem ⁊ apl's legitur: ⁊ propheta
laudatur: fit cōcordia fidei: ⁊ qua arte ad penetralia
sapiētie diuie absq̃ sui separatione ꝑueniāt cōsilio ar
dēti diffinit̄: dn̄aꝫ me (inqt) vobis vsurpata ꝑtās at
tribuit: sꝫ sororē sapiētia fecit. Eximꝰ ergo fratres si
cut diuia sapiētia ordinauit nō sicut se iactat hūana
temeritas. Pergamꝰ pariter ad xp̄ianos ⁊ sicut or
dinauero ꝓperemꝰ. Helenū audio dici ep̄ꝫ: cuius ē
hitatio illa in qua die noctuq̃ audiunt̄ deo suo can
tare quos etiā nos quotiēs trāsimꝰ psallētes audi
mus. Sꝫ hic ep̄s varijs dicit̄ ecclie sue occupatiōibꝰ
detineri. His autē qui in diuinis laudibus vacant
theodorum quendam presbyterum cōstituit cuius
tanta miracula narrantur: vt etiam cecos suis ora
tionibꝰ illuminet ⁊ demones effuget ⁊ infirmātibꝰ
afferat sanitatē: sane ad diuersoriū huius cōgrega
tionis: in quo deo canit̄: nullā patit̄ venire feminaꝫ.
Hoc ergo cōsiderās tōdere me arbitror: vt crastina
nocturna ꝑfectio ordiata: ꝑ ipsos nobis trāsitū p̄
beat. Nobis itaq̃ duobꝰ iuxta basternā ambulan
tibus: ⁊ ceteris p̄sidētibꝰ ad locū deponar a vobis
⁊ vacua ꝑtrāseūte basterna nos tres hersili habitu
simul ad dei hoies ꝓperemꝰ. Placuit vtrisq̃ consi
liū: ⁊ sequēti nocte sicut ordinauerat adimplet̄. Tan
taꝫ autē credētibꝰ sibi xp̄s gratia exhibere dignа
tus ē: vt eadē hora qua ad mōasteriū ꝑuenerūt: san
ctus helenꝰ superueniret ep̄s. Et qm̄ mos ē apud egy
ptū: qn̄ circuit mōasteria ep̄i psallētiū eos sequat̄
exercitꝰ superuenit idē helenꝰ heliopolis ep̄s: ⁊ cū eo
amplꝰ ꝙ̄ decē milia virorꝫ psallentiū ⁊ dicētiū. Via
iustorꝫ recta facta ē ⁊ iter sanctorꝫ p̄paratū est. Au
diēs hec eugenia dixit ad socios. Considerate vim
carminū: ⁊ videtis ad nos respicere q̇cquid modula
tis vocibꝰ psallūt. Deniq̃ cū de deo x̄o noster tra
ctatus in dispositione mutui sermonis haberet̄ au
diuimꝰ hoc cantare. Qm̄ oēs dij gentiuꝫ demonia:
deus autē noster celos fecit. Et ecce nūc arripiētibꝰ
nobis iter quo recedere cupimꝰ a culturis ydolorꝫ
⁊ vt ad xp̄ianā culturā ꝑueniamꝰ gratiā ꝓmereri:
ecce milia hoim nobis occurrūt: vna voce clamātiū
⁊ dicētium. Via iustorꝫ recta fata est: ⁊ iter sanctorꝫ
p̄paratū. Intelligamꝰ ergo quo pergat hic populꝰ
⁊ si ad hoc habitaculū vadunt quo nos ire disposui
mus: iungamur canētibus turbis ⁊ aduenientibus
cōputati ingrediamur vt socij quousq̃ notitias col
ligamur. Igit̄ cū se iunxissent psallētibus inquirūt
quis esset senior qui solꝰ vehiculo aselli veheretur in
medio populi sequētis ⁊ p̄cedētis. audiūt ꝙ hic eēt
helenus ep̄s: ab infantia xp̄ianꝰ: qui dum infantu
lus in monasterio cresceret: tante sanctitatis virtu
tibus augebatur: vt si quando missus fuisset igneꝫ
e vicino petere: ardentes prunas vestimento defer
ret illeso. Deniq̃ ante (inquit) paucos dies venit q̇
dam magnus: qui verborum argumentis populum
dei conabatur euertere dicens falsum istum esse epi
scopū: se missum esse a xp̄o ad docendum. Hic autē
eret versutissimus: ⁊ de scripturis diuinis populuꝫ
seducebat. Deniq̃ omnis turba christianorū: acces
sit ad hunc quem videtis patrem nostrum: ⁊ dixit
ei. Audiuimus zaream ꝙ ipse sit missus a christo:
constitue diem in quo eum aut recipias tibi sociuꝫ
aut si potes conuincas falsa dicentem. Igitur con
stituitur dies ⁊ locus in media eliopolis ciuitate:
venit zareas magus cum artibus suis: venit et he
lenus ep̄s cum orationibus suis. Cumq̃ populum
salutasset: ait. Nunc probabitis spiritus qui sunt a
deo. Et conuersus ad zaream cepit verborū ingēs
habere luctamē: sed quia versutus erat nimis ⁊ con
cludere eum sermonum ratione non potuit respici
ens populum fortiter ledi: ꝙ zareas q̃ superior absce
deret in verbis modicum silentiuꝫ postulanti: ⁊ ait
ad populuꝫ pauli apostoli in hac parte monita om
nino tenenda sunt: dixit enim thimoteo discipulo

suo. Noli verbis cõtendere. ad nihilum enĩ vtile est
nisi ad subuersionẽ audientiũ: sed ne hoc testimo-
niuȝ nõ quasi cauti: sed quasi timidi pferam⁹: accen
datur ignis in media ciuitate ⁊ ingrediamur pari-
ter flãmas: ⁊ qui vstus nõ fuerit credatur ꝙ hunc
miserit xp̃s. Tũc sñia placuit statiȝ demũq; ignis co
piosus accẽsus est. Tũc beat⁹ Helenus zaream m-
troyre flãmã. Cuiq; zarias inquit ingredere tu pri
mus qui hoc pposuisti. Cõsignãs se igiẽ beatissim⁹
pater helen⁹ expãsis manibus ingentes flãmas in
trat: ⁊ stans illic dimidia fere hora neq; capillis ne
q; vestimẽtis ex aliqua parte violatis vt zareas ꝗ
in troiret similiter impabat. Sed zareas reluctare
cepit ⁊ fugere. At vbi inuitũ illum popul⁹ in ignib⁹
tradidit statiȝ eũ circũdãs flãma cepit exurere. Et
immitẽtes se beatus helen⁹ licet semiustũ viuũ tñ
eripuit: quẽ cũ dedecore eliminauit popul⁹ de fini-
bus regionis huius. Nũc autẽ sicut videtis quoti-
die quocũq; perrexerit in dei laudib⁹ comitaẽ. Au
diens hec beata eugenia ingemuit: ⁊ pcidit ad pe-
des ei⁹ qui sibi retulerat ista ⁊ ait. Obsecro te vt me
illi vna cũ istis duobus fratribus meis insinues: ex
idolis enĩ conuerti volumus ad xp̃m. Et q: simu.
hoc diffiniuim⁹ ⁊ fratres sumus: etiã hoc ab eodem
impetrare volumus vt nũq; nos patiaẽ ab inuicem
separari. Et ille nũc (inqt) silete quousq; ingressus
monasteriũ ad qd̃ pgit paululũ requiescat: ⁊ cũ opor
tunũ fuerit. intimabo illi oĩa ſm verbũ tuũ. Inte-
rea dum appropinquasset monasterio ad qd̃ perge
bat ecce ⁊ illi egrediunẽ obuiã patri hymnũ dño dicẽ
tes. Suscepim⁹ de⁹ miaȝ tuã in medio templi tui.
Ingredientib⁹ epõ ⁊ populo ẽt intrat eugenia cuȝ
iacintho ⁊ ptho comitibus suis: tñ ei nota cũ qua
sermonẽ habuerat: pfectis igiẽ matutinis laudib⁹
paululũ requeuit epũs: ⁊ iussit sibi ad sextã pparari
vt diuina misteria celebraret: vt dũ sextã cepisset: no
na ad refectionẽ ieiunãtiũ oportune pueniret. Requie
scens autẽ episcopus somnium vidit: in quo ad si-
mulachrum femine ducebaẽ vt illi sacrificaret. Tũc
dixit inquit in somnio: his qui me tenebant pmitti
me vt loquar cum dea vestra. Et cum me permisis-
sent loqui dixi ei cognosce te creaturam dei esse et
descẽde: ⁊ noli te permittere addorari. At illa his-
auditis descẽdit ⁊ secuta est me dicẽs. Nõ te dese-
ram quousq; me creatori meo restituas ⁊ condito
ri. Igitur cum ista in aio epĩ voluerenẽ: accessit ad
eum eutropius cuȝ quo fuerat locuta eugenia ⁊ di
xit ei. Tres pueri fratres vnanimiter culturã simu-
lachroꝝ relinquentes xp̃o seruientium numero in
isto monasterio se sociari desiderantes: ⁊ hodie ve-
stigia tua psequentes: huc ingressi sunt: poscẽtesq;
me cum lachrymis postulauerunt vt mereantur no
ticie tue beatitudinis reuelari. Tunc beatus hele-
nus dixit. Gratias tibi iesu bone refero qui me pre
uenire fecisti huius rei noticiam. Tunc conuocari
ad se precepit pueros ⁊ apprehendens manum eu-
genie fudit orationem. Quam cum complesset tu-
lit sequestratim eos ⁊ gratissimo vultu quinam di-
ceretur interrogat vel cuius nationis essent tra di
dit inquirẽdum. Ad hec eugenia respondit: ciues in
quit romani sumus vnus ex his duobus fratribus
meis ptheus dicitur alius iacintus. Ego vero Eu-
genius nũcupor. Cui beatus helenus dixit. Recte
te eugeniũ vocas: viriliter enĩ agis et confortet cor
tuũ pro fide xp̃i. Ergo recte vocaris eugenius. Nã
et hoc scias: q: spiritusancto nos ⁊ te eugeniã corpe
ante preuidimus et qualiter huc veneris ⁊ ꝙ isti tui
sint: nõ me passus est preterire. Sed hoc mihi dñs
reuelare dignatus est: ꝙ gratissimũ ei habitaculum
in corpore tuo preparasti: custodiendo virginitatis
premiũ et presentis temporis blãdimẽta fallacia re
spuendo. Scito autẽ te p castitate multa passuraȝ
sed nõ te deserit ille cui te ex integro tradidisti. Ad
prothum autẽ ⁊ iacintum conuersus ait. In corpe
seruitutis positi ingenuã dignitatẽ animi tenuistis
fortiter ⁊ tenetis. Unde vobis me tacẽte xp̃s dñs
loquiẽ dicẽs. Amẽ amen dico vobis: iã non dicam
vos seruos sed amicos. Unde ⁊ vos beatos annũ-
cio: q: cõcordastis spirituisancto: q: vnanimiter con
sensistis monitis salutarib⁹ simul ad gloriã puenien
tes pcepturi. Hec beatus helenus nullo alio teste
preter deũ locutus est in medio: ⁊ iussit eã sic in viri
li habitu pmanere: ⁊ nõ eũ deseruerũt quousq; ba-
ptismatis sanctificatiõe istructi monasterio. ad qd̃
festinauerãt sociarẽtur. Redeam⁹ aũt ad illud tp̃s
quo ptheus ⁊ iacint⁹ auferẽtes eugeniã abiuerunt.
Basterna igiẽ iumẽtis ãbulãtib⁹ ⁊ pueris q̇ p̃ibãt
vacua peruenit ad matrẽ. Uidẽtes aũt eminus ppe-
rãtes pueros ⁊ basternã veniẽtẽ occurrerũt cũ gau
dio vniuersi: et inueniẽtes vectoriũ vacuũ: oẽs simul
mugitũ reddiderũt: fit quoq; repẽte totius ciuita-
tis strepitus. Quis enĩ audire poterat prefectum
filiã charissimã perdidisse: erat itaq; plãt⁹ inestima
bilis fletus immẽsus lugebant vniuersi confusi pa-
rentes filiam: sororem fratres: serui dominam: ⁊ te
nebat vniuersos meror ⁊ infinita animi tribulatio
fitq; per totam puinciam inquisitio: interrogantur
aruspices: inquiriũtur phitones sacrificijs quoq;
⁊ sceleratis superstitionibus demonia interroganẽ
vt vbi venisset eugenia indicarent. Hoc solum om
nes dicebant: ꝙ eam dij de celo rapuissent. Cre-
didit factum pater ⁊ fletum ad consolationeȝ reuo
cans: dat festa responsis: ⁊ deoruȝ illam numero cõ
secrans: ex auro puro eius fecit fieri simulachrum
Quod ita cepit ex coli vt nõ minorem honorem ꝙ
dijs suis exhiberent: Mater tamen eius claudia ⁊
fratres auitus: ⁊ sergius: nulla poterant ratiõe cõ-
solationem accipere: sed erant intollerabiliter lu-
gentes eam. Beata autem eugenia virili habitu ⁊
animo in predicto virorum monasterio pmanebat
atq; ita in diuinis eruditionibus profecit: vt intra
secundum annuȝ omnes scripturas dominicas me
memoria retineret. Tãta in ea erat animi tranquilli
tas: vt vna illam omnes dicerent ex numero eẽ an
gelorum. Quis enim deprehenderet ꝙ esset femi
na: quã virtus xp̃i ⁊ virginitas immaculata ptege-

bat:vt mirabilis esset ⁊ viris. Sermo enim eius erat humilis in charitate:clarus in mediocritate:vitijs carens:⁊ facundiã fugiens oẽs in humilitate superabat. Nullus illa ad orationes inueniebatur anterior efficiebatur autem omnibus oia: tristem consolabatur leto congaudebat:irascentem vno sermone suo mitigabat. superbientem ita suo edificabat exemplo:vt ouem subito e lupo factam se credere delectaretur. Tãtam a deo est grãm consecuta vt quẽcunq in dolore positum visitasset:statim omnis dolor recederet ⁊ ois salubritas adueniret. Comites autem eius iacintus ⁊ prothus comitabãtur eam:⁊ erant in omnibus obtemperantes ei. Tertio igitur anno conuersionis eius abbas qui preerat fratribus in moasterio:migrauit ad dñm. Post cuius abscessum omnibus visum est:vt sibi beatam eugeniam eligerent abbatem. Tunc beata eugenia metuens se feminam contra regulam viris preponi. Itez timẽs ne oẽs vnanimiter deprecãtes spneret: ait ad eos Obsecro vos:vt euangelium in presenti adhibeatis Quod cum fuisset allatum dixit. Quotienscumq xpianis aliquid eligendum est:xpũs est ante oia auscultandus. Videamus ergo in hac electione vestra quid ipse precipiat:vt ⁊ vestris iussis et ipsius monitis intendamus. Et reuoluens codicez venit ad locũ ⁊ cepit legere dicens Dicit aũt iesus discipulis suis. Scitis q principes gẽtiũ maiores sunt his quibus dominantur:⁊ principatũ eorũ gerunt. Apud vos aũt nõ ẽ sic:sed si quis in vobis vult primus esse:sit vester vltimus ⁊ siquis inter vos voluerit esse dñs:sit vester seruus. Et his dictis adiecit. Ecce inquit ⁊ vestris iussis obtemperans de creui primatum suscipere. ⁊ dñi iussionibus obedire:vltimum me vestre charitati constituo Exhylarantur omniuz cã in ɔsensu eius:ipsa tamen ante omnes opus monasterij:quod infirma solebat exercere persona suscepit in omnibus aquam portare ligna considere mundicias adhibere. In eo deniq loco habitaculuz sibi elegit:vbi hostiarius monasterij manebat ne vel ipsa se superiorem ostenderet. Sane refectionem fratrum sollicite curabat ⁊ psallendo deo ordinez fortiter custodiebat:⁊ tertiã. sextã:nonã:vespertinis vel nocturnis:atq matutinis horis:tã cautissime insistebat:vt videretur iam perisse deo:si horarũ vel quipiã spatij:absq diuinis laudibus aliqua preterissent. Ita deniq in hoc ope cẽ deo carior cepit vt demones ex obsessis corporibus pelleret:⁊ cecorum oculos aperiret. Sed q multa singulatiz narrare intẽdo p ordinẽ quãtũ permittit breuitas accedamus. ¶ Matrona quedã Alexandrina ceteris matronis pstantior. noie melãcia: audiens opinionem eius venit ad eaz:quia quartano tipo grauissime ⁊ iam per annum ⁊ eo amplius vexabatur:quaz cum beata Eugenia oleo perunxisset ⁊ omnẽ continuo violentia fellis euomuit: ⁊ sanissima reddita pedibus ad suum diuersorium properauit: quod inuicino monasterij possidebat. Ordinat interea munera ciphos argẽteos tres:implet solidis:⁊ hos salutationis sue gratia:mittit ad beatã Eugeniam cui gratãter remittẽs que miserat ait: abũdamus ⁊ superabũdamus omnibus bonis. Unde te parẽs charissima melãcia:vt ista egẽtibus magis ac necessitatem patiẽtibus diuidas:hortor ⁊ moneo. Audiens melancia cõtristata est:⁊ veniẽs cepit rogare et ampliora promittere. Fit assidua circa beatã eugeniaz et in nullo deprehẽdens q esset femina elegãtia decipitur iuuẽtutis. Vidẽs eã iuuenẽ p veritatem putabat esse terrenum se aũt nõ sanctitate eius:sed aliqua arte existimãs fuisse saluatã. In ɔcupiscẽtia eius elabitur:et putãs amplioris pecunie cupidiorez cepit infinita offerre et ampliora promittere. Cumq sepius eadem precaretur:⁊ grato animo oblata sibi ab eugenia cerneret reddi:declinat ad maiorem interitum egritudinẽ simulans. Quã cũ beata Eugenia rogata visitaret:sedẽti ante lectum suũ sancte Eugenie talia cepit pducere. Intolerabilis circa te amor pectus meũ exagitat:nec vllum remediũ fatigationi mee reperire potui:nisi vt te oim rerũ mearum dominũ instituã. Quid teipsum vanis et inanibus abstinẽtijs crucias? Ecce possessionũ locupletatio infinita:et ecce auri põdus immẽsum:⁊ argẽti ministerium copiosum:⁊ familie infinitus est numerus:dignitas generositatis est mihi: hoc anno absq filijs viduata suz succede p eodẽ in facultatibus meis ⁊ nõ solũ rerũ mearũ: sed meus esto iã dñs Cũq hec ⁊ his similia loqueretur:dixit ad eã Eugenia. Recte nomẽ tuũ nigredinis testatur perfidiam magnũ enĩ te diabolo habitaculũ pparasti: discede a seruis dei deceptrix:⁊ illecebrosa melãcia:nos enĩ aliter militamus. Habeãt opes tue tui similes dominos:nos delectat mẽdicare cum xpõ. Affatim diues ẽ q cũ xpõ pauper est. Fugiãt a te imagines cõcupiscẽtie:non est enĩ salutis tue ista que te inuasit insania. Draconis habitaculũ facta venenuz effundis:sed nos xpi inuocato noie venenorũ tuoz virus euadimus ⁊ misericordiã dñi inuenimus. Tũc illa deceptiõis sue pudorẽ nõ ferẽs:sperẽs se detegi:nisi prior ipsa detegeret. reuersa Alexãdriã. adire pfectũ statuit hoc ordine dicẽs. Scelestũ iuuenẽ simulãtẽ christianã religionẽ icurri ⁊ ad me arte dũ medẽdi gratia qua dicitur posse infirmãtibus prodesse venire p mitterem vnam me et illis existimans:de quarum pudore bachatur:ausus est impudenter alloqui et verbis procacibus ad crimẽ hortari:⁊ nisi dedissem vocem in presenti et ancille mee fuissem liberata solatio more barbarico sue me libidini captuasset. Audiens hec prefetus nimio furore inflãmatur ⁊ iubet ad loca monasterij destinari:qui cum vinctum ferro cũ oibus cõmorãtibus deponerent. Deponũtur itaq omnes in vinculis: ⁊ quia vnius carceris eos non ferebat locus per diuersas custodias diuiduntur. Post hec statuitur dies funeris in quo alij ad bestias. Alij vero ad ignes:alij ad diuersa supplicia dãnarentur. Fit rumor immẽsus:impudẽs quoq fama cunctam egypti peragrat prouinciã. Oẽs credunt:oẽs cõdẽnant:et omnibus verisimile vide

tur: melanciam illustrem, feminam mentiri non posse. Quid multa? venit dies funerū cōstituta: in qua vniuerse ciuitates in vicino posite conueniunt vt viderent fratrū tradi mortibꝯ corruptores itroducuntur in cathenis: ⁊ collaribus ferreis cū beata. Eugenia: ⁊ nullo agnoscente ꝙ esset femina clamo populi. diuersis sententijs ingruebat. Tūc iubetur adduci propinquius: ⁊ non per internūcios eā prefectus audiret: sȝ ex ore eius edisceret veritatē. Aptantur aculei ⁊ verbera. flamme tortores ⁊ cetera q̄ solent abscondita cordis exculpere preparātur. Tūc prefectus Philippus dixit dic celeratissime christianoꝝ hoc vobis christus vester tradidit in mādatis vt operaȝ corruptionibus detis: ⁊ pudoreȝ atq̄ verecundiaȝ matronaleȝ fraudulenta astutia capiatis dic nunc furcifer: que te temeritas coegit vt illustreȝ feminā melanciaȝ appeteres: ⁊ ingressus sub specie medici: castitatē generosissimaȝ ad lupanariaȝ ignominiaȝ prouocares. Audiens hec beata Eugenia: capite demisso ne possit agnosci: taliter dedit prefecto responsuȝ. Dominus meus Jesus christus cui ego seruio castitateȝ docuit: ⁊ integritatem corporis custodientibus vitam promittit eternā. Hanc autem melanciam falsaȝ testem nunc possumus declarare: sed melius est: vt nos patiamur mala ꝙ illa duȝ conuicta fuerit aliquid patiat̄ nec fructus patientie nostre depereat: sed tn̄ si per victoriam principum testetur vestra sublimitas ꝙ nō in eam ipsaȝ retorqueatis sententiam: ⁊ hec fallax testis nihil patiatur mali nunc ꝓbabimꝯ crimen quod nobis obijcit: redūdare in eam. At vbi testatꝯ est per principum salutem prefectus promittēs ad omniaq̄ postulabat effectū dixit. Eugenia. O melancia nigredinis nomen ⁊ tenebrosa melancia applicari fecisti acculeos: suspēdi precipis christianos. Dāna percuti incēdi: tene, nos accipis: nō tamē tales habet famulos christus quales tu testaris. Tamen adduci ꝓcipe ancillam: quam testē nostri criminis esse dixisti: vt ex ore possit denūdari mēdacium. Cumq̄ applicata fuisset in conspectu iudicis cepit dicere. Istum iuuenem impudicissimuȝ frequenter quidem circa villes personas detectū in adulterijs ipsa impunitas ad hoc cū perduxit: vt etiam domine mee: circa primaȝ horaȝ diei cubiculum impudēter ingressus primo quidem sermone quasi pro salute eius veniret indicaret. Secūdo pro sua concupiscentia: ⁊ tertio etiaȝ ad violentiā si cursiȝ ego egressa familiam non vocasseȝ que hodie huius criminis testis est. Tunc prefectus ex familia adesse iubet aliquos: qui ita gestum esse suo testimonio confirmarent. Cūq̄ applicarentur singuli ita esse vt illa dixerat testabantur. Tunc iudex vehementer commotus ait. Quid ad hec i fauste dieturꝯ es: quē tot reuincūt testes. tantaq̄ īdicia manifestāt. Ad hec beata Eugenia ait. Tempus loquēdi est ꝙ tempus tacēdi trāsijt. Notaueram quidē crimen obiectuȝ in futuro iudicio denudari. ⁊ castitatē meā illi soli ostendere: cuius amore seruanda est. Tamē ne gloriet̄ in seruos xp̄i fallax audacia: et

paucis pandā verbis veritatē nō ad iactantiaȝ humane declamationis: sȝ ad gloriaȝ noīs xp̄i. Tanta enim est virtꝯ noīs eius: vt etiā femine: in timore eiꝯ posite virilē obtineant dignitateȝ: ⁊ neq̄ ei sexus diuersitas fide pōt inueniri superior: cū beatus Paulus apostolꝯ magister omniū xp̄ianoꝝ dicat ꝙ apud dominū nō sit discretio masculi ⁊ femine oēs enī in xp̄o vnū sumꝯ. Huius ergo normā animo feruente suscepi ⁊ ex cōfidētia quā in xp̄o habui nolui esse femina: sed virginitateȝ imaculatā tota si itētione cōseruans viruȝ gessi constanter in christo. Non eniȝ inuitā honestatis simulationē assumpsi vt vir feminaȝ simularē: sed femina viriliter agendo virū gessi: virginitatē que i xp̄o est: fortiter amplectādo. Hec dicens scidit a capite tunicaȝ qua erat induta: ⁊ apparuit femina. Et statiȝ ad ꝓfectuȝ ait. Tu mihi quideȝ s̄m carnē pater: claudia mater est fratres hi duo qui tecuȝ sedēt auitus ⁊ sergius: Ego autē Eugenia filia tua que pro amore christi munduȝ omnē cū delitijs suis respui tanq̄ stercus Ecce prothus ⁊ iacinthꝯ eunuchi mei: cū qbꝯ scholā xp̄i ingressa sum xp̄s aūt tā idoneꝯ ibi extitit: vt victricē libidinis omnis pollutionis mee faceret ꝑ misericordiā suā: cui credo vsq̄ in finē iugiter ꝑmāsura. Agnoscētes ita ꝙ pater filiā: ⁊ sororē fratres: serui dominā: currūt statiȝ ad eā. ⁊ effundētes lachrymas in ꝯspectu populi: amplexibꝯ eius incūbunt. Nūciat̄ factū claudie matri: ⁊ statiȝ cursu ꝯcito ad spectaculū venit. Deferūtur vestimēta auro texta: ⁊ lȝ inuita induit̄ atq̄ in excelso tribunali posita in sublimā attollit̄: ⁊ ab omni populo clamatur: vnꝯ xp̄s vnus ⁊ verus deus xp̄ianoꝝ. Sane sacerdotes ⁊ episcopi qui multo populo xp̄ianos i amphitcatro erant: vt dum fuissent interfecti hi qui accusabantur ab eisdem sepelirentur ingrediuntur: deo hymnum dicentes atq̄ omnes vna voce clamantes. Dextera domini glorificata est in virtute: dextera manus tua domine confregit inimicos tollitur ergo in triumpho. Eugenia: ne tanto gaudio populi eius defuisset probatio castitatis. Visus est ignis de celo descendens. qui ita circūdedit domuȝ melancie: vt nec vestigiū alicuꝯ rei que ad eam pertinebat remanserit. Fit gaudiuȝ populi cū timore dei ecclesia que iam quasi viduata octauo anno clausa fuerat reseratur. Reuocatur christianoruȝ populus baptizat̄ ꝓfectus in fascibus cōstitutus baptizātur filij: eius: baptizat̄ mater eiꝯ claudia. Restituit priuilegia xp̄ianis: ⁊ mittit relationeȝ ad seuerum imperatorē de xp̄ianis, ⁊ memorat satis reipuplice christianos prodesse: ideo debere eos absq̄ ꝑsecutione aliqua in vrbibus habitare. Cōsentit relationibꝯ iperator: ⁊ fit tota Alexādrie ciuitas quasi vna ecclesia. Erat q̄ omnibus ciuitatibus gaudiū ⁊ dignitatis xp̄iani nominis florescebat. ¶ Sed quia semꝑ sanctitatē emulatio sequit̄ inimici: ⁊ cōtra bonitatem pugnat malitia: consilio dyaboli aliqui ex honoratis. Alexandrie cultores ydolorum accipientes egre: ꝙ xp̄ianis priuilegia tribuissēt venientes ad regem dixerūt; statum republ.

ce ꝯturbatū a Philippo ꝙ cū nono ano in fascibꝰ
irrepreheñsibiliter administrauerit:nūc decimo anno
perdidit oia. Denīq ꝯꝝ immortaliū deseruit ceri,
monias:⁊ omnē ciuitatē ad culturam cuiusdā̄ ho
minis:quē iudei occiderunt cōuertit. Non est legi
bus vestris vlla reuerentia. Passim quisq vt volue
rit templa reuerēda ingredit̄.non vt collendi beniuo
lētiam ꝑtendat.⁊ nō vt deos esse quos colimus.sed
Beati abbatis anasthasij laudabilem virtutez
patientie oportet vt cognoscatis quatenus admi-
rabilem magnanimitatem et trāquillitatem anime
eius considerātes imitemur exemplum. Hic itaq;
Anastasius habebat codicem in pergamenis valde
optimis scriptum qui decem et octo valebat solu-
dis. Totum enim vetus ꝛ nouum testamentum con
tinebat. Cum autem quidam frater venisset ad euz
visendi gratia vidit in cellula eius codicem ipsum ꝛ
concupiuit: furatusq; est eum et abijt. Supramemo
ratus autem abbas Anasthasius cum requisisset
eadem die ad legengum codicem suum et non inue-
nisset intellexit quia frater ille furatus esset eū. Et
noluit mittere post ipsuz: nec requirere euz ne post
furtum etiā periuria adderentur. Descendens au-
tem frater ille in eā que in proximo erat ciuitatem
voluit distrahere codicem illum. Petebat autez in
precio eius solidos sedecim. Dicit ei ille q̄ eum eme
re volebat. Da mihi codicem vt possim pbare: si va
let solidos sedecim. Dedit ergo ei codicez. Statim
autem frater ille cum ipso codice perrexit ad sctm̄
Anastasium: ꝛ rogabat eum dicens. Iube cōsidera
re pater codicē istum: et estimare eum si valeat so-
lidos sedecim. quoniam tanto precio petit qui di-
strahit illum. Dixit autem abbas Anastasius: quia
bonus est codex et valet tāto precio. Reuersus au-
tem qui eum emere volebat dixit distrahenti. Ecce
accipe precium: quia ostendi codicem abbati Ana-
sthasio: et dixit mihi: quia bonus est codex: ꝛ valet
tātum. Interrogauit autem frater ille si nihil bea-
tus Anasthasius dixit aliud. Cui respōdens ille ait
Crede mihi quia penit9 nihil mihi aliud dixit. Hec
cum audisset frater ille: dixit ei. Quia iā recogitaui
frater. et nolo distrahere codicem meum. Compun
ctus eīn corde festināter perrexit ad abbatē Ana-
sthasium ꝛ prostrauit se in terrā ad pedes eius: et
precabatur cuz fletu et lachrymis penitēdo: vt susci
peret codicem suum. Sed non acquiescebat ei ab-
bas dicens vade cuz pace frater. Ecce iā cum volun
tate mea habe ipsum codicem. Ille autem persiste-
bat cuz lachrymis petendo eum dicens. Quia si nō
susceperis codicē pater: nullo modo requiescet aīa
mea post hoc ille recepit codicem suum. Nam fra-
ter ille permāsit apud beatum Anastasium in cellu-
la eius vsq; ad extremaz vite sue. §.xxx.

Fuit quidam heremita Pior nomine de an-
tiquis patribus: quē beatus Anthonius ado
lescentem in sancto proposito monachorum instru
xit. Demoratus est autem apud beatuz Anthoniū
annos paucos. Cūq; viginti et quinq; annos eta-
tatis haberet: abijt ad alium secretuz heremi locuz
vt solitarius habitaret hoc etiā volente ꝛ cōsentien
te beato Anthonio. Dixitq; ei sanctus Anthoni9.
Uade Pior: ꝛ habita vbi volueris: ꝛ cum tibi p ali
quā rōnabilez occasionem reuelauerit deus venies
ad me. Cū autē puenisset hic ipse Pior ad locū q̄
sit9 inter nitriā ꝛ heremū scit hic: effodit puteū cogi
tās apud semetipsuz: qm̄ qualēcūq; aquā inuenero
opz me cōtētū ee: qd ꝛ factū est ad augmētū meri-

torum eius talis occasio. Tantū enī3 salsa τ amara inuenta est aqua: vt si quis ad eū visitandi gratia veniret in proprio vasculo sibi aquas deportaret. Remoratus est in eodē loco annis triginta. Dicebāt ergo ei fratres: vt recederet de loco ipso propter amaritudinem aque. Ipse aūt dixit eis. Si amaritudinem τ laborem fugimus abstinentie τ volum⁹ in hoc mundo requiē habere: post exitu vite huius non percipiemus illa eterna τ vere dulcia bona: nec fruemur illis perpetuis paradisi dilitijs: dicebant ergo fratres: quia tantum vnum paximatium: et quinq; oliuas in cibo accipiebat τ hoc de ambulando foris. Etiam τ hoc affirmabant de eo multi sanctorū patrum quia triginta τ amplius ānis: ex quo egressus est de domo patrū suoꝝ: nunq; ei suasum fuisse cū etiam defunctos audisset parētes suos: vt pgeret ad requirēdu3 seu ad visitādu3 propinquos. Verūtñ soror eius cū esset vidua habens duos filios iam adolescētulos misit eos in heremū ad requirēdū fratrē suū Piori. Qui cū diuersa monasteria circuissent: requirētes eū vix tādē inueniētes dixerunt ei. Nos filij sororis tue sumus que nimio desiderio optat te videre ante exitum suū. Ipse vero nō acquieuit petitioni eoꝝ. Perrexerūt τ aūt adolescētes ad homines dei beatū Anthonium3 indicantes ei pro qua causa venerāt. Misit autē beatus Anthonius τ vocauit eum ad se: dixitq; ei. Quare frater tāto tēpore nō venisti ad me. Qui respondēs dixit ei. Precepisti mihi beatissime pater: vt: cū3 p aliquā occasionē reuelasset mihi dn̄s venirē ad te τ eccevsq; hatē⁹ nō mihi reuelatū est. Dixit ei beat⁹ Anthonius. Vade vt videat te soror tua. Tunc assumpsit secū aliū monachū: τ perrexit ad domū sororis sue: τ stās foris ppe ianuā atrij: clausis oculis: vt nō videret sororē suā stetit. Illa aūt veniens piecisse ad pedes eius. De nimio eñ gaudio angustiata est. Dicit ei Pior. Ecce ego sum frater tu⁹ Vide ergo me quātū volueris. Et post hoc statī3 reuersus est in heremum in cellulam e⁹. Hoc aūt fecit ad erudiendum monachos: vt non daretur eis licentia cum libitu3 eis fuerit visitare parentes vel propinquuos suos. §.xxxi.

ETiam abbas Johānes q̄ cōmanebat in mōte qui vocat Calamus: habebat sororē3 que ex infantia in sancto proposito cōseruabat. Ipsa eñ erudiuit τ docuit eūdē3 abbatē3 Johānem vt relinqueret vanitates seculi huius τ ingrederet monasteriū. Per viginti quattuor ānos nō est egressus de monasterio nec visitauit sororē suā. Illa vero nimis desiderabat videre eū. Mas frequēter scribebat τ mittebat ad eum epistolas: petebatq; vt ante exitū3 e⁹ de hoc corpore veniret ad eā vt in charitate xp̄i de p̄sentia sua letaretur. Ille autē3 se recusabat: nolebatq; de monasterio egredi. Venerabilis autē famula dei τ soror eius iterū scripsit ad eum dicens. Quia si nolueris venire ad me necesse habeo vt ego veniā ad te: vt post tanta tempora adorare merear sanctā charitatē tuā. Hec cū audisset supradictus Johānes cōtristatus est nimis τ cogitabat apud semetipsum dicens. Quū si permisero: vt ad te veniat soror mea de cetero licentia datur: vt τ alij parentes τ propinqui nostri veniant ad visitandum nos. Ideoq; tractauit apud se: vt magis ipse pergeret: τ visitaret sororem suā. Accepit etiā alios duos secum fratres de monasterio: τ cū venisset ad ianuā monasterij sororis sue clamauit dicēs. Benedicite et audite peregrinos. Egressa est autem soror eius cu3 alia famula dei. Et aperuit ianuā et penitus nō cognouit fratrem suum. Ipse autem cognouit sororem suam: sed non est locutus verbum ne forte cognosceret in voce eum. Monachi vero q̄ cum ipso erant dixerunt ad eum. Rogamus te domina mater vt iubeas nobis aquam dare ad bibendum: qz de itinere fatigati sumus. Cum autem accepissent et bibissent facientes orationem et gratias agētes deo: recesserūt et conuersi sunt ad monasterium suū Post aliquantos autem dies iterum scripsit ad eū soror sua: vt veniret et videret eum ante exitum suū et orationem faceret in monasterio eius. Tunc ille rescripsit ad eam et misit epistolam per monachu3 de monasterio suo dicēs. Quia prestante gratia dei ego veni ad te. et nullus me cognouit: ipsa vō egressa es ad nos et dedisti nobis aquam et accepi de manibus tuis: τ bibi τ gratias agens deo reuersus sum in monasterium. Sufficiat ergo tibi quia vidisti me et non sis vlterius mihi molesta: sed ora pro me incessanter ad dominum nostrum, iesum christum. §.xxxij.

SEd et alius quidam monachus abijt ad sororem suam vt visitaret eam. Audierat enim eam egrotantem in monasterio. Erat autem ipsa famula dei nominata in sancta conuersatione. Itaq; nō acquieuit illa suscipere et videre fratrem suum vt non per occasionem eius ingrederetur monasterium feminarum sed mādauit ei dicens. Vade dn̄e pater et ora pro me prestante enim gratia dei videbo te in futuro seculo in regno domini nostri iesu christi. §.xxxiij.

ETiam de abbate Theodoro oportet nos exempla virtutū proferre. Hic itaq; beatus Theodorus discipul⁹ fuit sancti Pachomij viri de sctis patribus: qui fuit pater infinite multitudinis monachorum: multoꝝq; monasterioꝝ pater in partibus Thebaide. Cū eñ in omnib⁹ sanctitatis fulgeret virtutibus: etiam prophetie gratiam a deo promeruit Multa eñ futura reuelabat ei dn̄s. Quodam autē tpe soror eius germana venit ad monasteriu3 in quo idem beatus Theodorus cōuersabatur vt post multa tempora videret germanū suu3. Cū qs nunciassent ei de aduentu sororis eius misit continuo duos monachos qui obseruabant ad ianuas monasterij: mandauitq; per eos sorori sue dicens. Ecce soror audisti τ cognouisti quia viuo ne cōtesteris quia minime me vidisti sed conuerte cor tuum: et magis considera vanitatem τ instabilitatem presentis mūdi: τ apprehende sancte vite cōuersatiōes

vt peruenire possis ad eternã vitã: et ad celestia bo-
na q̃ preparauit diligẽtibus se dñs et facientibus mã
data eius. Tracta ergo apud te: quia hec est sola et fir
ma spes: vt spe faciat homo precepta dei: vt merea-
tur homo peruenire ad gloriosa pmissa dñi saluatoris
xpi. Hec aũt cũ audisset illa statim cõpuncta est cor
de: lachrymasq̃ fundebat in cõspectu dñi. Et post
paululũ ingressa est in monasteriũ virginũ famulaꝝ
dei: qđ in eodẽ vico cõstructum erat: et pcedẽti tpe
multiplicabatur in sancto proposito famula xpi. Hec
itaq̃ gesta cũ audisset mater eoꝝ deprecata est: epi
scopos. et dederũt ei epistolas ad supradictũ sanctũ
Pachomiũ patreꝫ monasterioꝝ pro filio eiꝰ. Cũq̃
venisset applicuit in monasterio famularũ dei: et di
rexit epistolã ad patrẽ monasterij obsecrãs vt vide
ret filiũ suũ. Beatus aũt Pachomius vocauit eiꝰ
filiuꝫ Theodorũ et dixit ei. Audiui fili: quia mater tua
aduenit ppter te. Itaq̃ ppter epistolas episcopo
rum qui scripserũt ad me: vade et videat te mater
tua dixit ei Theodorus. Precepisti mihi dñe vt vi-
deã matrẽ meã. Si ergo abiero videre eã post tãtã
scientiã spiritualẽ vereor ne culpabilis inueniar apđ
deũ. Etenim oportebat me fortitudinẽ animi mei ad
exẽplũ alioꝝ fratrũ demõstrare. Audiẽs aũt mater
quia nõ acquieuit videre eã affectu feruẽs in filiũ no-
luit remeare ad domũ suã sed pmãsit in monasterio
virginũ dicẽs. Quia si pmãsero hic: sepe etiã videbo
filiũ meũ cũ inter alios fratres egredit̃ ad monaste
rij causas: et monitis et exhortatiõe eius pficere pos
sum in sancta cõuersatione: doctrinaq̃ eiꝰ cõfirma-
bit cor meũ vt merear puenire ad eternã requiẽ quã
pmisit dñs noster iesus xps diligẽtibus se. Multa
aũt et magnifica per sanctũ Pachomiũ fecit dñs
mirabilia. Nã et demonibꝰ obsessos frequẽter inuo
cato xpi noĩe curauit. Multis etiã diuersas egritu
dines sustinẽtibꝰ: et paralyticis orõnibꝰ eiꝰ misertꝰ
est dñs. vt supra patuit i eiꝰ gestis et vita. §.xxxiiij.

Multo tpe beatus abbas Pachomius cõtra
immũdissimas demonũ impugnationes cer
tamẽ bonũ certauit: sicut athleta veritatis tanq̃ et
beatus Anthonius. Denique intentissimis precibus
exorauit dñm vt somnũ nõ caperet p aliquot tẽpus
quatenus diebus ac noctibꝰ puigil maneret contra
aduersarios demones dimicãdo: donec psterneret
et superaret eos sicut dicit̃ in psalmo. Et nõ cõuer
tar donec deficiãt. Prestitit ergo et cõcessit ei dñs
petitionẽ eiꝰ. Impossibiles enim et imbecilles sunt de
mones: cũ quis nostrũ ex tota fide et ex tota inten
tione cordis feruẽte sancto desiderio. et adiuuante
nos virtute saluatoris nostri iesu xpi cõtendimus
contra eos. Referebant nobis fratres de eodẽ bea
tissimo patre Pachomio qui fuit vt diximus mo-
nasterioꝝ multoꝝ in regione Tabennẽsiotarũ p̃-
positus: referebãt ergo de eo quia frequẽter dicebat
fratribus: quia (sicut mihi testis est deus) sepe audiui
immũdos spũs demonũ loquẽtes inter se diuersas
ac varias artes suas quas cõtra seruiẽtes deo ma-
ximeq̃ cõtra monachos habẽt. quidã enim dicebant
Quia ego certamẽ cõtra durissimum hominem habeo
et quotiẽs ei immitto diuersas cogitationes ille sta
tim surgit et prosternit se in oratiõe cũ gemitu orãs
adesse sibi diuinũ auxiliũ. Ego autẽ illo exurgente
cum grãdi cõfusione egredior. Item alius demõ di
cebat ego ad illum quẽ obseruo cũ ei cogitationes
immisero: cõsentit et suscipit et facit eas. Sepe enim
exardescere cum in iracũdia facio et in cõtẽtiones ri
xe: et pigritiã orationis: et dormitionẽ in psalmodia
et non cõtradicit mihi. Ideoq̃ fratres mei dilectis
simi semp opꝰ vt custodiatis sensum et animũ vestrũ
inuocãtes nomẽ dñi nostri iesu xpi et sm̃ precepta
dei cõuersamini tã in orationibus q̃ psalmodia: si-
cut dicit apostolus instãtes orationi et vigilãtes in
ea. Ideoq̃ cũ cõpunctione et timore cordis vigilãti-
bus nõ preualebit inimicus. Ipse aũt beatꝰ pater
Pachomius docebat fratres: vt semper memores
essent verbi dei in salutem animaꝝ suã. Postmodũ
vero discedebãt vnusquisq̃ fratrum in cellulas suas
operãtes manibus suis et meditãtes que de sanctis
scripturis didicerãt. Impossibile ẽ enim aliquẽ apđ
eos verbũ otiosum loqui: sed ea tãtũ q̃ de sanctis
scripturis didicerãt: erãt inter se loquẽtes exponen
tes de capitulis scripturarũ. que ad timorẽ dñi con
firmarent et illuminarent animas eoꝝ. §.xxxv.

Fuit quidã vir magnus de sanctis senioribus
cui talem gratiã donauerat xps. s. reuelãte ei
spiritusancto: vt videret qđ alij nõ videbãt. Refere-
bãt ergo sancti seniores: quia aliquã q̃plurimi sedebãt
fratres: et simul loquebãtur inter se et loquebãtur de
sanctis scripturis q̃ ad salutem ptinent animarum.
Stabãt aũt circa eos sancti angeli letãtes in hilari
vultu cõsiderãtes: delectabãtur enim de eloquijs dñi
Cum aũt aliud quodcũq̃ loquerent̃: statim sancti
angeli recedebãt longius indignãtes contra eos.
¶ Veniebant autem porci sordidissimi et volutabãt
se inter eos. Demones enim in specie porcorum dele
ctabãtur p superflua et vaniloquia eoꝝ. Beatus au
tem senior hec videns abijt in cellulã suam et per to-
tam noctẽ cum grandi fletu et vlulatu gemebat mi-
serias nostras. Exhortabatur ergo sanctos patres
per monasteria et cõmonebat fratres dicens. Cohi
bete a multiloquio: et ab ociosis sermonibus linguã
per quã maius interitus anime generatur: et nõ in-
telligimus: quia per hec et deo et sanctis angelis odi
biles sumus. Dicit enim scriptura diuina. per multi-
loquium nõ effugies peccatum. Hec enim infirmã et
vanã efficiũt mentẽ atq̃ aiam nostrã. §.xxxvj.

Fuit quidã vir in palatio sublimis sub Theo-
dosio imperatore: nomine Arsenius: cuius fi-
lios id est Arcadium et Honoriuꝫ augustus de ba
ptismo suscepit hic itaq̃ Arsenius desiderio diuini
timoris accensus relinquẽs oẽm seculi gloriã tẽpo-
ralem perrexit ad heremũ scithie: vt inter sanctos
p̃res secretã et quietã ab omni strepitu huiꝰ mundi
ageret vitã separatus ab illecebris et delectationibꝰ
corporalibus vt cum tota mentis intentione adhe-
reret domino saluatori sicut scriptum est. Adhesit

anima mea post te me suscepit dextera tua. Dicebat ergo de eo sancti seniores: quia sicut cum in seculi conuersatione esset nimis preciosis vestimentis pre oibus vtebatur: ita post modum in heremo scithie degens studebat vt ab oibus monachis viliora et despectiora vestimenta haberet. ¶ Dicebat etiam abbas Daniel quoniam sanctus Arsenius referebat fratribus dicens: quasi de alio audisset: sed quantum datur intelligi ipse talem vidit visionem: sedebat (inquit) quidam de senioribus monachis in cellula sua. et subito venit ad eum vox dicens. Egredere foras et ostendam tibi opera hominum. Et surrexit inquit et egressus est foras. Duxit autem eum et ostendit ei ethiopem nigrum cum securi cedentem ligna et facientem grandem sarcinam: et temptabat subleuare sarcinam illam et pre magnitudine non poterat portare eam: sed redibat et cedebat iterum alia ligna et addebat super sarcinam illam. Iterum autem ostendit ei alium hominem stantem super lacum et haurientem aquam: et mittentem eam in collectaneum: et de alia parte per foramina defluebat aqua subter in eodem loco. Iterum dixit ei: veni sequere me: et ostendam tibi aliud. Et vidit quasi quoddam edificium templi. et duos sedentes in equis portantes super scapulas suas vterque lignum vnum. i. perticam longam volentes pariter ingredi portam templi illius: et non permittebat eos lignum (quod ex aduerso portabant) ingredi per portam illam. Non enim humiliabat se alter alteri: sed contendebant vtrique pariter ingredi volentes et non preualebant. Nec enim humiliabat se vnus eorum vt alteri locum daret. Exponit ergo ei has visiones dicens. Hi qui lignum portant: hi sunt qui habent iugum sanctum monachorum: sed iustificantes seipsos in cordibus suis cum exaltatione superbie non humiliantur inuicem. Noluerunt enim ambulare in humilitate viam saluatoris dni nostri iesu xpi: qui dixit: discite a me: quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Ideoque propter superbiam cordis sui remanserunt foris: de regno regis celorum exclusi. Qui autem cedebat ligna et super sarcinam addebat adhuc homo est qui oneratus est multis peccatis: et super sarcinam peccatorum suorum addit et semper alia peccata quem oportebat vt magis penitentiam ageret de prioribus peccatis: sed negligens vitia emendare peccatorum priorum: magis alia addit supra priora peccata. Ille autem qui aquam de lacu hauriebat homo est qui aliqua bona operatur: sed quia mala etiam amplius peccatum operatur: et ideo percunt et delent etiam bona opera que facit. Oportet ergo homines sicut ait apostolus cum timore et tremore salutem suam operari. ¶ Dicebat autem abbas Daniel de abbate arsenio: quia cum operaretur sportas ex palmarum folijs: mittebat aquam in peluim vt infunderentur palme et cum feteret bramosa aqua odore: non permittebat vt aliam aquam mutarent: sed super illam fetidam aliam addebat aquam vt semper feteret. Interrogabant autem fratres eum dicentes. Cur non permittis pater vt aqua mutetur: sed pessimo fetore tota cellula tua repletur. Respondens autem beatus senior ait. Quoniam pro thimiamate et muscata et alijs diuersis quibus in seculari conuersatione sine intermissione fruebar: opus nunc me dum in hoc tempore sus sustinere istiusmodi fetorem pro suauissimo illo odore: vt in die iudicij de illo gehenne inenarrabili fetore liberet me dominus: et non cum illo diuite: qui epulabatur in isto mundo deliciose et splendide: condemnetur anima mea.

¶ Quidam de fratribus dicit beato Arsenio. Ecce beatissime pater meditari festino de scripturis sanctis que didici: et non sentio compunctionem in corde: quia non intelligo virtutem diuine scripture. Unde et valde contristatur anima mea. Respondens autem beatus Arsenius ait. Opus te fili incessanter meditari eloquia domini audiui enim quia dixit beatus abbas Poemen et alij multi sanctorum patrum: quia incantatores illi qui serpentes solent incatare non intelligunt ipsi verba que loquuntur: sed serpentes audientes intelligunt virtutem verborum illorum: et conquiescunt et subduntur eis. Sic etiam et nos faciamus. Quamuis enim non valeamus intelligere diuinarum scripturarum virtutem: tamen demones audientes diuini verbi virtutem terrentur et effugati discedunt a nobis: non sustinentes eloquia spiritussancti que per seruos suos prophetas et apostolos est locutus. §. xxxvij.

Quodam tempore cum in vicino beati Macharij homicidium fuisset perpetratum et cuidam innocenti homini impingeretur crimen admissum surgens ille qui calumniam patiebatur fugit ad cellulam beati Macharij. Affuerunt etiam et illi qui eum persurgebant: et alligabant eum dicentes. periclitari seipsos nisi comprehenderent: et legibus traderent homicidam. Ille vero cui crimen impingebatur cum sacramentis affirmabat conscium se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab vtraque parte certamen haberetur: interrogauit sanctus Macharius vbi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cumque designassent ei locum cum ipsis pergit ad sepulchrum: atque ibi fixis genibus inuocato christi nomine ait ad eos qui assistebant. Nunc dominus ostendet si vere reus est hic qui a vobis purgetur. Et eleuata voce ex nomine clamabat defunctum: Cumque ei de sepulchro vocatus respondisset ait ad eum beatus Macharius. Per fidem christi te obtestor: vt dicas nunc si ab isto homine qui propter te accusatur occisus es. Tunc ille clara voce de sepulchro respondit dicens: non esse ab eo interfectum et cum obstupefacti omnes decidissent ad terram ac pedibus eius voluerentur rogare eum ceperunt: vt interrogaret illum a quo esset occisus. Tunc sanctus vir ait. Hoc ego non interrogabo. Sufficit enim mihi vt liberetur innocens: non est autem meum vt reus prodatur. Forsitan enim compungitur adhuc pro scelere quod commisit et aget penitentiam et saluetur anima eius. §. xxxviij.

Alio itidem tempore cum sancto Machario quidam frater vuam detulisset: ipse qui secundum charitatem non que sua sunt: sed que alterius cogitaret ad alium fratrem infirmum eam detulit: qui infirmior pre egritu-

dine videbatur. Tunc infirmus gratias egit deo pro fratris officio et suscepit eam et ipse nihilominus plus de proximo quam de semetipso cogitans ad alium detulit eam infirmum fratrem: et iterum ille ad alium: et sic, cum per omnes cellulas que longe a semetipsis erant per heremum disperse uva illa circumlata esset ignorantibus eis qui eam primus misisset: ad ultimum defertur ipsi qui eam miserat: gratulatus autem sanctus Macharius quod tantam videret in fratribus abstinentiam tantamque charitatem: ad acriora semetipsum spiritualis vite exercitia extendit. f.xxxix.

Illud etiam ad fidem confirmatum nobis, de eo est ab his qui ex ore eius audierunt quoniam quodam tempore nocte in specie monachi demon ad hostium cellule eius pulsaverit dicens. Surge abba Macharii: et eamus ad collectam ubi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille gratia dei repletus falli non potuit. Intellexit enim dyaboli esse fallaciam: et ait O mendax et veritatis inimice quid enim tibi consortii quid societatis est cum collecta et congregatione sanctorum. At ille ait. Latet ergo te o Machari quod sine nobis nulla collecta agitur nullave congregatio monachorum. Veni denique et videbis ibi operam nostram. Dixit autem sanctus Macharius. Imperet tibi dominus demon immunde: et conversus ad orationem petiit a domino: ut sibi ostenderet si hoc verum esset quod est gloriatus demon. Abiit ergo ad collectam: ubi iam vigilie a fratribus celebrabantur. Et iterum in oratione dominum deprecabatur: ut ei veritatem huius rei ostenderet. Et ecce videt quasi parvulos quosdam pueros ethiopes nigros per totam ecclesiam discurrere huc atque illuc et velut volitando deferri. Discurrentes autem illi ethiopes pueri: singuli quibusque fratribus in oratione positis atque psallentibus alludebant: et si cuidam eis oculos duobus digitulis compressissent statim dormiebat. Si cui vero in os misissent digitum oscitare eum faciebant. Item post psalmum cum ad orandum se proiecissent fratres percurrebant iterum singulos: et ante alium quidem iacentem in oratione quasi in mulieris speciem vertebantur ante alium: quasi edificantes et portantes aliquid: aut diversa queque agentes apparebant. Et quecumque demones quasi ludentes formassent: hec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. ¶ Ab aliquantis tamen fratribus ubi aliquid horum agere cepissent: quasi violenter repulsi precipites deiciebantur: ita ut nec ante eos stare aut transire auderent aliis vero etiam supra cervices et dorsa ludebant. Hec cum vidisset sanctus Macharius ingemuit graviter et lachrymas profundens ad deum dixit. Respice domine et ne silicas neque mitigeris deus: sed exurge et dispergantur inimici tui quoniam anima nostra repleta est illusionibus. Post orationem autem examinande veritatis gratia seorsum vocatis singulis quibusque fratribus ante quorum faciem viderat demones diverso habitu et variis imaginibus ludentes requirit ab eis si in oratione vel edificandi cogitationes habuerint vel iter agendi vel alia diversa que unicuique per demones imaginata viderat: et singuli eorum ita confitebantur in corde suo fuisse cogitationes sicut ille arguebat. Et tunc vere intellectum est quod omnes male et superflue et vane cogitationes: que vel psallentibus vel somniorum aut orationum tempore unusquisque in corde suo ceperit illusione et instinctu demonum fiant. Nam ab his qui omni custodia servant cor suum: in timore et amore domini illi tenebrosi ethiopes et hec quas emittunt cogitationes repelluntur. christo enim mens coniuncta et precipue in tempore orationis intenta nihil mali nihilque superflui recipit. f.xl.

Quidam frater requisivit abbatem Sisoyum quemadmodum in cella propria degere deberet. Cui ille respondens dixit: comede panem tuum cum sale et aqua et non erit tibi necessitas aliquid coquendi aut longius euagandi. f.xli.

Requisitus abbas poemen quemadmodum oporteat ieiunare respondit. Ego volo monachum ita quotidie parum comedere: ut non satietur. Nam biduana et triduana ieiunia vane glorie vacant. Hec enim omnia examinaverunt sancti patres et invenerunt: quia bonum est quotidie ieiunare et parum comedere: ut fitiant quotidie et esuriant. Hanc enim viam regiam leuem nobis esse demonstraverunt. f.xlij.

Abbas silvanus domini cum discipulo suo zacharia ad quodam monasterium pervenissent antequam egrederentur fecerunt eos monachi parum comedere. Post quam ergo egressi sunt invenit discipulus eius aquam: et volebat bibere. Cui abbas Silvanus zacharia. Hodie ieiunum est. At ille dixit. Nunquid hodie comedimus pater. Et dixit ei senex. Illa esca charitatis erat fili nos autem nostrum ieiunium teneamus. f.xliij.

Quidam de fratribus in panepho ad abbatem Joseph preterierunt: ut requirerent de susceptione fratrum: si liceret cum his illo tempore vel fiduciam habere: vel leticiam. At ille antequam requirerent eum: dicit discipulo suo Quod facturus sum hodie fili nemineris. Et posuit duo sedilia illis qui venerant: et dicit eis sedete. Et posuit unum a dextris suis et alterum a sinistris. et ingressus cellulam suam misit sibi vestimenta corrupta: et egressus transiit in medio eorum. Et iterum ingressus misit alia meliora quibus solebat die festo uti. et egressus est postea ad eos. Iterum autem ingressus quotidiano vestimento suo vestitus venit et sedit inter eos. Illi autem mirati sunt et obstupuerunt propter hoc factum. Dicit eis senex. Vidistis quid feci. Cum autem illi annuissent dicit eis. Et quid feci. Et dicunt ei. Primum vestimento corrupto usus es: et postea alio meliore dicit eis. Nunquid mutatus sum. ex illo inhonesto: aut ex illo meliore. Dicunt ei non Quibus senex ait. Si ergo idem ego sum in utrisque et non sum mutatus: et sicut illud primum non me nocuit: ita nec secundus mutavit. Sic ergo debemus facere in occursione fratrum: ut quum presentes sint cum fiducia et leticia suscipiamus eos. Quando autem soli sumus: opus est ut luctus et abstinentia permaneant in nobis. Illi vero audientes que in cordibus suis habebant antequam requirerent eum glorificaverunt deum: et leti discesserunt. f.xliiij.

Dicebat unus ex patribus: quia invenitur homo multum comedens: et adhuc esuriens se

ꝯtinet ne satietur Alter autē parū comedit: ꝛ satiat. Qui ergo multum comedit et adhuc esuriens se cōtinet maiorem mercedem habet quā ille qui parum comedit ꝛ satiatur. §.xlv.

Dixit qdā senex. Ne ꝙ desideraueris aliquā do māduces. Comedēs aūt qd tibi a dño. trāsmissū fuerit: gratias age sine itermissiōe §.xlvj.

De quodā sene referebāt fratres quia desiderasset cucumerē: quē cum attulisset suspēdit ante oculos suos. ꝛ ne vinceretur a cupiditate non tetigit eum sed magis agebat penitentiam puniēs semetipsum ob hoc: quia ipsum desiderasset. §.xlvij

Quidā ex senioribꝰ factus est infirmꝰ: ꝛ p multos dies non poterat escam vllā percipere. Cōpulit aūt eū discipulus suus dicēs. Si iubes pater: facio tibi paruū placētē. Et fecit ei. Erat aūt ei vasculum paruum habēs mel: ꝛ aliud vas simile habēs oleum de lini semine expssum: ꝛ erat fetidum: et in re nulla alia proficit nisi forte in lucerna. Et deceptus frater misit in escā senis de illo sperans quia mel misisset. Cum aūt gustasset senes nihil locutus est: sed tacens comedit. Tertia vero vice cū ei daret dixit ei. Non possū comedere fili. Ille vero tāꝙ volēs adhortari eū dixit Ecce abba bona sunt et ego comedo ex ipsis. ꝛ postꝙ gustauit ꝛ sensit rem quam fecerat cecidit in faciem dicens Veh mihi abbas: quoniam occidi te. Istud peccatum posuisti super me: quia locutus non es. Dicit ei senex. Nō cōtristeris fili ppt hoc. Si eīm voluisset deꝰ vt bonū comederē tu mel misisses nō hꝰ ꝙ misisti. §.xlviij.

Dixit abbas Poemē: nisi Nabuzardan princeps cocorum venisset in hierusalem templū domini nō arsisset igne. hoc autē est: quia nisi desiderium castrimargie in anima venerit sensus hominis non succenditur in pugnam dyaboli. §.xlix.

Abbas macharius quotiēscūꝙ cū fratribus facta charitate reficiebatur: hoc in pprio corde statuerat. Ut quātos vini calices ablatos hausisset tantis diebus nec ꝛ ipsam aquā gustaret omino. Cū ergo ei fratres vinum porrigerent: cū gaudio. sumebat vt postea se siti maceraret: ꝙ cū discipulus eius didicisset: patefacto senis cōsilio ne ei vinum porrigerent coniurabat: tormenta illi potius esseꝙ pocula manifestans. §.l.

Facta cōgregatione in ecclesia cū esset festiuitas: ꝛ ceteri monachi comederent: vnus ministrantibꝰ dicit: quia nihil coctū comedo sal mihi deferri precipito. Quo verbo minister audito: cum clamore audientibus ceteris alij imperauit dicens Quoniam coctum ille frater non comedit: parū illi salis afferto. Tunc beatus theodorꝰ dixit ei. Oportuit te magis frater carnes in cella tua comedere ꝙ hunc pñtibus fratribus audire sermonem §.lj.

Quidam peregrinus frater venit ad abbatē siluanum in mōte syna: et vidit qꝛ frater operantur ꝛ dicit eis. Quare operamini escam que perit. Maria autem bonam partē elegit Tunc senex dicit discipulo suo zacharie. Da illi codicē vt legat et mitte illū in cellulā q̄ nihil habet hora aūt nona circūspiciebat frater ille viam si forte vocaret eū senex ad comedēdū Postꝙ vero trāsijt hora nona. venit ad senē dicēs ei Nūquid hodie nō comederūt fratres abba. Cūꝙ senex fateret: ait ille. Quare me nō vocasti. Tūc dixit ei abbas siluanꝰ. Et homo spūalis es ꝛ nō habes necesse hāc escā: nos aūt tāꝙ carnales opus habemꝰ comedere. ideo operamur tu aūt bonā partē elegisti. Legis enim omni die et nō vis carnalē escā accipere. Quod cū audisset cepit penitere ac dicere. Indulge mihi abba: Tūc respondit illi siluanus. Ergo necessaria est martha marie ppter marthā enim ꝛ maria laudatur. §.lij

Dicebāt de abbate Johanne breuis stature quia dixerit aliquādo fratri suo maior volebam esse securus sicut angeli sunt securi nihil operans: sed sine intermissione seruiēs deo. Et expolians se quo vestitus erat: abijt in heremū ꝛ fecit ibi ebdomadā vnā ꝛ reuersus est ad fratrē suū Ut dū pulsaret ostiū respōdit ei anteꝙ apiret dicēs. Quis es tu: Et ille dixit. Ego sum Joānes. Et respondens frater dixit. Johānes angelus factus est: ꝛ vltra intra homines nō est. Ille vero pulsabat dicens Ego suū: ꝛ nō aperuit ei: sed dimisit eum affligi vsꝙ mane. Postea vero aperiēs ei dixit. Si homo es opꝰ habes iterū operari: vt pascaris Et ille penitē tiā agēs dixit. Ignosce mihi frat qa peccaui. §.liij.

Quidā frater impugnabat a spiritu blasphemie ꝛ erubescebat dicere: ꝛ quoscūꝙ audisset magnos senes: pergebat ad eos vt illis declararet sed mox cū puenisset iterū verecūdabat illis dicere. Cū ergo frequenter ad abbate Poemē veniret vidit eū senex habentē cogitationes: ꝛ dixit ei. Ecce frequēter venis ad me habēs cogitationes: ꝛ sic iterū remeas: tecū illas reportās: Dic ergo mihi fili. quid habes. At ille dixit in blasphemia ipugnat me dyabolꝰ: ꝛ erubescebā dicere: ꝛ mox vt apuit leuior fuit eꝰ impugnatio. Et dicit ei senes. Nō cōtristeris fili. Qñ hec cogitatio ad te venit. Dic. Ego hac cā non indigeo: blasphemia tua sup te sit sathanas Hanc enim causam aīa mea nō vult. Quācūꝙ autē causā noluerit nō diu pmanebit: ꝛ ita sanꝰ factꝰ frater ille discessit. §.liiij.

Dixit abbas moyses p has quattuor res passio gignitur: p abūdātiā esce ꝛ potus ꝛ p sacietatē somni: ꝛ p ociū ꝛ ornatꝰ vestibꝰ icedēdo. §.lv

Dixit abbas Poemē quemamodū iperatoris spatarius semp illi assistit armatꝰ: ita et aīaȝ aduersus demonem huiusmodi oportet esse. semper paratam. §.lvj.

Dixit qdā senex sicut venenat aīalia fortiores herbe vel pigmēta expellunt: ita cogitationes sordidas: oratio cū ieiunio repellit. §.lvij.

Abbas Macharius dū in illa solitudine (in qua solus erat) maneret inferior autem plena esset fratribus sera per viam circumspiciebat et vidit demonem venientem in figura hominis: vestitum tunica linea perforata ꝛ per singula foramina

vascula parua dependebāt ꝛ dixit illi senex. quo vadis maligne: ꝛ respōdit ei. Uado cōmouere fratres hos qui sunt inferius. Cui senex dixit. Et ꝑpter qd tot vascula fers tecum. At ille dixit. Gustū fero fratribus: et ideo tanta fero: vt si vnū displicuerit: ostēdam aliud et si illud nō placet porrigas aliud ꝛ fieri nō potest nisi vnū ex ipsis aliquod placeat eis. Et hec dicēs discessit. Permāsit autem senex iterū viā circūspiciens vsquequo rediret et cū rediret dixit ei Salueris. Dixit ꝛ ille. Quomodo istud mihi verbū dicis: qꝛ oēs mihi cōtrarij facti sunt: ꝛ nullus meis consilijs acquiescit. Et dixit ei senex. Ergo nullum habes amicum. At ille respōdit. vnum habeo amicū vel ipse cōsentit mihi: ꝛ quotiēs me viderit cōuertitur huc atqꝫ illuc. Cūqꝫ nomē eius ab eo requisisset ait. Quia theopēt⁹ dicitur. Discedēte illo mox surrexit abbas Macharius ꝛ descēdit ad inferiorē heremum. Quod cū audissent fratres egressi sunt illi obuiā: ꝛ vnusquisqꝫ sperās quod apud se maneret ꝑparauit se. At ille requirens cellā theopenti ad eū prouectus est. Cūqꝫ cū gaudio illum suscepisset: et essent vterqꝫ simul soli. dixit ei senex. Quēadmodū est tecū fili. At ille respōdit. Orationibus tuis bene sū. Et senex ait. Non te impugnāt cogitationes. At ille respōdit iterū bene sum. Erubescebat enī dicere. Et dixit ei senex: ecce quot annos sum in solitudine: ꝛ ab oibus honoꝛoꝛ: ꝛ in hac etate cum sim senex: molestāt me cogitatiōes mee. Respōdit Theopentus crede mihi abba: quia similiter et mihi faciunt. Tunc senex singulas cogitationes quasi se impugnātes fingebat vsquequo totū illi Theopētus cōfiteret. Post hec dixit ei. Quēadmodū ieiunas. At ille dixit ei. vsqꝫ ad nonā. Cui senex ait. Usqꝫ ad vesperam ieiuna: ꝛ de euāgelio vel de alijs scripturis sine cessatiōe sēp aliqd meditare: ꝛ quotiēs tibi aliqua immūda cogitatio superuenerit nūqꝫ deoꝛsum aspicias: sed sursum: ꝛ mox dñs tibi adiutoꝛ est. Et mox ita discessit abbas Macharius in ꝓpriā solitudinem. Iterūqꝫ viā circūspiciēs vidit demonē redeūtem ꝛ requirit. Quo vadis. At ille respondit. Simili modo cōmouere fratres. cū aūt reuertereꝫ requisiuit eū quēadmodū agerēt fratres. At ille dixit Male qm̄ oēs agrestes effecti sunt: et eū quem habui amicum ꝛ obediētem mihi ipse nescio quomodo cōuersus ē: ꝛ iuraui nō ibi accedere nisi post multum tēpus: ꝛ hec dicēs discessit. §. lviij.

Quidā frater requiuit quēdā senē quid faciam pater qꝛ nō possum sufferre cogitatiōes. Cui senex dixit. Ego in hac causa nūqꝫ impugnatus sum Scādalizat⁹ aūt frater ipse, venit ad alterū senē ꝛ dixit ei. Ecce qd mihi dixit ille senex. Scādalizat⁹ sū in ipso qm̄ sup naturā humanā locutus est. Dixit ei ille senex secūdus. Non simpliciter tibi dixit ille homo dei hunc sermonem. Uade ergo ꝛ age penitentiā apud ipsum: vt dicat tibi virtutē verbi illius. Reuersus ergo frater venit ad senē et cepit ei dicere. Indulge mihi abba: qm̄ insipiēter egi vt tibi vale nō dicerem: ꝛ sic egrederer. Sed rogo te explana mihi quomodo nō es impugnat⁹. Dixit ei senex: ex quo factus sum monachus nō satiatus neqꝫ pane: neqꝫ aqua: neqꝫ somno. ꝛ hec cū nō me ꝑmisit habere pugnam quā tu dixisti: et egressus est ab eo frater ille iuuatus ab eo. §. lix.

Interrogāti iterū cuidā sup cogitatiōes dixit abba Poemē. Monach⁹ si vētrē suū ꝛ linguā tenuerit: ꝛ vacationē nō fuerit sectatus cōfidat: qꝛ nō moritur ꝛ viuit in perpetuū. §. lx.

Duo fratres ad abbatem helyam venerūt impugnati a cogitationib⁹ suis ꝛ vidēs eos senex qꝫ essent coꝛpulēti: tāqꝫ ad discipulū suum subridens ait. Uere frater: ego erubesco pꝛo te qꝛ sic enutristi coꝛpus suum: cum certe ꝓfiteate monachum. Palloꝛ enī ꝛ macies cū humilitate decus est monachi. Item dixit: qꝛ monachus edens multum non confidat etiam operans multum: qui autem paruꝫ edit: etiam si parum operetur. confidat ꝛ viriliter agat. §. lxj.

Abbas arsenius dum sederet in cāpo quedaꝫ mulier virgo diues timēsqꝫ deuꝫ: ac ꝑpter ea abbatis Arsenij fama cōperta de romana ciuitate: vt eū videre mereretur aduenit in Alexādriaꝫ. Que cum honorifice a Theophilo fuisset suscepta: ipsius ciuitatis archiepiscopo: rogauit eū quatenus ꝑsuaderet. B. Arsenium: vt eā suscipere dignaret. Ipse igitur ad eū ꝓfectus est dicēs. Quedā mulier romana ꝛ dignitate ꝛ opibus ꝛ opinione ceteras antecellens videre te ac bñdici desiderās de tā lōginqua regione ꝑuenit cui occurras exposco. Sed cū nō acqeuisset occurrere ei Arsenius: illa cognoscēs hoc animalia sua sternere ꝑcepit dicēs. Cōfido in deo meo quia videbo illum: nec ab hac intētione fraudaboꝛ. Non enī hoies veni cōspicere: qꝛ ꝛ i nostra supsunt ciuitate: sed ꝓphetā videre desideraui. Cum ergo venisset ad cellā beati Arsenij cōtigit vt foris illum deambulātem cōspiceret. Ac mox ante pedes eius in faciem pꝛosternitur. Quā ille cū festinatiōe sustētans ita cōpellebat dicens. Si faciē meā tātū videre desideras: ecce ituere. Illa āt pꝛe verecūdia oculos nō audebat attollere. Dicit ei senex. Si quid de meis actibus cōperisti: hoc debueras intueri. Quomodo ergo ꝛ tātum pelagus nauigare pꝛesumpsisti An ignoꝛas te mulierē esse quibus quocūqꝫ nō licet exire. An vt romā rediēs: alijs te feminis gloꝛieris vidisse arseniū vt fiat peruium mare ad me venientium feminarū. At illa respondēs ait. Si vult deus nullā huc peruenire ꝑmittit. Sed vt pꝛo me oꝛes ꝛ in memoꝛia me habere digneris exoꝛo. Cui arseni⁹ dixit. Oꝛo deuꝫ meū vt deleat tuā ex coꝛde meo memoꝛiam. Quo illa verbo percepto in ciuitatē regrediens egritudine pꝛe tribulatione coꝛrepta est. Ad quam cum visitationis causa venisset episcopus: et quid rei esset inquireret. Illa sermonem senis quē vltimum de memoꝛia sui dixerat enarrauit: ac ꝑpterea se velle moꝛi pꝛe tristicia confitetur: sed epūs tali eam consolatur alloquio. Nunquid nescis te esse mulierem. Et qꝛ per feminā solet inimicus ho-

minem impugnare:ideovultum tuū de corde suo de
lere dixit. Illam pro aīa tua dn̄m deprecatur. Qui
bus verbis mulier recreata est. §.lxij.

Dicebat abbas moyses. Si voluerit impera
tor inimicoꝝ ciuitatē aliquā expugnare pri⁹
escam eorum ꝛ aquā interdicit:ꝛ ita inimici eius fa
me ac penuria cōpulsi subijciunt se regno eius. Et
ita passiones carnales si in ieiunio ꝛ fame depresse
fuerint decrescunt:ꝛ nō sunt fortes aduersus animā
Quis em̄ tā fortis vt leo. Et tamē propter ventrē
suum intrat in caueam et omnis virtus eius humi
liatur. §.lxiij.

Quidam iuuenis volebat renūciare mundo ꝛ
frequēter egressum reuocabāt eū cogitatio
nes. inuoluētes eum varijs negocijs. Erat enim di
ues. Una ergo die egressū eū demones circūdede
runt ꝛ multum puluerem ante eū excitauerūt. Ille
vero cōfestim expoliās se ꝛ iactās vestimēta sua cur
rebat nudus ad monasteriū. Declarauit autē de⁹
vni seni dicēs. Surge ꝛ accipe athletā meū. Exur
gens ergo senex:obuiauit illi nudo ꝛ cognoscēs cau
sam admiratus est:ꝛ dedit illi habitum monachalē
Quādo aūt veniebāt aliqui fratres ad ipsum senē
perquirere eū de cōditionibus varijs. respōdebat
eis de renunciatione autem sciscitātibus dicebat.
Hunc requirite fratrem:q: ego ad renūciationem
ipsius nondum perueni. §.lxiiij.

Quidam frater renūciauit seculo ꝛ cum disper
sisset res suas pauperibus:quedam sibi reti
nuit ꝓpria rōne ꝛ venit ad abbatē Anthonium. Qd̄
cum senex cōperisset dixit ei. Si vis vade in vico et
eme tibi carnes:ꝛ impone tibi corpori tuo nudo et
veni ad me. Cum ergo hoc fecisset frater tam canes
q̄ aues omne corpus suum ꝓpter carnē rapiēdā:tā
dētibus q̄ vnguibus diruperunt. Cū ergo venisset
ad Anthoniū requisitus est si fecisset qd̄ preceperat
Illo aūt demōstrāte corpus suū laceratum dicit ei
sanctus Anthonius. Quicunq̄ renunciant seculo ꝛ
volunt adhuc habere pecunias:sic a demonibus la
cerantur. §.lxv.

Quidam frater requisiuit senē dicēs:vis vt te
neā mihi duos solidos ꝓpter infirmitatē cor
poris. Et vidēs senex cogitationes eius q̄ vellet re
tinere eos dixit:retine. Reuersus ergo ī cellā frater
cepit cū cogitationib⁹ proprijs colluctari dicēs. Pu
tas benedixit mihi senex an non. Exurgēs ergo ve
nit ad senē rogās ꝛ dicēs:ꝓpter deū dic mihi verita
tem:q: cōturbor a cogitatiōibus meis:ꝓpter illos
duos solidos:dixit illi senex. Quia vidi cogitationē
tuā volētē retinere eos dixi tibi vt retineres:nā nō
est bonū vt plus teneas q̄ necesse est corpori:duo q̄
solidi sunt spes tua ꝛ si ꝯtigerit vt pereāt:nūqd de⁹
nō cogitat de nobis. Iacta ergo cogitationē tuam
sup deū:qm̄ ipsi cura est de nobis. §.lxvj.

Quidā monachoꝝ tm̄ euāgeliū possidēs ven
didit illud ꝛ esurietib⁹ dedit:dignū memorie
imitans sermonē:ipsum inquit verbum venundedi
quod mihi semper dicebat vende que possides ꝛ da
pauperibus. §.lxvij.

Cum quidā vir rogaret abbatē Agathonē vt
pecuniā illi⁹ susciperet in ꝓpria rōne:nolebat
ille dicēs:non est necesse mihi q: opa manuū meaꝝ
me pascunt cū aūt ille persistēs diceret vel propter
indigentes dignare suscipere:respōdit. Duplex ve
recundia:est quia non indigēs suscipio ꝛ aliena pre
stans vane glorie subiacebo. §.lxviij.

Dicebat abbas paulus si aliquas res volue
rit monachus in cella sua habere preter eas
sine quibus non potest viuere frequēter cogitur de
cella sua egredi:ꝛ ita a demone decipitur. Hec autē
ipse Paulus obseruās in vna quadragesima cum
sextario lenticule ꝛ paruo aque vasculo ꝑdurauit:ꝛ
vnā mattā faciēs eādem texebat et retexebat ne tā
tūmodo foris exiret. §.lxix.

Abbas macharius cū esset in egypto ꝛ egres
sus fuisset de cella sua reuersus inuenit quen
dam furātē id quod in cella sua habebat. Stetit er
go ꝛ ipse tāq̄ peregrinus:ꝛ caricauit animal cū illo
cum multa reliquie ꝛ perduxit dicēs. Nihil in hunc
mundum intulimus. dominus dedit dominus ab
stulit:sicut ꝛ ipse voluit:ita factum est. Benedictus
dominus in omnibus. §.lxx.

Quidam frater veniēs ad cellā cuiusdam ma
gni senis ingrediebatur ꝛ furabaꝩ ei victum.
Cū autē videret senex nō arguebat illū sed ampli⁹
operabatur dicens. Puto frater ille necesse h̄z. Ha
bebat aūt grādes tribulationē senex ex penuria pa
nis. Cū aūt idē senior moreret:ꝛ circūdedissent eū
fratres. Ille vidēs eū fratrē q̄ solebat furari ei pa
nem suū dicit ei. Accede huc ad me frater:ꝛ apphē
dit manū eius:ꝛ osculatus est dicēs. Gratias ago
manib⁹ istius fratris q: per eas arbitror me intra
re in regnū celoꝝ. Ille aūt cōpunctus de hoc verbo
et agens penitētiā factus est ipse strēnuus mona
chus ex actibus senis quos vidit. §.lxxj.

Abbas agathon dispensabat semetipsū ꝛ in
omnibus cum discretione pollebat tā in ope
re manuum suarum:q̄ in vestimento. Talibus enim
vestibus vtebatur vt nec satis bona nec satis mala
cuiq̄ apparerent. §.lxxij.

Dixit quidā senex. ira ꝑ has q̄ttuor res exur
git ꝑ cupiditatē ꝛ auariciā dādi et accipien
di:ꝛ si quisq̄ velit suā defendere sentētiam:ꝛ si quis
vult se honoribus sublimari:ꝛ si quis se doctorē esse
et plus omnibus sapiētē sperat. Ira etiā per hec
quattuor humanos sensus obscurat. Si odio ha
buerit homo proximū suum aut si illi inuiderit:aut
si pro nihilo duxerit:aut si detractauerit. Passio
nis autem huius retributio quattuor modos ha
bet. Primum ex corde. Secundum ex facie. Tertiū
ex lingua. Quartū ex facto. Si ḡ poterit q̄s ita por
tare malū vt ne ingrediaꝩ i cor nō ꝑuenit vsq̄ ad fa
ciē. si aūt venerit in faciē:custodiat ne loquaꝩ illud
Quod si locutus fuerit vel hoc custodiat ne reddat
in facto:sed mox dimittat. Tres em̄ gradus sūt ho
minū in passiōe ire. Nā cuiuolūtarie nocet ꝛ iniuria

tur et parcit proximo suo hic secundum naturam christi est. Qui autem non ledit nec ledi vult hic secundum naturam ade est. Qui vero nocet aut iniuriatur aut calumniam ingerit: aut vsuras exigit: hic secundum dyabolum est. §.lxxiii.

Quidam ex fratribus passus ab alio iniuriam venit ad abatem Sysoyum: et contumelie genus exponens addebat. cupio me vindicare pater. Senex autem rogare eum cepit: vt relinqueret deo vindictam. At ille inquit. Non desistam nisi fortiter dimicauero. Cui senex ait. Quatenus semel hoc in animo statuisti vel nunc oremus. Exurgens autem senex: his verbis cepit orare. Deus iam nobis non est necessarius vt pro nobis sit sollicitus: quia nosipsi: sicut frater iste dicit: vtlumus et possumus nos vindicare: quod cum ille frater audisset ante pedes senis effusus veniam postulabat: promittens se cum illo cui irascebatur nunquam deinceps certaturum. §.lxxiiii.

Quidam frater dum ab altero iniuriaretur venit et nunciauit seni. Cui ille respondit. Satisfac cogitationi tue quoniam non vult te frater iniuriari: sed peccata tua. Nam in omni tentatione que tibi contingit per hominem non arguas eum: sed tantum modo dic: quia propter peccata mea contingunt mihi hec. §.lxxv.

Dicebat frequenter abba Poemen malicia nunquam te exuperet. Si quis tibi malum fecerit tu illi bonum redde: vt per bonum vincas malum. §.lxxvi.

Quidam frater quotopluseum aliquis iniuriabatur aut deridebat: tanto plus ille gaudebat dicens Isti sunt qui nobis occasionem prebent ad profectum: nostrum qui autem beatificant nos conturbant animas nostras. Scriptum est enim: quoniam hi qui beatificant vos: decipiunt vos. §.lxxvii.

Alter senex: si quis detraxisset et ille festinabat (si vicinus ei erat) per seipsum bene illum remunerare. Quod si longius manebat transmittebat ei munera. §.lxxviii.

q Quidam frater rogabat abbatem Sysoyum dicens. Si latrones aut Barbari super me irruerint: occidere me volentes: et ego si preualere potuero: iubes occidam eos? Cui ille respondit. Ne facias omnino: sed totum et deo committe: Quicquid enim tibi aduersi contigerit. profitere hoc tibi propter peccata tua venire: Diuine enim dispensationi debes totum ascribere.

§.lxxix.

Erat quidam heremita magnus in monte qui dicitur adhlibeus: et venerunt super eum latrones. Cum autem ille vocem fecisset de vicinis locis fratres alii confluentes: comprehenderunt eos Quos transmissos in ciuitatem iudex misit in carcerem: fratres ergo illi mesti facti sunt: quia propter ipsos latrones traditi essent iudici: et venientes ad abbatem Poemenem renunciauerunt eis factum: qui scripsit ad heremitam. Si recordareris primam prodictionem nunquam secundam perpetrasses. Quo ille sermone cum compunctus esset in omni illa regione nominatus et per multum tempus de cella sua exiens surrexit statim: et venit in ciuitatem et exutiens latrones publice de carcere liberauit eos a tormentis. §.lxxx.

Cuiusdam philosophi discipulus peccauit et cum sibi indulgeri vellet dicit ei philosophus Non tibi indulgeo nisi in his tribus annis portaueris onera aliorum. Cui reuerso post tres annos. cum iam peccato satisfecisset. Dicit ei philosophus. Nec nunc tibi adhuc indulgeo nisi alii tribus annis dederis his mercedem: qui te iniuriis et conuitiis affligunt. Quod etiam cum ille complesset: dicit ei magister suus. Veni modo et ingredere athenensium ciuitatem vt illic sanpientiam possis discere. Erat autem ibi quidam senex sapientia studiosus: et sedebat ad portam omnesque ingredientes experiendi causa conuitiis affligebat: qui cum idem iuueni illic ingredienti faceret ille exorto cachinno risit. Cui senex ait. Quid est hoc quod agis ego tibi iniurior et tu rides? Cui iuuenis ait. Et non vis vt rideam: cum tribus annis mercedem dederim vt hoc paterer. quod hodie a te gratis patior? Tunc senex dixit ei. Ingredere ergo ciuitatem quia dignus es. Hoc autem solebat abbas Iohannes referre et his ipse addebat dicens. Hec est porta dei per quam patres nostri per multas tribulationes et iniurias ingressi sunt ciuitatem dei. §.lxxxi.

Quidam frater requisiuit senem dicens. Da mihi paternam rem: quam custodias et saluer per eas. Respondit ei senex: si potueris iniuriari: et affici conuitiis: et portare ac tacere. magna est hec res et super alia mandata. §.lxxxii.

Interrogantibus quibusdam fratribus abbatem Moysen vt de sermone quo hortatus est discipulum suum zachariam: eis aliquid diceret Tunc ille pallium suum deposuit subtus pedes suos et conculcauit illud et dixit. Nisi quis si fuerit conculcatus monachus esse non potest.

§.lxxxiii.

Dicebat abbas Macharius. Ille vere est monachus qui se in omnibus vincit. Nam si quis alium arguens ad iracundiam mouetur propriam passionem implet. Nec enim vt alterum saluet seipsum debet perdere.

§.lxxxiiii.

Quendam fratrem sub presentia abbatis Anthonii alii fratres collaudabant sed cum tentasset eum senex: repperit quod non sufferret iniurias Et dixit ei senex. Tu quidem frater similis es edificio quod quamuis habeat ingressum ornatum per posticia tamen a latronibus expugnatur.

§.lxxxv.

Quidam frater requisiuit abbatem Isaac dicens. Abba: quare te ita demones timent: Respondit senex. Ex quo factus sum monachus: statui apud me: vt iracundia mea foris guttur meum non procederet: et ideo timent me demones.

§.lxxxvi.

CUm venisset quidam de patribus ad abbatē
Achilem vidit cum sanguinem expuentē. Et
requisiuit quid hoc esset. At ille respondit. Sermo
erat fratris qui me cōtristauerat ꝛ repugnaui vt nō
illum dicerē. sed petiui dominum vt tolleretur a me
ꝛ factus est ille sermo sanguis in ore meo: ꝛ postquā
expui requieui. Sed et ipsam tristiciam ꝛ sermonē
istum oblitus sum. §. lxxxvij.

QUidā fratres venerunt ad quendam sanctū
senem sedente in solitudine: ꝛ inuenerunt in-
fantes pecora pascentes: ꝛ aliquotiēs inter se loquē
tes verba turpia. Postq̄ autē de singulis cogitatio
nibus requirētes a sene acceperūt responsum: dicūt
ei. Quemadmodū potes sustinere abba voces infan
tium istorū: vt quid nō precipis eis vt nō ita vocife
rēt. Et dicit eis senex. In veritate fratres plurimos
dies habuit cogitatio mea volens illis aliquid dice
re: sꝫ redargui memetipsum: reputans. mihi. Si pa-
ruū hoc non porto: quomodo si maior mihi tempta
tio aduenerit portabo. Et ideo illis nihil dico: vt
fiat mihi consuetudo portandi. Itē dixit. Si quis
linguā suā nō tenuerit in tpe ire: nec passionē car
nis sue aliquando poterit continere. §. lxxxviij.

ABbas Iohānes dū sederet inter fratres ꝛ
singuli cum de proprijs cogitationibus inqui
rerēt: atq; ille respōsū omnibꝰ daret. Quidā senex
Beatus Athanasius episcopꝯ rogauit aliquē abbatē Poemē: vt iret ad Alexādriam. Qui descēdēs cum fratribus cū vidisset quosdem seculares dixit eis. Surgite ⁊ salutate monachos: vt benedicamini ab eis. Frequēter enī isti loquūtur cum deo ⁊ os eoꝝ sanctum est. Et cū vidisset ibi mulierē theatricā lachrymatus est. Et requiescerūt astātes cur plāgeret. At senex respōdēs dixit. Due me res ad has lachrymas cōpulerunt. Una quidē perditio illius mulieris. Secunda vero: q: ego tātam curam non habeo placēdi deo quantam habet, hec mulier vt hominibus turpibus placeat. §.clv.

De quodam sene dicebatur: quia quotiēs illi sua cogitatio dicebat: dimitte hodie et cras penitebis: ipse iterū rīdebat. Nō ita sed hodie debemꝯ penitere ⁊ cras volūtas dei fiat i nobis. §.clvj.

Quidā ex patribꝯ dō aliquo referebat epō eo: ꝙ audisset duos de plebe sua viros nimie ipuritatis adulteros. Rogauit ergo deū vt si ita esset sibi ostenderet. Cum ergo post oblationē cōsecratā vnusquisqꝫ ad cōmunionē accederet. singuloꝝ facies intelligebat ⁊ animas. Peccatoꝝ enī facies nigras inspiciebat vt carbonē ⁊ oculos eoꝝ sanguine repletos: alios vͦo vidit clara facie ⁊ vestibus albis indutos. Cū aūt corpꝰ dn̄i suscepissent: in quorūdā vultibus lumē in quorūdā flāma videbatur. Ut aūt agnosceret de illis quoꝝ crimina audiebātur: cōmunionē illis porrexit ⁊ vidit vnū ex eis clara facie ⁊ honorabili: albisqꝫ vestibus circūdatū. Alterū vero nigrum et horribili vultu. Et postꝙ diuini gratiā misterij ꝑceperūt illum vis luminis illustrabat: istum vͦo aliū quasi flāma succēdebat. Orauit aūt epūs de singulis que ei ostensa fuerāt se doceri. Astitit aūt angelus dn̄i dicēs ei. Omnia que de ipsis audisti vera sunt: sed ille vnus in sordibus suis ꝑmanet: ⁊ in volūtate peccādi: ideo illū nigra facie et flāma succēdi vidisti. Ille vero alter similis ei quidē erat sicut audieras sed ideo illum clara facie illustrari vidisti: q: recordatus de his q̄ primū fecit abrenūciās illis malis operibus cū lachrymis ⁊ gemitibus dei misericordiā postulabat ꝓmittēs ꝙ si preterita ei fuissent remissa peccata: vlterius ad eadem nō rediret. Et ideo prioribus deletis criminibus ad hanc gratiā quā vidisti ꝑuenit. Cum aūt epūs gratiā dei miraretur eo ꝙ nō solum de tormētis tam turpis vite hoiem eruerit: sed etiā tāto honore decorauerit. Respōdēs angelus dixit. Bene miraris homo enī es. Nam dn̄s noster ac vester naturaliter bonꝰ ⁊ humanꝰ est cessantibus a peccatis: penitētibus enī sꝫ ꝑ cōfessionē nō solū peccata dimittit: sed etiā honore efficit dignos. Sic enī dilexit deꝰ hoiēs vt vnigenitū suū filiū ꝑ peccatoribus destinaret et pro ipsis daret ad mortem. Qui ergo dum inimici eius essent mori pro ipsis elegit quantomagis, quando illi ꝓprij fiāt. Hoc ergo scias quia nullus peccatum humanū bonitatem dei vincit si tātūmodo per penitētiā vnusquisqꝫ ea que prius fecerat aboleuerit mala misericors enim deus et infirmitatē generis vestri scit: et passionū fortitudinem ⁊ diaboli virtutem vel maliciā et cadentibus quidē hominibus in peccatū tanꝙ filijs indulgens expectat emēdationē: penitētibus vero tāꝙ languidis compatitur: ⁊ mox soluēs peccata eoꝝ iustis illis etiā premia tribuit. Audiēs vero hec epūs miratꝰ est nimis et glorificabat deum. §.clvij.

Abbas Paulus simplex habebat hanc gratiā vt ingrediētes in ecclesiā aspiceret et ex ipsa facie eorum vniuscuiusqꝫ cogitationes seu male eēnt seu bone sentiret. Cū ergo venissēt ad ecclesiam ⁊ ingrederētur: senex vidit eos clara facie ⁊ leto animo ingredi: ⁊ angelos eorum pariter cū gaudio cū ipsis. Unum aūt nigrū vidit ⁊ nebulosum habētem corpus ⁊ demones hinc atqꝫ inde trahētes eum ad se misso freno in naribus: ⁊ angelum sanctū eius a longe sequētē tristem. Beatus ergo Paulus cepit flere et pectus suum tunderet sedens ante ecclesiam propter eū quē talem viderat. Omnes, aūt alij senes vidētes eum sic flentē ceperūt rogare vt si qd in ipsis vidisset manifestaret: aut cum eis ingrederetur in cōgregationē. Ille aūt nolebat ingredi: sed sempꝫ flebat ꝓpter eū quē sic viderat. Post paululum aūt cum absoluta cōgregatione discederēt iterū oim vultus circūspiciebat si tales egrederent̄ q̄les ingressi sunt ⁊ vidit illum quē ante vidit nigrum et nebulosum: egressus de ecclesia clara facie ⁊ candido corpore ⁊ demones a longe sequētes eū: sanctū aūt angelum eius ꝓpe eum hilarē: ⁊ gaudētem sup eum nimis. Tunc Paulus exurgēs cum gaudio vociferabatur bn̄dicēs deū ac dicēs. Quāta misericordia et benignitas dei est. Quāta miseratio eius est. Et ascēdēs in altiorē locū magna voce dicebat. Uenite et videte opa dei: venite ⁊ videte quēamodum vult oēs hoies saluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire. Uenite adoremꝰ eū dicētes q: tu solus potes peccata tollere. Cum autē oēs cōuenissent exposuit eis Paulus qd vidisset anteꝙ ingrederētur in ecclesiam: ⁊ q̄ postea: ⁊ petebat illū fratrē quē sic viderat vt ei manifestaret cogitationes suas ⁊ actꝰ: vel quēadmodū tātā cōmutationē illi deus donasset. Ille autē ante oēs cepit referre dicēs: ego sum hō peccator: et in multis turpibus sum deditꝰ. Ingressus autem nūc in ecclesiā dei audiui vͦba Isaie ꝓphete magis aūt dei ꝑ ipm loquētis. Lauamini: mundi estote et tollite maculas de aiabus vestris āte cōspectū meū. Discite bene facere: querite iudiciū. Et si fuerint peccata vestra tāꝙ coccinū velut nix dealbabuntur: ⁊ si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Ego autē miser ⁊ fornicator cōpunctꝰ in hoc sermone ꝓphete ⁊ ingressus intra pectus meū dixi ad deū. Domine tu es q̇ venisti saluare peccatores. Hec ergo q̄ nūc ꝑ ꝓphetā ꝓmisisti ope cōple in me indigno peccatore. Ecce enī amodo ꝓfiteor tibi et ex toto corde ꝓfiteor q: hoc vlterꝰ nō faciā malum sed renūcio omni iniusticie: ⁊ amodo seruio tibi in cōscientia mūda. Ab hodie ergo dn̄e ⁊ ab hac hora sue

ſcipe me penitētem ⁊ adoꝛātē ⁊ renūciātem oībus
peccatis uiraui et ſtatui apud me ſeruare oēs tuas
iuſtificationes. Sub hac ergo ſpōſione egreſſus ſū
de eccleſia ſtatuēs apud me nihil de prioꝛibus pec-
catis vlterius facere. Tunc oēs ſenex exclamauerūt
dicētes ad dominū voce magna: q̄ magnificata ſūt
opa tua dñe: oīa in ſapiētia feciſti. ꝟ.clviij.

ABbas Joſeph dū cū alijs ſenibus ad abba-
tem Poemen veniſſet quidā ex parētibꝰ pre
dicti ſenis attulit infantē cuius facies p corruptio-
nem fuerat depꝛauata: ⁊ ſedēs pater eius cū eo fo-
ris monaſterij ploꝛabat. Cū aūt vnus ſenex ad vo
cem flentis egreſſus eſſet ⁊ interrogaret eū cur plo
raret: ille rñdit. Parēs ſū iſtius abbatis Poeme
nis ⁊ ob hoc veni vt hūc infantē quē tēptatio cōte
rit vidiſſet: ⁊ timuimus illū huc afferre. Et nunc ſi
cognouerit q: hic ſum: adhuc expellet me hinc. Ego
aūt vidēs vos prēs q̄ ad eū veniſtis pꝛeſumpſi ve-
nire huc. Quomodo vis ergo abba miſerere mei et
tolle infantē hūc ⁊ defer intꝰ tecū vt oꝛet p eo. Quē
cū ſenex attuliſſet in cellā ſapiēti vſus cōſilio: nō il-
lum obtulit primo abbati Poemeni: ſed a minori-
bus fratribus incipiēs dicebat. Signate hūc infan-
tē fratres faciētes oꝛationē rogās p ſinglos ſenes
Poſt oēs ōtulit illū ad abbatē Poemē. At ille no
lebat eū cōtingere. Cū aūt rogaret eū vt ſicut oēs
ita ⁊ ille oꝛaret exurgēs ſenex igemuit ⁊ oꝛauit dicēs
Deꝰ ſana facturā tuā ne dñetur illi inimicus. Et ſi
gnauit infantē mox q; prī ſanus eſt redditꝰ. ꝟ.clix.

REquiſitus quidā ex patribus ſi perfectū bo-
num eſſet egeſtas rñdit. Magna eſt penuria
illam q̄ cū volūtarie ſuſtinet tribulationē quidem
carnis habet anime xp̄o ſue inuenit requiē. ꝟ.clx.

QUidā frater requiſiuit ſenē dicēs. Si paucos
nūmos mihi dū frater iubes vt repetam eos
cui ſenex ait. Semel tātūmodo dic illi cū humilita-
te. At ille dixit q̄d ſi ſemel dixero et nihil mihi dede-
rit quid faciā. Tunc ſenex ait. Alterꝰ nihil ei dicas.
At ille dixit. Et quid faciā q: nō poſſum vincere co-
gitationē meā niſi fuero illi impoꝛtunus: dixit ei ſe-
nex: dimitte cogitationē tuā crepare tātūmodo ne
cōtriſtes fratrē tuū q: monachus es. ꝟ.clxj.

QUidam frater requiſiuit ſenē dicēs. Quomo
do pōt anima humilitatē adipiſci. Ille reſpō
dit. Si ſua tātūmodo ⁊ nō alterꝰ mala cōſideret.
Dicebat aūt q: pfecto hoīs humilitas eſt quātūcū
q; eū depoſuerit ſe homo in humilitate tātū pficit
in altum. Sicut eñ ſupbia ſi aſcenderit in celū vſq;
ad inferos deducit ita humilitas ſi deſcēderit vſq;
ad infernū tunc exaltatur vſq; ad celos. ꝟ.clxij.

ABbas Macharius dū ambularet in deſerto
caput cuiuſdā hominis aridum inuenit in ter
ra. Quod poſtq̄ baculo ſuo cōuertit: vocē viſum eſt
emittere. Quod ſenex quis nam eſſet interrogat: at
ille reſpondit. Ego quidē princeps erā ſacerdotum
idoloꝝ q̄ in hoc loco habitabāt. Tu autē es abbas
Macharius ſpiritu diuino repletus. Quacūq; eñ
hoꝛa miſertꝰ eoꝝ fueris q̄ in pena ſunt: ⁊ p eis oꝛa
ueris cōſolationem aliquā ſentiūt. Cui ſenex et que
eſt cōſolatio veſtra vel pena reſponde. At ille altius
ingemiſcens. Quātum inquit celum diſtat a terra.
tantū ignis eſt altus in quo medio ſumus a pedi-
bus vſq; ad caput vndiq; perfuſi nec cuiq̄ licet faciē
alterius intueri: ſed facies noſtro doꝛſo coniuncte
ſunt. Cum ergo oꝛas pꝛo nobis ex parte videmus
alterutrum et hoc nobis pꝛo conſolatione conſtat.
His auditis lachrymas fudit dicēs. Ue diei illi in
quo homo mandata dei trāſgreſſus eſt. Et iterum
ab eo ſi eſſet altera pena maioꝛ inquirit. Cui ille re-
ſpondit. Sunt nobis alij multo inferius. Cūq; qui
eſſent illi interrogaret dixit. Nos quidem qui deū
non cognouimus miſericoꝛdiā q̄tulācūq; patimur:
illi vero qui cognitum negauerunt grauioꝛibus ⁊ in
effabilibus penis ſubtus nos cruciātur. quibus au
ditis beatus Macharius capite altius terre defoſ
ſo diſceſſit. ꝟ.clxiij.

QUidā frater requiſiuit a ſene dicēs abba cur
a demonibus grauiter impugnamur. Reſpō-
dens ſenex dixit: q: arma noſtra pijcimus a nobis:
id eſt patientiam. humilitatem manſuetudinē atq;
obedientiam. ꝟ.clxiiij.

QUidam frater requiſiuit abbatem Syſoium
dicēs. Putas abba ſi modo pſequitur nos
diabolus ſicut antiquos patres. Reſpondit magis
modo homines perſequitur noſtre etatis: quia ap
pꝛopinquant penarum genera: vbi ille cum legioni-
bus ſuis anguſtiatur: dū fit ſtagnum vbi cum igne
et ſulphure erit arſurus. Ideo hominibus infeſtat
nec tantum infirmos quoſq; appetere dignatur
quos vbi voluerit cito ſubuertit: ſed foꝛtes magis
et magnos ſupplantare per diuerſa pꝛecipitia ag-
greditur. ꝟ.clxv.

QUidam fratres requiſierunt abbatem Silua-
num: per quam viam adeptus eſſet tantam
pꝛudentiam. reſpondit eis ille dicens: nunq̄ dimiſi
moꝛari cogitationes malas in coꝛde meo: que deū
pꝛouocarent ad iram. ꝟ.clxvj.

BEatus Anthonius dicebat. Si pōt fieri quā
tos paſſus ambulet monachus vel quot cali
ces aque bibit in cella ſua habet declarare ſenioꝛibꝰ
vt non decietur in ipſis. ꝟ.clxvij.

ABbas Poemē dixit in nullo ſic gaudet ini-
micus quomodo in illo qui non vult cogita-
tiones ſuas manifeſtare. ꝟ.clxviij.

QUidam frater dixit ad ſenem. ecce abba fre-
quēter interrogo ſenioꝛes patres vt dicant
mihi cōmonitionem pꝛo ſalute anime mee ⁊ quicq̄d
dixerunt mihi: nihil retineo. Erant autem ſeni duo
vaſa vacua et dixit ei ſenex. Uade ⁊ affer vnum ex il
lis vaſis et mitte aquā ⁊ laua illud et effunde ⁊ po
ne nitidum in locum ſuum. Fecit ergo ita frater ſe-
mel ⁊ bis. Et dixit ei ſenex. Utraq; vaſa ſimul affer
et cum attuliſſet dixit ei. Quale eſt ex vtriuſq; mun
dius reſpondit frater. Ubi aquam miſi et laui. Tūc
ſenex dixit ei. Sic eſt et anima fili: que frequenter
audit verba dei; quāuis nihil retineat ex his que

interrogat tamen plus mundatur ꝙ illa que non requirit. §.clxix.

QUidam senex dixit. Quādo opa bona exercet monachus veniēs dyabolus locū non inuenit in eo: ⁊ statim discedit. Si aūt malū opus exercet veniēs frequēter spūs dei: ⁊ vidēs malū opus non ad eum accedit: sed recedit. Si aūt ex toto corde iterū req̄situs fuerit cito reuertet. §.clxx.

QUidam senex dicit. Usq₃ tūc debet laborare monachus: vsquequo possideat christū. Qui autē semel illum adeptus fuerit iā nō laborat. Permittit tū dn̄s laborare electos suos vt rememorētur tribulationū labores vn̄ semetipsos custodiant timētes ne tātos labores amittant. Nam ⁊ filios israel ideo deus ꝑ desertū q̄draginta ānos circūduxit: vt rememoratis tribulationibus non redirent retrorsum. §.clxxj.

QUidam frater interrogauit senē dicēs Dic mihi pater quare nūc laborātes monachi nō accipiūt gratiā sicut antiqui patres? Cui senex dixit. Tunc tāta charitas erat vt vnusquisq₃ proximū suum sursum traheret nūc vero postꝙ charitas refrigescit totus mūdus in maligno positus est: ⁊ singuli proximos suos ad inferiora deducunt: et ideo sic gratiam non sortimur. §.clxxij.

QUidam frater requisiuit senē dicēs. Putas abba cognoscunt sancti viri qū venit in eos gratia? respondit senex dicēs nō semper cognoscūt Nā cuiusdā magni senis discipulus cū peccasset in aliqua re: irat⁹ senex dixit ei cū clamore. Uade ⁊ morere: ⁊ statim ille cecidit ⁊ defunctus est. Cūq₃ senex vidisset eū mortuū timor ingens irruit super eū: et cum magna humilitate orauit rogās deum ⁊ dicēs Dn̄e iesu xp̄e resuscita illū ⁊ iā vlterius sine cōsideratione talē nō loquar sermonē ⁊ cū hec dixisset statim surrexit discipulus eius. §.clxxiij.

ABbas Poemē dixit: homo qui alios docet et nō facit ea que docet, similis est fonti alto qui oēs res lauat: ⁊ oēs satiat potu. seipsum autem lauare nō pōt sed hꝫ ⁊ imunditias ⁊ sordes limorū Item dixit. doce aīam tuā seruare: que lingua tua alios docet. §.clxxiiij.

QUidam anachoreta cum venisset ad abbatē Poemenē suscepit eū senex cum leticia. Et cum se alterutrū amplexi fuissent cepit anachoreta de scripturis sanctis ⁊ de rebus celestibus cōferre. Tunc senex vertit faciē suā ad aliuꝫ fratrē: ⁊ nō dedit anachorete rn̄sum. Ille vero vidēs ꝙ nō loqueretur cuꝫ eo egressus est tristis: ⁊ dicit discipulo illi⁹ Sine causa laborē tāti itineris laboris assumpsi: vt venirē ad eum qui mihi loqui dedignat. Ingressus autē discipulus ad abbatē Poemenen dixit ꝓpter te huc venit abba iste homo magn⁹ tantā gloriā in locis suis habēs: ⁊ tu nō vis loqui cū ipso rn̄dens senex dixit. Iste hō de superioribus est: ⁊ celestia loquit ego autē de inferioribus sum ⁊ terrena vix loq̄ possuꝫ: si mihi locutus fuisset aliq̄d de passionibus monachi forsitan ⁊ ego rn̄disssem illi. Si autē de celestibus loquit ego me nescire cōfiteor egressus ergo discipul⁹ dicit ad anachoretā. Senex iste noster nō vult de altioribus questioinbus loqui: sꝫ si quis ei de passionib⁹ locutus fuerit rn̄det illi. At ille compunct⁹ in hoc sermone īgressus ad senē dixit. Quid faciā abba qr dominant mihi passiones cordis mei. Tūc senex respexit cum gaudēs: ⁊ dixit ei. Modo bene pater venisti. Aperio ergo os meū ⁊ implebo illud bonis tuis. Et hoc sermone adiutus est anachoreta ⁊ dixit. In veritate bona est hec via quā tenes ⁊ vera et agēs seni gratias reuersus est in propriam regionem. §.clxxv.

QUidaꝫ senex dixit. Si quis aut de scripturis aut de quacūq₃ causa locutus fuerit ne cōtendas cū eo: sed si quidē bene dicit consenti ei si vero male dic ei. Tu scias quō loquaris. Ait apostolus. Noli contendere verbis: hoc obseruans ⁊ humilitatem possidebis: ⁊ odiū euitabis. Nā si ꝑtinas contendēs: ⁊ vis defendere sermonē tuū nascetur scandalū. Frequēter ergo dū laudas alterū fit etiā ex iustificatione cōtentio. De quacunq₃ aūt re grauiter cōtenderis nō paruā noxietatē senties: ⁊ nullo mō requiem possidebis. Magis aūt stude silentiū ⁊ de nullo es sollicitus. Attende meditationi tue tā mane ꝙ vespere ⁊ īperiū iīmicoꝝ nō timebis. §.clxxvj.

QUidam frater iterrogauit senē dicēs Usque quo est obseruandū silentiū pater? Rn̄dit senex. Usquequo interrogaris. In omni eīm loco si taciturnus fueris: requiē possidebis. §.clxxvij.

ABbas Poemē dicebat sicut apis quocūq₃ vadit mel operat: ita et monachus quocūq₃ pergit: si ꝓpter opus dei preꝯit dulcedinē bonorū actuum semꝑ potest ꝑficere. §.clxxviij.

ABbas mutues venit aliquando de loco qui vocatur. Ragitham in partibus gebolonis Erat aūt cū eo etiā discipulus eius. Uidēs aūt euꝫ ep̄s loci illius tenēs eū inuitū ꝑsbyterū fecit. Et dū pariter comederēt dicit ei ep̄s Indulge mihi abba scio eīm qr huc honorē nolebas: sꝫ ego a te benedici desiderās hoc presumpsi facere. Cui senex ꝑ humilitate ait. Et mea cogitatio parū volebat: sꝫ in hoc laboro qr diuidi habeo a fratre qui mecum est: ⁊ solus nō sufficio oratiōes meas implere. Dicit ei ep̄s Si scis eum esse dignū ordino ego ⁊ illū. Rn̄dit abbas mutues. Si quidem dignus sit: nescio vnū aūt scio quia melior me est. Ordinauit aūt ⁊ illum. Utriq₃ tamen ipsi ita permanserunt vsq₃ ad finem suum vt non minus ad altare q̄tum ad oblationem sacrādam accederent. Unde dicebat senex. Confido in deum meum quia non habeo grāde iudicium propter hanc ordinationem: quia oblationem nō mihi presumpsi offerre. Nam ordinatio hec illorum est q̄ sine culpa sunt iusti et immaculati. Ego autem bene me cognosco. §.clxxix.

QUidam frater beatum Macharium postulabat vt ei sermonem diceret per quem posset saluari. Cui senex ait. Oportet fugere homines ⁊ sedere in cella ⁊ pro peccatis iugiter lamentari: et qō

super omnes virtutes est:tam linguam coercere ꝙ ventrem. §.clxxx.

Abbas arsenius dum ad huc secularis in palatio moraretur orauit dominū dicēs. Dn̄e ostende mihi viā per quā possim saluari. Et audiuit vocē dicentē sibi. Arseni fuge homines ⁊ saluaberis Cum ergo recessisset in solitudinē ⁊ eundē sermonem oraret rursus audiuit sibi vocē dicentē. Arseni fuge:tace:⁊ quiesce. Hec eñ sunt principia salutis. Cum ad eundē arseniū Theophilus archiepūs venisset aliquē ab eo audire sermonē edificationis tunc sanctus Arsenius ait cunctis qui aderāt. Si dixero vobis aliqd custodietis. Quod cū illi gratāter promisissent addidit ille. Quocūq3 loco audieritis Arseniū:illuc vlterius ne accedatis. Itē cū eum vellet archiepūs videre misit primo videre si apperiret ei. At ille remandauit ei dicens. Si solus veneris aperio tibi. Si aūt cū pluribus vltra hic nō sedebit Arsenius. Quod cū audisset episcopus ceptū iter distulit:ne propter se de loco illo heremita discederet. Uenit aliquando idem abbas Arsenius in quendā locum:⁊ erat harūdinetum:⁊ motū est vēto. Et ait senex ad fratres. Quis est hic motus. Et dicūt ei. Harūdines sunt. Dixit eis senex. Uere si quis sedet cū quiete ⁊ audierit vocē auis:nō habebit cor eius eandē quietē:ꝗtomagis vos habentes sonū harundinum harū? Dicebāt aūt de eo:quia erat cella eius lōge milia trigintaduo ⁊ nō exibat cito:sed alij ei faciebāt ministeriū. Quando aūt in solitudinem redactus est locus qui vocatur Scithi: exiuit plorās ⁊ dicēs. Perdidit mundus romā:⁊ monachi scithiam. §.clxxxi.

Quidam fratres dum linum ex thebaida pergerent cōparare dixerunt ꝑoccasionē beatū videamus arsenium. Quod cū daniel discipulus eiꝰ nūciasset precepit vt ꝑ qua causa illuc aduenissent de alexandria ab eis īquireret. Cū ergo renūciasset eo propter linum ꝑgerēt cōparādum. Respondit arsenius. Ergo faciē meā nō videbūt:q: nō ꝑpter me sed ꝑpter opus suū aduenerūt. Uade itaq3 ⁊ susceptis eis fac obsequiū ⁊ dimitte eos dicēs. Quia senex nō pōt vobis occurrere. ¶ Cum quidā ad eundem beatū Arseniū ex fratribus aduenisset volens videre eū pulsauit ostiū. Abbas aūt arseniꝰ sperās suū esse discipulū aperuit ei. Sed postꝙ̄ alterū esse cōspexerat mox se in terrā proiecit. Illo aūt surgere eū postulāte rn̄dit. Nō hinc exurgā donec discesseris. Per multas aūt horas rogatus a fratre non acquieuit donec discederet ille qui venerat. ¶ Astiterunt aliqñ abbati arsenio demones in cella sedēti et tribulabāt eū. Superuenerūt aūt ⁊ fratres q̇ ei ministrare solebāt:stātesq3 extra cellā audiebāt eū clamātē ad dn̄m ⁊ dicentē. Dn̄e nō me derelinquas: q: nihil boni feci corā te:s3 p̄sta mihi s̄m benignitatē tuā saltē mō assumere initia bene viuēdi. Cū interrogaret aliqñ abbas arseniꝰ quēdā senē egyptiū de cogitationibꝰ suis aliꝰ vidēs eū dixit ei. Abba arseni quō tu qui tanta eruditione in latina et greca lingua edoctus es rusticū istū de cogitationibꝰ interrogas. Et ille respondit dicēs. Latinā quidē ⁊ grecā linguā ꝗtū ad seculū pertinet apprehendi: s3 alphabetū rustici huius necdū discere potui. ¶ Senes dicebant:q: dederunt aliqñ quidā in scithia fratribus paucas caricas ⁊ q: pauce erant nō transmiserunt ex eis abbati arsenio:ne velut iniuriā pateretur. Ille aūt cum hoc audisset nō est egressus iuxta morā ad collectā cum fratribus dicēs. Excōicastis me vt nō mihi daretis eulogiā quem trāsmisit dn̄s fratribus:ex qua nō fui dignus accipere. Quod cū audissent omnes edificati sunt in humilitate senis Et vadens presbyter portauit de caricis illis et adduxit eum in cōgregatione gaudētē. Dicebāt aūt de eo:q: nemo poterat cōprehēdere modū cōuersationis eius. ¶ Sedente eodē abbate Arsenio aliquando in interioribus egypti :cum illic importunitatem pateretur:visum est ei derelinquere cellam et nihil ex ea tollere secum. Et sic profectus est ad discipulos suos Paranitas:Alexandrum ⁊ zoilum Dixit ergo. Tu alexander surgens nauiga. Et zoilo dixit. Ueni mecū vsq3 ad flumen:⁊ quere mihi nauiculā alexandriam nauigantē ⁊ nauiga etiā tu ad fratrem tuum. zoilus autē turbatus in verbo est et tacuit. et ita diuisi sunt abinuicē. Descendit autem senex circa partes alexandrie et egrotauit egritudine magna. Discipuli autē eius dixerunt adinuicē Putasne aliquis nostrū contristauit senē:⁊ ꝑpter ea diuisus est a nobis? Et non inueniebāt inter se contristationis causam:neq3 q: aliqñ ei inobedientes existerent. Cū vero sanatus fuisset senex dixit ad seipsū. Uadā ad fratres meos. Et ita nauigās venit ad locū qui dicitur petra:vbi erant supradicti ministri eiꝰ. Cum vero iuxta flumē esset puella quedam ethiopissa veniens tetigit peram eius. Senex autem increpabat eam. Illa vero dixit. Si monachus es vade in montē. Cōpunctus aūt in hoc verbo Arseniꝰ dicebat ad seipsū. Arseni si monachus es vade in montē. Et inter hec occurrerūt ei Alexāder ⁊ zoilus discipuli eius. Et cū cecidissent ad pedes eius ꝓiecit se etiā senex in terrā ⁊ flebāt simul. Dixit āt senex. Nō audistis:q: egrotaui? ⁊ dixerūt ei. Etiā audiuimus:⁊ ille dixit. Quare nō venistis videre me? Et dixit ei Alexander q: diuisio tua a nobis acceptabilis nō fuit:qm̄ ⁊ multi ex ea cōtristati sunt dicētes. Nisi inobediētes fuissent seni nequaꝙ̄ se separasset ab eis ⁊ dicit ei senex ⁊ ego cognoui:q: hoc diceretur. Sed ⁊ iterū dicturi sunt homines:q: nō inueniēs colūba requiē pedibꝰ suis reuersa est ad noe in arcā. In hoc igitur verbo curati sunt animi discipulorū eiꝰ:⁊ ꝑmanserunt cū eo vsq3 ad vltimū vite ipsius tempus. §.clxxxii.

Abbas Besarion duꝫ ābularet cū discipulo suo ꝑ heremū:venerūt ad quendā speluncam et ingressi ibi inuenerūt fratrē sedentē:⁊ funiculum operātē:qui neq3 respexit eos:neq3 salutauit:neq3 aliquid locutus est eis. Dixit ergo eis abbas Besarion:eamus hinc q: hic senex nō vult loqui nobis

scam. Et ꝑfecti sunt ad abbatem Johannē. Cum aūt reuerterentur ad eādem speluncam ⁊ dicit abbas Besarion. Ingrediamur iterū ad hunc fratrē si forte vel mō persuadeat illi deꝰ: vt loquat̃ nobiscū. Et cū ingressi fuissent inuenerunt corpus tātūmodo mortuū: ⁊ dixit discipulo suo. Ueni frater cōponamꝰ illud: q̃ ꝓpter cū huc nos dn̄s trāsmisit. Cuꝫ autē sepelirēt inuenerunt: q̃ mulier esset ⁊ admirati sunt ⁊ dixerunt quēadmodū ⁊ mulieres colluctātur et vincūt demonia. Et glorificātes deum q̇ est oīm protector: recesserūt inde. §.clxxxiij.

BEatus macharius aliqn̄ narrabat dicēs. Uenerunt ad me quondam duo iuuenes ⁊ vnus quidā iā pleno alter adhuc incipiēte barbitio. Qui cum ignorātes meipsum interrogarent: vbi esset abbatis cella Macharij: atq̃ me scrutātes: cur eū requirerent: oꝑa eius inquiunt magna ⁊ vitā precionabilem cognoscētes: eū videre summo desiderio festinamus. Cūq̃ ego meipsum esse quē quererēt ꝓfiterer mox meis pedibus ꝓuoluti: vt illos mecū habitare ꝑmitterē postulabāt. Quos cū viderē velut diuitiarum opulētia delicatos nō posse mecū illic residere respōdi. Et si hic inquiunt tecū manere nō possumus: alio tn̄ loco nos ꝓficisci definita semel sententia mētis impellit. Quo ego audito cepi intra meipsum ita reputare. Si hinc illos abegero: scādaluꝫ patiētur. Cū eni labor ipse compellat eos hinc fugere: cur de mea murmurent voluntate: tunc dixi illis Uenite cōstruite vobis cellas si potestis. At illi locum sibi tātūmodo demōstrari poscebant. Quibꝰ ego alueolum cū secure ⁊ sacco pleno panibus cum modico sale cōtradidi: petrā durissimā ostendi: qua incisa habitaculū sibi prepararēt: qđ lignis de palude allatis cōtegerent. Arbitrabar autē ego ꝓ iniuncto sibi hoc labore discedere. At illi interrogauerūt me q̇d illic alij fratres solerent operari. Respondi ego funiculum. Et sublatis folijs palmarum principium illius texture ostendi: vel sportellas facere: quas ministratoribus ꝓ pane recipiēdo dare cōmonui: ⁊ ita discessi. Illi vero cū summa patiētia que a me fuerunt imꝑata fecerunt: ac ꝑ tres annos ad me nullatenus accesserunt. Et q̃ alij fratres de longinquis regionibꝰ veniebāt a me. Illi v̄o ne aliq̇d req̇rerētnec ad illos accederē: nō leuiter admirabar vidēs eos ī ecclīa tm̄ oblationē cū silētio ⁊ orōne ꝑcipere. Desiderās ḡ scire ꝯuersationē eoꝝ hebdomada integra ieiunās. rogaui dn̄m vt mihi oꝑa eoꝝ dignaret̃ ostendere. Et post hō ꝓfectꝰ ad eos pulsaui ostiū. Quo apto tacētes adorauerūt me vterq̃. Et postq̃ facta ex more oratione cōcedi: ille maior annuit minori et egressus est foras. Sedebat aūt ipse funiculū torquēs nihil loquēs oīno. Hora v̄o nona pulsat ostiū ad quē aperto minor ingressus est. Et maiore iterū annuente egressus cibuꝫ quo reficeremur excoxit: eodēq̃ nutu iussus mēsam cū paximacijs tribꝰ apposuit tacēsq̃ stetit. Quibus ego dixi. Surgite comedamus: quo facto allato vasculo quo aquā solebāt portare potauimus. Ablata autē mēsa cum vesperasceret dicunt. Discedis? At ego illic me velle requiescere respondi. Mattam ergo mihi in vno angulo collocauerunt ⁊ ipsi in altero āgulo quasi quieturi: ⁊ zonas suas ⁊ analabios posuerūt. Cum autem quasi ad dormiendum se prepararent iterum ego rogaui dn̄m vt mihi eoꝝ opera declararet et ecce dissipato tecto lux clara cellulam quasi medius dies impleuit quā tamē illi nō senserūt. Sꝫ postq̃ arbitrati sunt me dormire surgētes cinxerūt se: atq̃ ad celū manus extenderunt. Quos quidem ego quid facerē intuebar. Illi vero me videre non poterāt: ⁊ ecce vidi tāq̃ muscas demones veniētes et in illius minoris ore atq̃ oculis residere volētes sed angelus dn̄i romphea ignis armatus: tam illuꝫ circūdabat q̃ demones abigebat. Ad maiorē auteꝫ prope accedere nō audebant. Diluculo vero se in eodem stratu proiecerūt: et ego velut expergefactus exurgo. Quod cuꝫ ⁊ illi ita fecissent. Ille maior hūc mihi sermonē locutꝰ est. Uis pater duodecim psalmos cantemus. Ac me cōsentiente. Ille minor frater quinq̃ psalmos cum sex versibus decātauit: et vnum all'a ꝑ singulos versus fax ignis egressa ascēdebat ad celum. Itē ⁊ maior cū decātaret quotiens labia deducebat ad psallendū velut funiculuꝫ ignis de ore eius ad celū tēdebatur. Postq̃ vero ego aliquātulum decātaui: egrediēs vt ꝓ me dignarentur orare expetiui. Illi v̄o tacētes meis sunt pedibus ꝓuoluti ⁊ cognoui q̄m quidem maior esset perfectꝰ in timore dei minorem vero adhuc demones impugnarēt. Post paucos vero dies maior frater est in pace receptus: tertio die etiam minor est eum assecutus. §.clxxxiiij.

ABbas Moyses cōmonebat fratres dicens. Quattuor sūt monacho principalia obseruāda: id est tacēdi: seruādi mādata dei: humiliandi semetipsum et angustia paupertatis. Oportet ergo monachum: vt semper lugeat: semper suoꝝ sit memor peccatorum: et omni hora ponat sibi mortem ante oculos suos. §.clxxxv.

SAncti patres cōgregati prophetauerūt de vltima peregrinatiōe ex quibus vnus precipuus nomine Isquirio dixit. Nos quidem adhuc mādata dei implemus. Interrogauerunt eum alij p̄res dicētes. Quid hi q̇ post nos futuri sunt. At ille respondēs dixit. Media forte cōplebunt mādata dei et eternū requirent deū. Dixeruntq̃ sancti patres Post hos autē q̇ veniunt: quid facturi sunt. Respōdens dixit. Hoīes generationis illius mādatorum dei oꝑa non habebunt: et precepta dei obliuiscētur Superabundabit aūt tunc iniquitas et refrigescet charitas multorum. Ueniet v̄o suꝑ eos tēptatio. Et qui inuēti fuerint in illa tēptatione probati et nobis et patribus nostris meliores existunt ⁊ feliciores ⁊ probabiliores. §.clxxxvj.

QUidam frater abbatem requisiuit agathonē dicens. volo pater manere in cōgregatione cū fratribus dic mihi quomō habitē cū eis. respondit ei senex. obserua hoc pre oībus. vt qualis primo

die ingrediaris apud ipsos talis etiā reliquos dies pergas cum humilitate. §.clxxxvij.

QUidam tempore mazices cū superuenissent in scithia: ⁊ multos ex patribus interfecissent abbas Poemē cum alio abbate seniore sibi nomine nub: et cū alijs quinq̧ patribus fugiens inde: venit in locū teneritudinis ⁊ inuenerūt ibi tēplum quoddam desertum māserunt ibi septem dies: donec cognoscerēt vbi māsurus esset vnusquisq̧ in egypto. Dixit ergo eis abbas nub q̄ erat senior. Septimana hac vnusquisq̧ maneat apud se ⁊ cū altero nō loquatur. Cum autē sic facerēt erat in tempo illo statua cuiusdā idoli. Abbas ergo nub exurgens mane lapidabat eā: ⁊ vespere veniens dicebat ad eā. Peccaui indulge mihi: ⁊ p totam septimanā similiter fecit: die autem sabbati cū pariter cōuenissent dicit ei abbas Poemē. Quid voluisti hac tota facere septimana vt homo fidelis idolo diceres indulge mihi. Dicit ei senex. Hec ego ppter vos feci: dicite mihi nunqd hoc idolum qn̄ lapidabā locutum est aliqd aut iratum. Et iterū qn̄ indulgentiā petebā: nunqd exaltauit se: aut gloriatum est. Cui abbas Poemē respōdit. non vtiq̧ Tunc senex dixit: fratres ecce sumus septem si vultis ergo vt pariter maneamus: sit idolum istud nobis exēplum nequādo iniuriatꝰ aliqs irascat nec quādo ab eo venia petitur glorietur vel extollatur. Sin autē nō ita vultis vnusquisq̧ vbi vult pergat. At illi piicientes se in terrā spoponderunt se ita facturos: ⁊ sic permāserūt p multos annos cū multa humilitate ⁊ patiētia. Quattuor horis dormiebāt in nocte: ⁊ quattuor psallebāt ⁊ quattuor opabātur deinde Xo vsq̧ ad nonā legebāt scindentes folia palmarū: ⁊ post hoc victū sibi preparabant: colligētes quasdā herbas terre. §.clxxxviij.

FUerūt ⁊ alij septem similiter pbatissimi viri qui in ea heremo que sarracenis contigua est habitabant: cellulis quidem haud longe a se diuisis: sed ipsi vinculo charitatis cōnexi quorum vnus vocabatur petrus: alius stephanus: tertius Johānes quartus georgius quintus theodorus: sextus felix septimus laurus. Hic ergo in sterili ac vastissima solitudine ⁊ pene hoībus inhabitabili cōmorātes semel sibi in septimana vidēdos se prebebāt. Sabbatorum nāq̧ die hora diei nona cōueniebāt singuli de locis suis ad locū sibi cōditum deferētes vnusquisq̧ si quid inuenire poterat. Et vnus quidē deferebat nuces: alius lactorones: alius dactilos: alius ficus: alius herbas visibiles .i. lapsanum pastinacas caricas ⁊ petrosilium. Iste quippe erat precipuus eorum victus panē nāq̧ ⁊ oleū vel potū extra vsum habebāt. Tantūmodo supradictis herbis ⁊ pomis sustentabant. Vestimētum eis palma solūmō prebebat: aqua in locis illis minime inueniebat. Neq̧ eī aliter potabātur q̄ exeuntes mane ac discurrentes p diuersas herbas colligētes rorem qui affluentissime ibi cadit: ⁊ inde tātūmodo bibebāt. Cūq̧ (vt diximus) in vnum cōuenirēt locū agētes deo grās sumebāt cibum. Post refectionē vero vsq̧ ad vesperam sedentes meditabantur de scripturis sanctis. Non eī discurrebat inter eos secularis fabula: nō cura seculi: nō actio terrenarum rerū: sed solūmō collatio spiritalis regni celestis desiderabilis cōmemoratio: futura beatitudo: gloria iustorum: pena peccatorum sanctorūq̧ oim requies: que iam inter beatas paradisi sedes letātur. Hec cōmemorātes suspirabant ex imo pectore ⁊ flebāt vberrime. Cūq̧ p totā noctē vigiles pmanerēt celebrātes dño laudes: die dñico hora nona loquēdi secū ⁊ vidēdi se terminum capiebant. Redibat eī vnusquisq̧ ad cellam suam: in qua solus soli deo diebus ac noctibus vacabat In his igitur studijs eos positos sarraceni late p heremū discurrētes repererunt: ⁊ irruētes sup eos de heremo eiecerūt: atq̧ ligātes eos pedibus suspēderunt multisq̧ iniurijs affectos ad extremum focū subtus eos de herbis amarissimis cōgesserunt vbi incredibiliter cruciati lumē oculorum ex amaritudine fumi amiserunt. Et postq̄ multis tormētis eos afflixerunt semiuiuos eos dimiserunt: ex quibꝰ vnū nouimus in quodā loco plurimo postea supuixisse tempore ceteri vero vbi nam fuerint deuoluti: penitus ignoramus. §.clxxxix.

INterrogauit quidā frater abbatem Poemenem dicēs. Quid est qđ dñs in euangelio ait. Nemo hac dilectione maiorem hꝫ q̄ vt quis aīam suam ponat pro amico suo: quomō hoc fiet. respondit senex. si quis audit malum a pximo suo: et cum possit ipse similia respondere illi: pugnat tamen in corde suo portare laborem ⁊ vim sibi facit ne forte respondeat illi et cōtristet illum iste talis aīam suā ponit pro amico suo. §.cxc.

REquisitus abbas Moyses dixit. Si nō concordat: actus ⁊ oratio in vanum laborat homo. Cum eī orat quis pro seipso: vt indugentiam illi peccatorum detur obseruet ne faciat illa iterum quādo enim voluntatem peccandi quis dimiserit ⁊ ambulat permanens in timore dei: istum mox cum gaudio suscipit deus. §.cxcj.

SAnctum senē requisiuit frater dicens. Quid faciet homo in omni tentatione veniente super se: ⁊ omni cogitatione imissa ab inimico. Respondit plāgere dꝫ in cōspectu bonitatis dei vt succurēs auxilietur ei. Scriptum est eī dñs mihi adiutor est et ego despiciā inimicos meos. §.cxcij.

QUidam senex dixit. Sicut ad succēsam ollam musce nō appropinquāt: si vero tepida fuerit insident in eam: et faciunt vermes ita et monachum succensum igne diuini amoris fugiunt demones: tepidum vero illudunt ⁊ insequuntur. §.cxciij.

ABbas siluanus sedens aliquando cum fratribus in spelea factus est in excessu mētis: et cecidit in faciem suam: ⁊ post multū surgens plorabat. Et iterrogauerunt fratres eum dicentes. quid habes pater. Ille vero tacebat et flebat. Compellentibus autem illis dixit. ego ad iudicium raptꝰ sum et vidi multos de habitu nostro euntes in tormenta; et multos seculares ad regnum. Et lugebat

senex: et nolebat deinceps exire de cella sua. Sed si exire cogebatur operiebat caputio faciem suam dicens. quid necesse est videre lumen istud temporale: in quo nihil est vtile. §.cxciiij.

Quidam senex dixit fratri omni die vicinam tibi mortem esse cogita: quasi iam clausus in monumento: nihil de hoc, seculo cures. Timor dei permaneat in te in omni hora. Crede te hominibus omnibus inferiorem esse: Non detrahas alicui: quia deus cognoscit oia: sed esto pacificus cum omnibꝰ et dabit tibi dominus requiem. §.cxcv.

Cum quidam fratres quemadmodum orarēt beatum macharium requisissent. respondit illis dicens. Non sunt necessaria nobis superflua verba sȝ extendere manus ac dicere. Deus quomodo vis: et sicut tibi placet. ita fiat. Si autem tentatio irruerit: aut impugnatio dicenduȝ est. Domine deus clementissime auxiliari digna re nobis tu enim scis quid nobis expediat fac nobiscum secundum misericordiam tuam. §.cxcvj.

Abbas Johānes dicebat. Similis debet esse monachus homini sedenti sub arbore grandi: qui respiciens feras diuersas et serpentes venientes ad se cum non potuerit eis resistere subit ī arbores et saluatur. Ita et monachus sedeat in cella sua: et respiciens prauas cogitationes: iaculationesqȝ venientes super se: cum non potuerit eis resistere: confugiat per orationē ad dn̄m: cui oia possibilia sunt et saluabitur. ¶ Itē dixit: similis debȝ eē monachus homini habēti a sinistra ignē: et a dextra aquā: vt q̄tiēs succēsus fuerit ignis tollat de aqua et extinguat illū. Sic oportet et monachū facere omni hora: vt quādo cogitatio turpis succēsa fuerit ab inimico: tūc aquā .i. orones ɔtinuas effūdat et extinguat illā. §.cxcvij.

Abbas zenon dū esset in scithia: egressus est nocte de cella sua ambulare per heremuȝ. Et factū est dū lōgius processisset errauit: tres noctes diesqȝ ambulās: et cecidit fatigatus vsqȝ ad mortem. Et ecce stetit ante eū infans habēs in manu sua panē: et dixit ei: exurge et comede. At ille exurgēs orauit: timuit eñ fantasiam eē. Cui infans dixit. benefecisti ꝙ orasti: mō ergo surge et comede cui abas zenō nō acq̇euit nisi scdo ac tertio orasset. Et cū ille laudaret: q: orabat. Iam tunc surrexit et comedit post hec dixit ei infans quantū tēpus ambulasti tātū lōge es a cella tua. Sed surge sequere me: et mox inuētus ē ante cellā suā. Dixit ergo ei senex. Ingredere in cellam meā: et fac orationē. Et ingresso sene in cellam suam ille non comparuit. §.cxcviij.

Abbas daniel referebat de beato Arsenio: eo ꝙ sabbatorū die vespere solē relucentē post dorsum suū dimittebat in oratione persistēs extendēsqȝ ad celū manꝰ non desistebat orare nisi iterū sequēti die sol surgēs oculos eiꝰ implesset. Ceteras aūt noctes peruigiles ducebat et ꝑpe diluculo cū vellet paꝝ ꝓ nature fragilitate q̇escere dicebat sōno: veni male serue: et mox claudēs oculos q̇escere paꝝ somni sedēdo surripiebat et statiȝ exurgebat. §.cxcix.

Venerūt aliquando ad abbatē. Lucium in enatū monachi qui dicebantur cochiti. hoc est orātes. Et iterrogabat eos senex dicēs Qđ ē opus manuū vestraꝝ. Et illi dixerūt: nō cōtingimꝰ aliqđ opus manuū sed sicut dixit apostolus sine intermissione oramus dixitqȝ eis senex et non manducatis? Illi aūt dixerūt. etiā mādūcamꝰ: et dixit eis senex. quādo ergo comeditis q̇s orabit ꝓ vobis? Et iterum interrogauit eos dicens non dormitis Et dixerūt. Dormimꝰ: et dixit senex. Et cū dormitis q̇s ꝓ vobis orat? et nō inuenerūt ad hec quid respōderēt illi. Et dixit senex. Ignoscite mihi fratres q: nō facitis sicut dixistis. Ego aūt ostēdo vobis: q: operās manibus meis sine intermissione oro. Sedeo eñ iuuante deo infundēs mihi paucas palmulas. et facio ex eis plectas et dico. Miserere mei deꝰ sm̄ magnā misericordiā tuā. Et sm̄ multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatē meā. Et dixit eis: oro est an nō? Et dixerūt ēt Et dixit. iterū. Quādo ꝑmaneo tota die laborās et orās facio plus minus quindeciȝ nūmos: et pono ex eis ad ostium duos: et residuum manduco: et q̇ acceperit illos duos denarios: orat ꝓ me tēpore q̄ ego māduco vel dormio. Atqȝ ita ꝑ gratiā dei implětur mihi qđ scriptū ē. Sine itermissiōe orate. §.cc.

Abbas Macharꝰ dū semel de scithia portās sportellas quas texerat graderetur: vie laboris defessus resedit et dixit Deꝰ tu scis q: amplius nō valeo ambulare. et mox iuētꝰ ē ad fluuiū vnde adhuc per multū aberat interuallū itineris. §.ccj.

Abbas ammon veniens in deserto ad quēdā locū haurire aquam vidit basiliscuȝ et iactans se in faciem suaȝ dixit: Domine aut ego moriturus sum aut ista bestia. Mox basiliscus per virtuteȝ dei dissipatus est. §.ccij.

Abbatis Besarionis discipulus noie dulus cum quadam die cū ipso pariter iuxta littus maris ambularet: cōtigit eū multū sitire. et dixit seni Sitis me macerat pr̄. At beatus besarion facta oratione iussit eū aquā de mari tollere et bibere. Qđ cuȝ fecisset et dulcissimā aquā reperisset vasculū qđ secuȝ portauit: impleuit. Quod cum vidisset abbas besarion dixit ad eum. Quare implesti vas aqua fili? At ille dixit. Indulge mihi pater: timeo ne forte in ante sitiam. Cui senex dixit. Indulgeat tibi dominus fili quia: et vbiqȝ deus est et potest tibi dulcem aquam prestare. §.cciij.

Senex quidam narrauit ꝙ aliquis frater cum conuerti voluisset et prohiberet a matre sua ipse non acquiescebat ab intentione sua dicens. Saluare volo aiam meaȝ. Illa vero multū renitens: cuȝ desideriū eiꝰ impedire non posset: postea permisit. Abiens aūt factus est monachus sub negligētia vitam suam expendēs. Cōtigit aūt vt mater ipsiꝰ moreretur et post tp̄s aliquod et ipse infirmatus est in firmitate magna. Et cū factus fuisset in excessu mentis venit ad iudiciū et inuenit matrē suā cū his qui in pena iudicabātur. Illa aūt vt vidit eū obstupuit et dixit. Quid est hoc fili. Et tu in hūc locum deductꝰ

es condemnandus: vbi sunt sermones tui quos loquebaris dicendo. Saluare volo animã meã. Cõfusus aũt in his que audierat ipe dolore stupid⁹ fact⁹ est: ⁊ stabat nõ habẽs quid matri sue responderet: Iuxta dispẽsatione autẽ misericordie dei postea ꝙ hec vidit contingit vt repararet ⁊ euaderet ab infirmitate ⁊ cogitãs apd se diuinit⁹ factã esse huiusmo di visionem: includẽs se de cetero sedebat ⁊ cogitabat de salute sua penitẽs ⁊ plorãs de his que egerat sub negligentia prius. Tanta autẽ erat ei intẽtio vt multi eũ rogarẽ idulgere sibi paululũ ne forte lesiones aliquã pateref de fletu: quẽ sup ra modũ sibi inducebat. Ille tunc nullo mõ cõsolari volebat dicẽs. Si in properiũ matris mee sustinere non potui quõ christi ⁊ ⁊ sanctoꝝ angeloꝝ eius aduersus me confusionem potero in die iudicij sustinere. ¶.cciiij.

Quidã frater sedebat in egypto: in magna humilitate precipuus: et habebat sororẽ in ciuitate meretricẽ: que multis animabus pdítio fuerat Frequenter enim insultabant senes fratri illi: ⁊ vix potuerũt ei psuaderevt veniret ad eã: quatenus per admonitionẽ eius posset peccatũ qd per eã fiebat euincere. Cũ aũt veniret ad locũ: quidã ex notis eũ vidẽs pcessit ⁊ nunciauit illi dicẽs. Ecce frater tuus venit ad te. Illa autẽ pgaudio relictis amatoribus suis quib⁹ ministrare consueuerat capite discooperto ad occurrẽdũ fratri egressa ẽ. Dũ ergo tẽptaret eũ cõplecti dixit ei: Soror mea charissima parce anime tue qm̃ multi ppter te peunt ⁊ quẽadmodũ poteris sufferre amara illa ⁊ eterna tormenta. Illa aũt cõtremiscẽs dixit ad eũ. Scis frater quia mihi est salus vlla an non? Cui ille dixit. Si volueris est tibi adhuc salus. Illa autem iactans se ad pedes fratris sui petebatvt eam secum deduceret in desertus. Cui frater dixit. Uade operi caput tuum et sequere me Cui illa. Eamus oportet eũ me inter homines deformari nudo capite ambulãtẽ ꝙ in officinã peccati mei iterũ igredi. Dũ aũt pariter ambularẽt monebat eã ad pniaꝫ. ¶ Uidẽs aũt ꝙ qdã obuiarẽt sibi dixit ei. Qm̃ necdũ oẽs sciũt ꝙ soror mea es: secede parum de via donec transeãt. Et post transgressiões illos vocat eã. Eam⁹ soror viã nostrã. Illa aũt nõ rñdẽte: pquirẽs inuenit eã mortuã ⁊ vestigia pedũ e⁹ plena sanguine. Erat enim discalciata. Cũ aũt senibus renunciasset factũ: otendebãt inter se de saluatione eius. Manifestauit autem deus vni seni de ipsa: eo ꝙ nulla illi cura fuit in itinere de corporali visu. sed vulnus proprium contemnes: et in tam grandi perditione sua suspirans ideo pro deuotione cordis eius suscepit deus penitentiam eius: ¶.ccv.

Quodam tpe cum beatus Anthonius a sancto athanasio alexandrie epõ ppter cofutationem hereticorum in vrbe esset adductus perrexit ad eũ Didim⁹vir eruditissimus captus oculis. Cũ ꝙ multa de scripturis sanctis loquerenf inter ceteras sermocinationes: quas de sanctis voluminibus habebant cuꝫ Anthoni⁹ miraretur ingenium eius: ⁊ acumen animi eius collaudaret: sciscitans ait ad eũ Non tristis es ꝙ oculis carneis careas. Et cum ille pudore reticeret: sdo tertioꝗ eũ iterrogãs Anthoni⁹ tãdẽ eliciuit merorẽ animi simpliciter fateref. Cui anthoni⁹ ait. Miror prudẽtẽ virũ e⁹ rei dolere damnũ quã formice ⁊ musce ⁊ culices habẽt. ⁊ nõ poti⁹ letari illi⁹ possessione: quã sctĩ ⁊ apostoli meruerut. Meli⁹ em̃ multo ẽ spiritu videre ꝙ carnei illos oculos possidere in quospcti festuca nõ possit icidere: ꝙ illos q̃ solo visu per cõcupiscẽtiã possunt hominẽ in interitum gehenne mittere. ¶.ccvj.

Quidam frater ex nitria parcior magisꝗ auarior: ⁊ nesciens triginta argentheis dñm iesuꝫ venditũ: cẽtũ solidos quos lina texendo collegerat moriẽs dereliquit. Initũ est aũt cõsiliũ inter monachos. (Nã eodẽ in loco circiter quiꝗ milia dimissis cellulis habitabãt) qd facto op⁹ esset. Alij pauperib⁹ distribuẽdos eẽ cẽsebãt alij dãdos eccle. nõnulli parẽtib⁹ e⁹ remitẽdos: Machari⁹ vero ⁊ pãbo ⁊ Isidorus ⁊ ceteri seniores patres sancto in eis loquẽte spiritu decreuerũt infodiendos esse cũ dño suo dicẽtes. Pecunia tua tecũ sit i pditionẽ. Nec hoc crudeliter quisꝗ putet factũ tant⁹ terror ⁊ pauor p totã egyptũ cũctos monachos inuasit. vt vnũ solidũ dimisisse grãdis apud eos sit criminis. ¶.ccvij.

Erat quidã adolescẽs grecus in egypto constitutus in cenobio: qui nulla continentia: nulla opis magnitudine flãmas poterat carnis extinguere. Cũꝗ ad patrẽ monasterij hec e⁹ tẽtatio fuisset plata: hac ille eũ arte seruauit. Imperauit cuidã viro graui ⁊ aspero vt iurgijs atꝗ cõuitijs insectaretur adolescentẽ: ⁊ post irrigatã iniuriã prim⁹ veniret ad querimoniã. Cũꝗ iperata sibi pficeret i sup vocati testes p eo loquebanf qui contumelias adolescenti fecerãt. At ille cepit flere ꝫ mẽdaciũ quotidie gemẽs quotidie lachrymas fundẽs sedebat sol⁹: amaritudine repletus erat: omniꝗ auxilio destitut⁹ ad iesu pedes iacebat. Quid multa: Ita tot⁹ ann⁹ deduct⁹ ẽ. Quo expleto iterrogat⁹ adolescẽs sup cogitationib⁹ pristinis: an si adhuc molestie aliqd sustineret: respõdẽs dixit. Pape: viuere mihi non lꝫ: quẽadmodũ fornicari libet. Ita ergo hac arte spiritali patre pcurãte adolescens superata libidine saluatus est.

¶ Finit liber adhortationum patrum.

¶ Incipit libellus de profectu patrum.



Interrogauit quidã frater abbatẽ Anthoniũ dicens. Quõ placebo dño. Respondens senex. Que mãdo tibi custodi. Quocũꝗ vadis deuꝫ semper habe pre oculis: ⁊ in his que agis testificationẽ sanctaꝝ scripturaꝝ adhibe: ⁊ in quocunꝗ loco sederis non cito inde mouearis. Hec tria custodi ⁊ saluus eris. Interrogauit abbas Pambo abbatẽ Anthoniũ dicens. Quid faciam. Respondit ei senex. Noli esse in iusticia tua confidens: neꝗ peni-

tearis de re transacta et continēs esto lingue tue ⁊
ventris. ¶ Dixit sanctus Gregoriusꝙ tria exigit
deus ab omni homine qui est baptismum cōsecut⁹
videlȝ fidem rectam ex tota aīa: veritatem lingue
continentiā ⁊ castitatē corporis. Dixit abbas eua
grius q: dicebāt quidā patrū ꝙ siccior ⁊ non icqua
lis victus caharitati coniunctus: citius introducat
monachum in portū impassibilitatis. Iterum dixit
Nunciata est cuidā monacho mors patris sui. Et
ille ait ad eum qui nūciabat. Desine inquit blaphe
mare. Meus enī pater immortalis est. ¶ Dixit
abbas Macharius abbati zacharie. ¶ Dic mihi
qđ est opus monachi. Dixit ei. Me interrogas pa
ter. Et dixit ei abbas macharius Certus suȝ de te
fili zacharia est enī qđ me pulsat vt interrogem te.
Dixit ei zacharias Quantū est ad me pater hoc pu
to: qm̄ quicūꝙ semetipm̄ necessitatibus subiecerit
atꝙ coegerit ipse est monachus. ¶ Dicebāt de ab
bate Theodoro cui prenomē est firme. q: hec tria ca
pitula haberet supra multa. i. nihil possidēti: absti
nēdi homines fugiēdi. ¶ Dixit abbas Johannes
nanus. Ego volo hominē ex oībus virtutib⁹ ꝑcipe
re. Itaꝙ per singulos dies surgēs mane de oī vir
tute sume principiū ⁊ mādata custodi in magna pa
tiētia cū timore et lōganimitate: in charitate dei cū
bono ꝓposito aīe ⁊ corporis et hūilitate ml'ta: i pa
tiētia ⁊ tribulatiōe cordis ⁊ obseruatiōe in oratiōe
multa ⁊ supplicationibus cū gemitib⁹ in puritate ⁊
mūditia lingue: ⁊ custodia oculorū: in iniuria patiēs
et nō irascēs: pacificus ⁊ nō reddēs malū ꝓ malo:
nō attendēs ad inuidiā alioꝝ atꝙ temetipm̄ exal
tes: sȝ esto subditus ⁊ humilior oī creature: renūciā
do oī materie corporali: ⁊ his q̄ ſm carnē sunt i cru
ciatu in certamine: in humilitate spūs: in bona volū
tate ⁊ abstinētia spūali: in ieiunio: in penitētia: i fle
tu: in certamine pugne: in discretiōe iudicij: in chari
tate aīe: in ꝑceptiōe boni cū quiete: in ope manuum
tuaꝝ: in nocturnis vigilijs: in fame ⁊ siti: in frigore
et nuditate: in laboribus includēs te in sepulchro
tāꝙ iā mortuus vt videaꝛ tibi esse proxima mors
omni die. ¶ Dixit abbas Joseph thebeus. Quia
tres ordines sunt honorabiles i cōspectu dnī. Pri
mus qn̄ homo infirmaꝛ ⁊ adijciunꝛ ei tēptatiōes: ⁊
cū gratiarūactioneꝗ suscepit eas. Secūdus aūt est
qn̄ aliquis oīa sua opa facit mūda corā dn̄o nil ha
bēs humanū. Tertius vero est qn̄ aliquis sedet in
subiectiōes ꝑcepti patris spiritualis: ⁊ oīb⁹ ꝓprijs
renunciat voluptatibus. ¶ Narrauit abbas Cas
sianus de quodā Johanne abbate q̇ erat primus
congregatiōis ꝙ magn⁹ fuerit in vita sua. Hic cum
moriturus esset ⁊ discessurus cū hylaritate ⁊ ꝓposi
to mētis ad dn̄m circūdederūt eū fratres rogantes
verbū aliqđ cōpendiosum ⁊ salutare loco heredita
tis sibi ab eodem reliqui: per qđ possent ascendere
ad ꝑfectionē que est in xp̄o. Ille autē ingemiscens
ait. Nunꝙ feci propriam voluntatem: nec aliquem
docui quicꝙ: quod ego primus ipse non fecerim.
¶ Frater interrogauit senē dicens. Que res sic bo
na est quam faciam vt viuam in ea. Et dixit senex.
Deus solus scit quod bonum est: sed tamen audiui
quia interrogauit vnus patrum abbatem Nestero
nem magnum qui erat amicus abbatis anthonij.
Et dixit ei. Quid est opus vt faciā. Et rn̄dit ei. Nō
sunt oīa opa equalia. Scriptura dixit. Quia abraā
hospitalis fuit ⁊ deus erat cum eo. Et helyas dili
gebat quietē et erat cum eo deus. Et dauid humi
lis erat: ⁊ deus erat cū ipso. Quod ergo vides aiaȝ
tuā ſm deum velle hoc fac ⁊ custodi cor tuū. ¶ Di
xit abbas pastor. Quia si custodire ⁊ semetipm̄ cōsi
derare: ⁊ discretionē habere: hec tria opationes mo
nachi sunt. ¶ Frater quidā interrogauit eū dicēs
Quomodo debet homo conuersari. Respondit ei
senex Vidimus Danielē quia non est inuenta in eo
accusatio: nisi de seruitio qđ exhibebat deo suo. Di
xit iterū. Quia paupertas ⁊ tribulatio hec sunt ope
rationes solitarie vite. Scriptum est enī. Quia sic
fuerunt hi tres viri Noe: Job et Daniel. Noe per
sonā habet nihil possidentiū. Job aūt personā tri
bulatorū. Daniel vero discernātium. Si ergo fuerit
he tres actiōes i homine deus habitat i eo. ¶ Di
xit abbas pastor Quia si duas res oderit monach⁹
potest liber esse ab hoc mūdo. Et dixit frater. Que
sunt iste. Et dixit senex. Carnalē repausationē ⁊ va
nam gloriā. ¶ Dicebāt de abbate Pambo: quia
in ipsa hora qua decedebat ex hac vita: dixit astan
tibus sibi sanctis viris: quia ex quo veni in hūc locū
solitudinis: ⁊ fabricaui mihi cellaȝ ⁊ habitaui hic ex
tra laborē manuū mearū nō recolo me comedisse
panē aliquo modo: neꝙ comedere volui: nec peni
tuisse de sermone: quem locutus sum vsꝙ ad hanc
horam: et sic vado ad dn̄m: quasi q̇ nec initiū fecerīȝ
seruiēdi dn̄o. Dixit abbas Sisoys esto cōtempti
humilitatem eius:quieuit stimulus fornicationis a
fratre. Item alius stimulatus a fornicatione cepit
decertare et extendere abstinētiam suam per quat-
tuordecim annos cogitationem suā custodiens ne
cōsentiret cōcupiscētie sue. Postea autem veniens
ad ecclesiam manifestauit vniuerse multitudini qđ
patiebat. Et datum est mādatum:et omnes afflixe
runt se pro eo: hebdomada iugiter orātes dñm et

quieuit stimulus eius. De cogitatione fornicatiōis
dixit quidā senex heremita. Dormiens vis saluari.
Vade labora. vade affligere:vade quere et inuenies
vigila:pulsa et aperietur tibi. Sunt eñ in seculo pā
cratiarij:qui cum nimis edunt ⁊ stant et fortes ap-
paruerunt:coronas accipiunt. Aliquotiēs aūt ⁊ vn⁹
a duobus ceditur:et confortatus plagis cedētes se
vincit. Vidisti q̄tam virtutē ꝑ carnis exercitiū acq-
siuit. Et tu sta et cōfortare:et dñs expugnabit pro
te inimicum. ¶ De eadem ipsa cogitatione fornica
tionis dixit alter senex. Esto velut q̇ trāsit in platea
aut per tabernā:et capit cuiuscūq3 capture odorem
aut alicuius assature et qui vult ingreditur:et man
ducat:qui aūt nō vult odoratur tm̄:et preterit ita ⁊
tu excute a te fetorem surge et ora dicens. Dñe fili
dei adiuua me. Hoc aūt fac etiā aduersus alias co-
gitationes. Neq3 eñ erradicatores sumus cogita-
tionū:sed luctatores aduersus easdem cogitatiōes
¶ Alter senex dixit. Hec ꝓ negligētia patimur. Nā
si cōsideremus:q: deus habitat in nobis nō aliena
vas inferemus intra nos. Dñs eñ xp̄s habitās in
nobis atq3 cohabitās nobis respicit vitam nostrā.
Unde et nos portātes eum et contēplātes neglige
re nō debemus:sed sanctificare nosmetipsos :sicut
et ille sanctus est. Stemus super petram:et rum-
patur malignus:non formides: ⁊ cōmilitet aduer
sus te psalle cu3 virtute dicēs. Qui cōfidunt in dño
sicut mons syon: nō cōmouebit inetemum q̇ habi-
tat in hierusalem. ¶ Frater quidā interrogauit se-
nem dicēs. Si incurrerit monachus in peccatū affli
gitur velut q̇ de ꝑfectu in deteriorē statum ꝑuene-
rit et laborat donec resurgat. qui autem a seculo ve
nit velut q̇ initium fecit et ꝑficit. Et respōdens se-
nex dixit. Monachus tētationē incurrens sic est tā
q̄ domus q̇ cadit et si sobrius fuerit in cogitatione
reedificat eam que corruerat domum inueniens ma
terias ad edificium profuturas habens posita fun-
damenta. lapides harenā:et cetera que hmōi sunt
edificio necessaria atq3 ita velociter ꝑ fabrica ꝑficit
Ille aūt q̇ nec effodit nec fundamētum misit nec h3
aliquid eorum que sunt necessaria: sed in spe dimit-
tens si quomodo aliquādo perficiatur. ita est ⁊ mo
nachus si in temptationem ceciderit et conuersus
fuerit ad dñm h3 plurimum apparatū videlicet me
ditationē diuine legis psalmodiā. opus manuum:
orationē et cetera q̄ sunt sancte religionis fundamē
ta. Qui aūt recens est et nouus in cōuersatione do
nec ista discit ille primum ordinem inueniet. ¶ Fra
ter quidā cum a fornicationis spiritu teneretur:per
rexit ad quēdam senem magnum:et rogabat eu3 di
cens. Ostende pater charitatem et ora pro me q: a
fornicatione sollicitor. Senex autem deprecatus est
dominum pro eo. Et iterum secūdo veniens ad se-
nem dixit eūdem sermonem. Similiter et senex non
neglexit rogare pro ipso dicēs. Dñe reuela mihi vn̄
in hoc fratre opatio sit ista diaboli qm̄ deprecatus
sum et requiem nōdu3 inuenit. Et reuelauit ei dñs q̄
agebātur circa fratrem illum et vidit eū senex seden

tem et spiritū fornicationis circa eū et quasi ludē-
tem cū ipso ⁊ angelus dn̄i stabat missus in adiutori
um eius ⁊ indignabať aduersus fratrē illū q: nō se
psternebat deo: sꝫ quasi delectabatur in cogitatiōi-
bus suis totā mētē suā ad hoc inclinās. Et agnouit
senex q: cā magis ab eodē fratre esset: ⁊ annūciauit
dicēs tu consentis cogitatiōi tue frater. Et docuit
eū quomodo talibus cogitationibus deberet resi-
stere ⁊ respirās frater p̱ doctrinā senis illius ⁊ ora-
tionē inuenit requiē a tēptatione sua. Tēptatus est
aliq̄n discipulus alicuius senis magni a fornicatiōe
Senex vero cū videret eū laborantē dixit ei. Uis ro
go deū vt subleuet a te molestiā istā. Ille aūt dixit.
Uideo abba q: ⁊ si laboro: tū ex pōdere laboris hu
ius fructificari me sentio sꝫ hoc rogo deū in cogita-
tionibus tuis vt det mihi tolerantiā p̱ quā sustineā
Dixit ei abbas suus. Modo agnoui: q: in magno
profect⁹ es fili ⁊ supgrederis me. ¶ Dicebant de
quodā sene q: descēdit de scithi ⁊ habebat filiū ad-
huc suggentē lac: qui qm̄ in monasterio nutrit⁹ est
nesciebat q̇d essent mulieres. Qui cū factus esset vir
ostendebāt ei nocte demones formas ⁊ habit⁹ mu-
lierū ⁊ hoc nūciauit patri suo ⁊ mirabať. Aliq̄n vergo
ascēdit cū patre suo in egyptū: ⁊ vidēs mulieres: di
xit patri suo. Ecce iste sunt que veniebāt ad me no-
cte in scithi. Et pater dixit ei. Isti sunt monachi de
seculo fili alio aūt habitu vtūtur isti ⁊ heremite alio
Et miratus est senex quō in scithi ostenderēt ei de-
mones imagines mulieꝝ: ⁊ statiꝫ reuersi sunt i cellā
suā. ¶ Frater quidā erat p̱batus tentationib⁹ in
scithi ⁊ imittebat ei aduersarius memoriā mulieris
cuiusdā pulchre in aio: ⁊ affligebat eū valde. Et cōti
git sm̄ dei dispēsationē vt alter frater descendens
de egypto applicaret in scithi ⁊ cū loquerētur nūcia
uit ei dicēs. Uxor illius mortua est. Erat aūt ipsa
mulier de qua inquietabatur frater ille. Qd̄ cū au-
disset tulit vestimētuꝫ suū nocte ⁊ ascēdit vbi eā se-
pultā audierat: ⁊ fodit locū ⁊ extersit saniē putredi
nis eius in vestimēto suo ⁊ reuersus habebat illud
in cella sua. Et cū nimis feteret: ponebat illos feto
res ante se: ⁊ improperās cogitationi sue dicebat.
Ecce desideriū qd̄ querebas habe illud ⁊ satiare ex
eo ⁊ ita ex hmōi fetore castigabat seipm̄: donec emo
rerētur cōcupiscētie eius. ¶ Uenit quidā in scithi
aliq̄n vt fieret monachus qui etiā accepit filiū suum
secū nup̱ ablactatū. Qui cū fact⁹ fuisset iuuenis cepe
rūt ipugnare demōes ⁊ sollicitare eū. Et dicit patri
suo vado ad seculū: q: nō valeo carnales cōcupiscen
tias sustinere. Pater aūt eius cōsolabať eū. Dixit
ergo illi iuuenis. Iā sustinere nō valeo pater dimit
te me redire ad seculū. Dixit ergo ei pater suus. Au
di me fili adhuc semel: ⁊ tolle tibi quadraginta pa-
nes: ⁊ folia palmaꝝ dierū quadraginta ⁊ vade in he
remū interiorē: et esto ibi quadraginta dieb⁹ ⁊ vo-
luntas dn̄i fiet. Qui obediens patri suo surrexit et
abijt in heremū ⁊ māsit ibi laborās ⁊ faciēs plectas
de palmis siccis ⁊ panem siccum comedens. Et cuꝫ
ibi dies viginti quieuisset, ecce vidit ibi opus dyabo
licum quoddam venire sup̱ se: ⁊ stetit coram ipso ve
lut mulier ethyopissa fetida ⁊ turpis aspectu ita vt
fetorem eius ferre non posset. Et abijciebat eam a
se: et illa dicebat ei: ego sum que in cordibus homi-
num dulcis appareo: sed propter hobedientiaꝫ tuā
et laborem quem sustines: non permittit me deus
seducere te: sed ostendi tibi fetorem meum: ille autē
surrexit ⁊ gratias agens deo venit ad patrem suuꝫ
et dixit ei. Iam nolo ire ad seculum pater vidi enim
operationem dyaboli ⁊ fetorem eius. Cognouerat
autem ⁊ pater eius de hoc ipso: ⁊ dixit ei. Si man-
sisses quadraginta dies: ⁊ custodisses vsq; in finem
mandatum meum: maiora habuisses videre. ¶ Se
nex quidam sedebat in longinqua heremo: qui ha-
bebat vnam parentē ⁊ desiderabat eum videre post
multos annos: ⁊ quesiuit in quo loco habitaret. Et
surrexit ⁊ venit in viam heremi illius: et inueniens
camelarios adiunxit se illis: ⁊ ingressa est cum illis
heremum. Hec enim trahebatur a dyabolo. Que cū
venisset ad ianuam senis cepit signis indicare seip-
sam dicens. Ego sum parens tua: ⁊ māsit apud eū
Erat autem alius monachus sedens in inferiorib⁹
partibus heremi qui implebat sibi suriscula aque:
et hora qua manducare voluisset subito versabatur
suriscula ⁊ effundebatur aqua: qui inspirante deo ⁊ di
xit in semetipso. Ingrediar in heremū et dico hoc
quod mihi euenit de aqua senioribus. Et surgens
abijt et cum sero factum esset dormiuit in templo
quodam idolorum iuxta viam: et audiuit nocte de-
mones dicentes. Ista nocte precipitauimus illum
monachum in fornicationem: quod cum audisset
contristatus est: et perueniens ad senem, inuenit eū
tristem: et dixit ei. ¶ Quid facio abba: quia impleo
mihi vasculum aque: et in hora manducandi effundi
tur. Et dixit ei senex. Tu venisti ad me interroga-
re me: q: suriscula tua versať ego āt q̇d facio: q: hac
nocte cecidi i fornicationē q̇ rūdit ⁊ ego cognoui et
dixit ei. Tu vn̄ scis. ¶ Qui dixit. Dormiebā i tēplo
⁊ audiui demōes loquētes de te. Et dixit senex. Ec-
ce ego vado ad seculū. Ille aūt rogabat eū dicens.
Noli pater: sed permane in loco hoc: mulierem ve-
ro dimittam⁹ hinc. Hoc eīn ex occursu inimici cōti-
git. ¶ Quo audito senex sustinuit extendens ⁊ ag-
grauans conuersationem suam cum lachrymis: do-
nec rediret in priorem ordinem suum. ¶ Dixit se-
nex quidaꝫ. Quia securitas et taciturnitas et occul
ta meditatio: pariunt castitatem. ¶ Frater quidā
interrogauit senem dicens. Si contigit homineꝫ in
temptationem cadere: quid fit propter eos qui scā
dalizantur in eo. Et narrauit senex dicens. Dyaco
nus quidam erat nominatus in monasterio egypti
Dum autem quidam curialis insecutionem iudi-
cis pateretur: venit cum omni domo sua ad mona-
sterium: et operante iniquo: incurrit dyaconus ille
in mulierem eius et facta est omnibus fratribus cō
fusio. Ille autem abijt ad quendam senem: et indi-
cauit ei rem: senex vero habebat occultam cellam in
teriorem quam cum vidisset dyaconus ille: dixit.

Sepeli me hic sic viuum:et non indices cuiq̃.Et in trauit in obscuritatem celle illius:tegit penitētias illic ex veritate. Contigit autem vt post multum tē porisnon ascenderet aqua de flumine nili.Et cum oēs letanias facerēt:reuelatū est cuidā sctōꝝ:q2 nisi veniret oyacor⁹ q̃ absconditus esset apd illū talem senē:nō ascenderet fluminis aqua.Quod cū audissent mirati sunt:τ venientes eiecerūt eū de loco ī quo erat .Et orauit τ ascendit aqua:τ qui aliq̃n in ipso scandalisati fuerāt edificati sunt postea in penitentia eius τ glorificauerūt deū.¶ Duo fratres perrexerūt ad ciuitatē:vt venderēt qō fuerant operati Et cū a se inuicē in ciuitate fuissent diuisi incurrit vnus in fornicationē Ueniēs aūt postea frater eī⁹ dixit ei.Reuertamur ad cellā nostrā frater ille autē rn̄dit dicēs.Nō veniā.Et iterrogauit eū ille dicēs Quare frater?Et ille rn̄dit. Quia cū discessisses a me incurri in tēptationē τ fornicat⁹ sū.Ille autē alter frater volēs lucrari eū cepit dicere.Et mihi sic cōtigit:τ q̃n separat⁹ sum a te incurri τ ego in fornicationē.Sed eamus τ simul penitentiā agamus cū oī labore:τ deus ignoscet nobis peccatū.Qui cū venissent ad cellā retulerūt senibus qō eis cōtigerat:τ dederūt eis illi mādatū qualiter pn̄iam agerent.Ille tn̄ vnus nō pro se:sꝫ pro alio fratre pn̄iaꝫ agebat:tāq̄ si τ ipse peccasset.Uidēs aūt deus laborē τ charitatē eius:intra paucos dies manifestauit vni de senibus:q2 pro multa charitate fratris:q̄ nō peccauerat:indulserat illi q̄ fornicatus est:τ vere hoc est ponere aīam suā p fratre suo.¶ Uenit aliquādo frater ad quēdaꝫ senē:τ dixit ei.Frater me⁹ soluit me egrediēs huc atq3 illuc:τ p hoc ego affligor.Et rogabat eū senex dicēdo.Equanimiter porta frater:et de⁹ vidēs laborē sustētationis tue reuocat eū ad te.Neq3 eīm possibile est vt cū duricia et austeritate:facile ab intentiōe sua aliquis reuocet: q2 nec demon expellit demonē:sꝫ magis benignitatē eū reuoca ad te.Qm̄ τ dn̄s deus noster:consolādo ad se homines trahit.Et narrauit ei dicēs.Et fuerūt duo fratres in thebayda:τ cū vnus ex his in fornicationē cecidisset:dicebat ad aliū.Reuertar ad seculū.Alter vero plorabat dicens.Nō te dimitto frater discedere τ pdere laborē tuū:τ virginitatem tuā.Ille vero nō acqescebat:dicēdo.Nō hic sedeo sꝫ vado aut veni mecū:τ iterū redibo tecū aut certe dimitte me:τ pmanebo in seculo.Uadēs aūt frater nūciauit hoc cuidā seni magno.Dixit aūt ei senex: Uade cū ipso:τ de⁹ illū p laborē tuum nō dimittet corruere.Qui cōsurgēs abijt cū eo ad seculū.Et cū puenisset ad quēdaꝫ vicū vidēs deus laborē illius qui ex charitate τ necessitate fratrē suū sequebatur abstulit cōcupiscentiā a fratre ei⁹:τ dixit fratri suo. Eam⁹ iterū ad heremū frater.Ecce iā puto q2 peccaui cū muliere q̄d lucrat⁹ sū ex hoc.Et reuersi sūt illesi in cellā suā.¶ Frater quidā tēptat⁹ a demōe pfectus est ad quēdaꝫ senē dicēs.Quia illi duo fratres simul sunt τ maleviuūt.Cognouit aūt senex:q2 a demone illuderet:τ mittēs vocauit eos ad se.Et cū factū esset vespere:posuit mattā illis duob⁹ fratribus τ cooperuit eos in vno lecto:dicēs.Filij dei magni τ sancti sunt.Dixit vero discipulo suo. Hūc fratrē claude in cella seorsū:ipse eīm passionē quaꝫ illis obijcit habet in se.Frater quidā dixit seni qd facio:q2 occidit me sordida cogitatio.Dixit ei senex. Mulier q̃n vult ablactare filiū suū amarū aliquid super ungit vberibus suis:τ cū venerit infans ex cōsuetudine suggere lac.sentiens amaritudinem refugit. Mitte ergo τ tu in cogitationē tuā amaritudinem Dixit ei frater.Que est amaritudo quā debeo mittere?Dixit ei senex.Cogitationē mortis:τ tormentorum quei n seculo futuro peccatoribus pparant ¶ Frater quidā interrogauit senē de hmōi cogitatione:et dixit ei senex.Ego nunq̄ stimulat⁹ sum de hac re.Et scādalisatus est in eo frater ille.Et abijt ad aliū senē dicens.Ecce hoc mihi dixit ille senex τ scādalisatus sum in eo q2 supra naturā est qō dixit. Dixit ei senex:non simpliciter tibi dixit hoc ille hō dei:sꝫ surge τ vade:τ pn̄iam age apud eū:vt aperiat tibi virtutē sermonū suoꝝ.Surrexit ergo ille frater et venit ad senē agens in cōspectu eius pn̄iam τ dixit.Ignosce mihi pater:q2 stulte feci:nō dicēs tibi vale discedēs a te:sꝫ obsecro te vt iterpreteris mihi quō nunq̄ sollicitatus sis a fornicatiōe.Dixit ei senex.Quia ex quo factus sum monachus nō sum saturatus pane neq3 aqua:neq3 somno:τ appetitu eoꝝ quibus pascitur alij:τ cruciās me non pmittebat sentire fornicationis stimulos τ exijt frater ille proficiēs ex relatione senis.¶ Frater quidā interrogauit quendā senē dicēs.Quid facio:q2 cogitatio mea semper in fornicatione intenta est τ non me quiescere sinit vna hora:τ affligitur ex hoc aīa mea Ille aūt dixit ei:q̃n demones cogitationes in corde tuo seminant:τ sentis hoc non colloquaris cūm aīo tuo: q̃n demonum est talia suggerere:τ lꝫ nō negligant hec immittere:tn̄ non extorquent in te est ergo τ suscipere τ non suscipere.Scis autē quid fecerint madyanite q̃n ornauerūt filias suas et statuerunt eas in conspectu israelitarum:non tamen alicui extorse sunt vt cōmiscerentur cum eis:sed qui voluerunt in currerunt in eas.Alij autem cōminati sunt indignātes:τ cū interitu eoꝝ qui presūpserant vlti sunt fornicationem ita agendū est τ de fornicatione.Respondens autem frater dixit τ quid faciam quia fragilis sum τ superat me passio hec.Ille autem dicit ei Intentus esto ad huiusmodi.Demones quādo faciunt initium loqui in corde tuo:non respondeas eis:sed surgens ora τ age penitentiam dicens.Fili dei miserere mei.Dixit autem ei frater:Ecce medi tor abba et non est compunctio in corde meo: quia nescio virtutem verbi:τ ille dixit.Et tu tantum meditare:audiui enim quia dixit abbas pastor sed et alij patres hoc verbum:quoniam incantator virtutem verborum que dicit nescit:sed serpens audit et scit virtutem eorum que incantantur τ serpēs subijcitur incantanti :et humiliat.Sic et nos quis ignoremus virtutem illorum verborum que loquimur

demones tamē audientes terrentur atq3 discedunt
¶ Dicebant quidē senes:q: cogitatio fornicatiōis
fragilis est velut papirus. Si ergo iactatur in no-
bis ⁊ non acquiescētes proijciamus illam a nobis
facile rūpitur. Necessariū igitur est:vt sit discretio
in cogitatione qua agnoscamus:q: his qui consen-
tiunt eis non sit spes salutis. Illis autem qui non
cōsentiunt reposita sit corona. ¶ Duo fratres iim
pugnati fornicatione abierunt ⁊ acceperunt vxores
postea autem dixerunt adinuicem. Quid lucrati su-
mus:quia deseruimus angelicum ordinem ⁊ venim⁹
in immūdiciam hanc:et post hec in ignem et tormē
ta venturi sumus. Redeamus igitur iteruʒ ad here
mum ⁊ agamus penitentiam de his que presumpsi
mus. Et venientes ad heremum rogauerunt pa-
tres vt susciperent eos penitētes:⁊ cōfitentes ea q̄
gesserāt:⁊ clauserunt eos annum integrum senes:⁊
ambobus equaliter ad pensum dabātur panes:et
ad mensurā aqua sil'r:erāt aūt visione consimiles:⁊
dum completum fuisset tempus penitentie exierūt
et viderunt patres vnum pallidum ⁊ tristem nimis
alium vero robustum et clarum ⁊ mirati sunt: qm̄ ci-
bum et potum equaliter acciperēt:et interrogaue-
runt eum q̄ tristis ⁊ afflictus erat dicentes. Quid
exercitabaris cum cogitationibus tuis in cella tua?
Et ille dixit. Pro malis q̄ feci penas in quibus vē
turus erā in aīo meo reuoluebā:et pre timore adhe
serunt ossa mea carni mee. Interrogauerunt auteʒ
et aliū dicētes. Tu qui cogitabas in cella tua? At il-
le respōdit. Gratias deo referebā q̄ eruit me de in-
quinamēto mūdi hui⁹:⁊ de futuri seculi penis:et re
uocauit me ad hanc cōuersationem angelicam:et re
miniscens assidue dei mei letabar:⁊ dixerunt senes.
Equalis est amboꝝ penitētia apud deum. ¶ Se-
nex quidam erat in scithi:qui cum incurrisset in egri
tudinem magnā seruiebāt ei fratres:⁊ vidēs senex
quia laborarent dixit. Vado in egyptum vt non sol
uam fratres istos a laboribus suis:⁊ dixit ei abbas
moyses:non vadas qm̄ fornicationē incursurus es.
Ille autem cōtristatus dicebat. Mortuum est cor-
pus meum et tu mihi ista dicis. Surgēs ergo abijt
in egyptum. Quod cuʒ audissent homines circūqua
q3 habitātes offerebāt ei multa. Venit etiam ad eū
quedam virgo fidelis:volens obsequium suum seni
illi infirmanti impendere ⁊ post aliquantulum tem-
poris cuʒ paululum de egritudine qua tenebat̄ me-
lius habuisset incurrit in eam. At illa concepit. In-
terrogata autem a vicinis loci vnde concepisset:illa
respondit de sene illo. Illi autē non credebāt ei. Se
nex vero dicebat. ego hoc feci. Sed custodite infan-
tem quem peperit:que cū genuisset puerum ⁊ abla
ctatus fuisset:tulit senex infantem in humeris suis
et die qua erat festiuitas magna in scithi occurrit
ibi ⁊ intrauit ecclesiaʒ corā multitudine fratrū. Illi
autē videntes eum fleuerūt:qui dixit fratribus. Vi
detis infantē hunc. Filius est inobedientie. Cauete
ergo vos fratres eo q̄ in senectute hoc fecit:⁊ ora-
te pro me. Et pgēs ad cellā suā ad initium prime cō

uersatiōis sue reuersus est. ¶ Frater quidam tem-
ptatus est pessime a demone in specie pulchrarum
mulierum. Trāsformati nāq3 demones iugiter per
quadraginta dierum spacium pseuerauerūt pugnā
tes aduersus eum vt traherent eum ad turpem cō-
mixtionem. Illo aūt viriliter reluctāte ⁊ minime su
perato:deus aspiciens bonum eius certamen:do-
nauit ei vt nullum vltra calorem carnalis cōcupiscē
tie pateretur. Solitarius quidā erat in inferiorib⁹
partibus egypti:⁊ hic erat nominatissimus:q: sol⁹
in ecclesia sedebat in deserto loco. Ecce iuxta ope-
rationem sathane mulier quedaʒ inhonesta audiēs
de eo dicebat iuuenibus. Quid mihi vultis dare et
decipio istum solitarium vestrum? Illi aūt cōstitue-
runt certum quid vt darē ei. Que egressa vespere ve
nit in cellā eius velut errās:et cum pulsasset ad cel-
lam eius egressus est ille:⁊ videns eam turbatus est
dicens. Quomodo huc venisti? Illa aūt velut plo-
rans dicebat:errādo huc veni. Qui cum miseratiōe
viscerum pulsaretur introduxit eam in atriolum cel
le sue:⁊ ipse intrauit interius in cellā suā ⁊ clausit eā
Et ecce infelix illa clamabat dicēs. Abba. bestie co-
medunt me hic. Ille aūt iterū turbatus est timens
etiam iudiciuʒ dei dicebat. Vnde mihi venit ira hec
Et aperiens ostium introduxit eam intro. Cepit
autem diabolus velut sagittis stimulare cor eius in
eam. Qui cū intellexisset diaboli esse stimulos:dice-
bat in semetipso. Vie inimici tenebre sunt. Fili⁹ au-
tem dei lux est. Surgēs ergo incēdit lucernam. Et
cum inflāmaret̄ desiderio dicebat. Qm̄ q̄ talia agūt
in tormēta vadūt. Proba ergo teipsuʒ ex hoc si po
tes sustinere eternum ignem. Et mittebat digitum
suum in lucernam. Quem cum incēdisset ardorē nō
sentiebat pp̄ter nimiam flāmam cōcupiscentie car-
nalis:⁊ ita vsq3 mane faciens incēdit oēs digitos.
Illa autē infelix videns qui faciebat senex ille: pre
timore velut lapidea facta est ⁊ veniētes mane iuue
nes ad senē illum dicebāt. Venit ne huc mulier sero
Ille autē dixit. Etiā. Ecce vbi dormit:⁊ intrātes in
uenerūt eā mortuā:⁊ dicūt. Abba mortua est mulier
Tunc ille excutiēs pallium suū quo vtebatur: osten
dit eis manus suas dicēs. Ecce quid fecit mihi filia
ista diaboli pdiditq3 oēs digitos meos. ⁊ narrās
eis qd̄ factum fuerat dicebat. Scriptum est:ne red-
das malū pro malo:⁊ faciēs orationē sup eā. suscita
uit eā. Que cōuersa caste egit residuum tempus vi-
te sue. ¶ Frater quidā impugnabatur a fornicatio
ne. Contingit autem eum venire in quēdā vicū egy
pti ⁊ vidēs filiā sacerdotis paganorum : adamauit
eam:dixitq3 patri eius. Da mihi eā vxoreʒ. Ille au-
tem respōdēs:dixit ei. Non possuʒ eā tibi dare nisi
interrogauero deum meum. Et abiēs ad demoneʒ
quē colebat dixit ei. Ecce monachus quidam venit
volēs accipere filiam meam. Do eam illi. Et respō
dens demon dixit. Si negat deum suum: ⁊ baptis-
mum ⁊ propositum monachi:da eam ei:⁊ veniēs sa
cerdos dixit nega deuʒ tuū ⁊ baptismūet propositū
monachi:⁊ do tibi filiam meam vxorē. Ille vero con

ſenſit et ſtatim vidit velut columbam exire de ore
ſuo ⁊ volare in celū. Pergens autem ſacerdos ad
demonem dixit. Ecce promiſit tria iſta ſe facturum.
Tunc reſpōdēs diabolus: dixit ei. Non des ei filiā
tuā in vxorem: q: deus eiꝰ nō integre receſſit ab eo.
ſed adhuc adiuuat eum. Et veniens ſacerdos dixit
Non poſſum eam tibi dare vxorem: q: adhuc deus
tuus adiuuat te: ⁊ non receſſit a te. Hec audiēs fra
ter dixit in ſemetipſo. Si tātam bonitatē oſtendit
in me deus: cum ego infelix negauerim ipſum et ba
ptiſmum ⁊ propoſitum monachi: bonus autem deꝰ
etiam ſi cum tā grande ſcelus commiſi: nunc vſq ad
iuuat me: cur ego recedam ab eo. Et in ſemetipſū
reuerſus recepit ſobrietatem mētis: ⁊ venit in here
mum ad magnum quēdam ſenem ⁊ narrauit ei rem
que fuerat facta. Et reſpōdens ſenex. dixit ei. Sede
mecum in ſpelūca et ieiuna tres hebdomadas con
tinuas: ⁊ ego deū deprecor pro te ⁊ laborauit ſenex
pro fratre illo: ⁊ deprecatus eſt deum dicēs. Obſe-
cro, dn̄e dona mihi aiam hāc ⁊ ſuſcipe penitentiam
eius: ⁊ exaudiuit orationem eius deus ⁊ cum cōple
ta fuiſſet prima hebdomada. Venit ſenex ad illum
fratrem: ⁊ interrogauit eū dicēs. Aliquid ne vidiſti?
Et reſpōdens frater dixit. Etiā. Vidi colūbam ſur
ſum in altitudine celi: cōtra caput meū ſtantem. Et
dixit ei ſenex. Attende tibimetipſi: ⁊ deprecare deū
attēte. Secūda vero hebdomada venit ſenex iterum
ad fratrem et interrogauit eum dicens. Vidiſti ne
aliquid? Et reſpōdit. Vidi colūbam venientē iuxta
caput meū. Et precepit ei ſenex dicens. Sobrius eſto
mente ⁊ ora ⁊ cōpleta tertia hebdomada. Venit ite
rum ſenex ⁊ interrogauit eū dicēs. Ne aliquid plus
vidiſti? At ille reſpōdit dicēs. Vidi colūbā q̄ venit et
ſtetit ſuper caput meū: ⁊ extēdi manum meā vt te-
nerem illā: illa autem ſurgens intrauit in os meum
et gratias agens deo ſenex dixit fratri. Ecce ſu-
ſcepit deus penitētiam tuam. De cetero attēde te-
metipſum: et eſto ſollicitus. Et reſpōdēs frater di-
xit. Ecce ammodo tecū ero. donec moriar. ¶ Dice
bat quidā de thebeis ſenibus: q ipſe eſſet filius ſa-
cerdotis idoloꝝ ⁊ cū paruulus ſederet in templo et
vidiſſet patrē ſuū frequēter ingredi ⁊ ſacrificia offer
re idcolo: et q: ſemel occulte poſt ipſum intrauerit
⁊ viderit ſathanam ſedētem ⁊ omnem militiā eius
aſtantē ei. ⁊ ecce vnus de principibus veniēs adora
uit eum. Cui diabolus ait. Unde venis tu? Et ille
reſpondit. In illa prouincia erā: ⁊ ſuſcitaui illic bella
et perturbationes plurimas: ⁊ effuſionē ſanguinis fa
ciens et veni nūciare tibi. Et ſathanas interroga-
uit eum. In quāto tpe hoc feciſti? Et ille reſpondit
in triginta diebus. Et ſathanas iuſſit eum flagella-
ri dicēs. Tāto tpe hoc feciſti? Et ecce alius veniēs
adorauit eū: et illi dixit. Unde venis tu. et reſpōdit
demon. In mari eram et ſuſcitaui cōmotiones: ⁊ di
merſi naues: et multos hoies occidēs veni nūciare
tibi. Et dixit ei ſathanas. Quāto tpe hoc feciſti. At
ille reſpōdit. Sunt dies viginti. et hūc ſilr iuſſit fla
gellari dicēs: quare in tātis diebus hoc ſolum feci-

ſti? Et tertius venit ⁊ adorauit eum dicens. Dixit
autē huic. Tu vnde venis. Et reſpondit. In illa ciui
tate fui et dū ibi fierent nuptie excitaui lites: ⁊ mul
tas effuſiones ſanguinis feci: inſup ⁊ ipſum ſpōſum
occidi: ⁊ veni nūciare tibi: ⁊ dixit i quātis diebꝰ hoc
feciſti. Et reſpōdit decem. Iuſſit aūt ⁊ hunc flagella
ri tanq̄ moras fecerit. Venit autē et quartꝰ demon
adorare eū: ⁊ dixit ei. Unde venis. Qui reſpōdit in
heremo erā: ecce quadraginta āni ſunt q impugna
ui monachū quēdam et vix nocte iſta preualui: vt fa
cerem eum fornicari. Quod diabolus audiēs ſurre-
xit et oſculatus eſt eū: ⁊ tollens coronā quā ipſe ha-
bebat poſuit in capite illius: ⁊ fecit eū in vna ſede cō
ſere ſecum dicēs. Magnā rem fortiter egiſti. Hoc
ego cum audiſſem et vidiſſem. dixi intra meipſum.
Vere magnus eſt ordo monachoꝝ: et egreſſus ſum
et factus ſum monachus. ¶ Dicebant de quodam
patre: q: ſecularis fuiſſet: ⁊ poſtea cōuerſus de cōcu
piſcentia vxoris ſue frequēter ſtimularetur: ⁊ narra-
bat hoc patribus. Qui cum vidiſſent q operarius eēt
et maiora faceret q̄ ei dicebāt imponebāt ei tā mul
ta vt debilitaretur corpꝰ eius ita vt nec ſugere poſ
ſet. Deo aūt diſpēſante venit quidam pater vt ap-
plicaret in ſcithi. Et cum veniſſet ad cellā eius vidit
eam apertā ⁊ pertrāſiuit admirās quomodo nemo
egreſſus eſſet in occurſum eius ⁊ reuerſus ſtabat di
cens. Ne forte frater qui in ea habitat infirmetur. Et
cum pulſaſſet intrauit et inuenit eū nimium infirmū
et dixit ei. Quid habes pater. Et narrauit ei dicēs.
Ego de ſeculari vita ſum: et ſollicitat me mō inimi
cus in vxore mea: et narraui patribus et impoſue-
runt mihi conuerſationis onera diuerſa et cū obe
dienter implere vellem eſſe defeci: et tamē ſtimulus
creſcit. Audiens hoc ſenex cōtriſtatus eſt et dixit ei.
Equidē patres vt potētes viri: bene tibi impoſue-
runt onera quibus graueris: ſed ſi me paruulum au
dis: iacta hec a te et ſume parum cibi in tpe ſuo: et
recolligens vires tuas fac aliquātulum opis dei: et
iacta in dn̄o cogitatum tuū: qm̄ tuo labore hanc rē
nō poteris ſuperare. Corpus eīn noſtrum velut ve
ſtimentū eſt. Si illud diligenter tractaueris ſtat
Si aūt neglexeris illud putreſcit. Qui cū audiſſet eū
fecit ita: ⁊ intra paucos dies receſſit ſtimulus ab eo
¶ Monachus quidam ſolitarius antiquus et in
cōuerſatione proficiens ſedebat in monte in parti-
bus antinoi: ſicut audiuimus a notis monachis:
cuius verbis et actu multi pficiebant. Et cū talis
eſſet: excitatus eſt diabolus ad inuidiā cōtra eum:
ſicut et cōtra omnes viros virtutū: immiſitq in ani
mam eius cogitationē talem vt ei q̄ in tali cōuerſa
tione eſſet: non deberet ſeruiri ab alio aut miniſte-
rium exhiberi: ſed magis ipm̄ debere alijs miniſtra
re. Quod ſi alijs nō exhiberet miniſterium: ſaltē ſibiipſi
ſeruiret dicēs. Vende g̃ in ciuitate ſportellas quas
facis et eme tibi q̄ opꝰ ſunt et reuertere ad locū tuū
et nullis ſis oneroſus. Hoc aūt ſuggerebat ei dia-
bolus inuidēs quieti eiꝰ: et oportune vacatiōi eiꝰ ad
dn̄m et vtilitati multoꝝ. Undiq eīn inimicꝰ venari

cum z capere festinabat: ille vero tanq̄ bone cogitationi acquiescēs descēdit de monasterio suo. Et q̄ erat omnibus admirandus: ignorās tamē huiusmodi insidias astutie: notus vero z famosus omnibus a quibus videbatur existens: cuȝ post lōgū tempus mulierē vidisset pro incautela sua supplātatus est: z incurrit in eā. Et veniēs in desertū sequēte dyabolo vestigia eius: cecidit iuxta flumē z cogitās q̄ inimicus gauisus est de ruina ei⁹ voluit seipsuȝ desperare maxime q̄ spiritū dn̄i cōtristauerit: z sctōs angelos z venerabiles patres. quorum multi etiam in ciuitatibus habitantes superauerūt dyabolum: z cuȝ nulli horum se similem facere posset contristabatur valde z nō recordabatur: q̄ deus est qui virtutē tribuit his qui ad eū deuotissime conuertuntur. Cecat⁹ vero z non videns peccati sui curam: voluit se in flumē illud iactare. vt perfectum gaudiū faceret inimico: z ex multo animi dolore infirmat⁹ ē corpore: z nisi postea misericors deus auxiliū prestitisset ei: ad perfectū gaudiū inimici sine penitētia moreretur. Nouissime aūt in se reuersus cogitauit maiorē laborem in afflictione penitētie demōstrare: z supplicare deo in fletu z luctu: z ita redijt iterū ad monasteriū suū. Et dāmans ostiuȝ cellule sue sicut solet super mortuum ita flebat suplicans deo. Ieiunans autem z vigilās cū omni anxietate extenuauit corpus suuȝ: z nec sic satisfactum putabat in animo suo: q̄ congrue penituisset. ¶ Fratribus autem ad eum sepius venientibus vtilitatis causa z pulsantibus ostiū ipse dicebat non posse se aperire: dicēdo: sacramēto me constrinxi: vnū annū deuote me penitētiā agere: s; orate pro me. Nec eū inueniebat quomodo ei se excusaret qm̄ illi scādalizabant: hec audientes de eo q̄ erat apud illos honorabilis z magnus valde monachus s; fecit totum annum intente ieiunans: z deuote penitentiam agēs Die autē pasche ipsa nocte resurrectionis dominice tolens lucernā nouā z reficiēs eā posuit in cacabo nouo: z cooperiēs cooperculo surrexit ad orationē dicēs. Misericors z miserator de⁹ q̄ z barbaros saluare vis: z ad veritatis tue agnitionem venire ad te confugi fidelium saluatorem miserere mihi: quia te plurimum exacerbaui: z inimicum gaudere feci: z ecce mortuus sum obediens ei. Tu domine et impijs et his qui sunt sine misericordia misereris: sed et proximis misericordiam impendi precipis: miserere humilitati mee apud te eū nihil impossibile est: quoniam secus infernū dissipata est sicut puluis anima mea. Fac misericordiam quia benignus es z misericors figmēto tuo: qui et corpora que non sunt: in die resurrectiōis iei⁹. Exaudi me domine: quia defecit spiritus meus: z infelix anima mea tabefacta est. etiam z corpus meum quod coinquinaui. z iam viuere non valeo pro eo q̄ non credidi. Ignosce peccatum per penitentiam duplex habēs peccatum ex desperatione. Viuifica me contritum z igne tuo precipe hanc lucernam accendi: vt z ego accipiens fiduciam misericordie et indulgentie tue residuo tempore vite mee: quod mihi donaueris mādata tua custodiā. z timore tuo recedā: s; deuote seruiā tibi omnib⁹ diebus vite mee. Et hec in nocte ipsa resurrectionis cū multis lachrymis dicēs: surrexit vt videret si accensa esset lucerna. Et detecto cacabo: vidit q̄ nō esset accensa: z cecidit iterū in faciē suā rogās deū z dicēs. Scio dn̄e q̄ certamē factum est: vt coronarer z nō in pedibus steti: eligēs ꝓpter carnis delectationē tormētis impiorum adici parce mihi dn̄e ecce eū iterū cōfiteor tue bonitati turpitudinē meā corā angelis tuis z corā iustis oībus tuis q̄ scandalizari possent: oibus etiā hominib⁹ cōfiteor. Deus meus miserere mei vt z alios erudiam dn̄e viuifica me. z ita tribus vicib⁹ orās exaudit⁹ ē z surgēs inuenit lucernā ardētē clare: z exultās cōfortatus est in spe admirabaturq̄ de dei gratia q̄ ita de peccatis ei⁹ indulsit z satisfecit iuxta petitionē ei⁹: z animū ipsius z dicebat. Gratias tibi ago domine: q̄ etiā vite seculi hui⁹ mihi indigno miser⁹ es in magno tūc nouo signo hoc peccatorib⁹ fiduciā tribuēs Parcis enim z misereris animabus quam creasti. Ita autem z perseuerante eo in confessione illuxit dies z letebatur in domino oblitus cibi corporalis Ignem autem lucerne illius toto tempore vite sue seruauit oleum subinde infundens: et faciens de super quominus extingueretur. Et ita rursus diuinus spiritus habitauit in eo z factus est apud omnes insignis humilitatē exhibens in confessione z actione gratiarū domino cum leticia. Cui etiā ante aliquot dies mortis sue reuelatum est de transitu suo.

¶ Explicit liber contra fornicationem.

¶ Incipit liber q̄ monachus nihil debet possidere.


Frater quidam renuncians seculo et dans que habebat pauperibus: retinens autem pauca in sua ratione venit ad beatum Anthoniuȝ: quod cū agnouisset senex: dixit ei. Si vis monach⁹ fieri: vade in illū vicinū z eme carnes z impone corpori tuo nudo z sic veni huc. Et cū sic fecisset frater ille veniebāt aues z canes z corp⁹ ei⁹ lacerabāt. Cum auteȝ peruenisset ad senem interrogabat si fecisset qđ ei dixerat. Illo autem ostendente corpus suum laceratum. Dicit sanctus Anthonius. Qui renūciant seculo z volunt habere pecunias ecce ita impugnati a demonibus discerpuntur. ¶ Narrauit abbas Daniel de beato Arsenio: quia venit aliquando magistrianus deferens ei testamentum cuiusdam senatoris parentis eius: qui reliquerat ei hereditatem magnam valde z accipiens testamentum voluit illud scindere. magistrianus autem cecidit ad pedes eius dicens. Deprecor: vt nō scindas illud. q̄ amputabitur mihi caput. Et dicit ei arsenius. Ego prius mortuus sum q̄ ille: ipse autem qui modo mortuus est quomodo fecit me heredem? z remisit testamentum nihil accipiens. Egrotauit aliquando meme

rat⁹ abbas arsenius in scithi: ⁊ opus habuit i necessitate sua vsq₃ ad vnā siliquā nūmos: ⁊ cū nō inueniret accepit a quodā velut elemosynā ⁊ dixit. Gratias tibi ago dn̄e q₂ me dignū fecisti p̄ noīe tuo ad hoc peruenire: vt egens elemosynā postularē. ¶ Narrauerūt de abbate Agathone q₂ lōgo t̄pe cellā sibi cum suis discipulis fabricaret. Qua cū p̄fecissent ⁊ cepissent illic habitare vidit in ipsa prima hebdomada quodā nō vtile sibi. ⁊ dixit discipulis suis illud qḋ dn̄s dixerat discipulis suis. Surgite: eam⁹ hinc. Discipuli autē ei⁹ cōtristati sunt valde dicētes. Si oīno volūtatē habebas migrādi hic vt qḋ tāto labore sustinuimus edificātes lōgo t̄pe cellā. Incipient aūt hoīes scādalizari i nobis ⁊ dicere. Ecce iterū migrāt nusq̄ sedētes. Ille autē cū eos vidisset pusillanimes effectos dixit eis. ⁊ si scādalizātur aliq. s₃ iterū sunt alij qui edificētur: ⁊ dicāt. Beati sunt isti qui p̄pter deū migrauerūt ⁊ sua omnia cōtempserūt. Ueritamē dico vobis qui vult venire mecū veniat: q₂ ego interim vado. Illi aūt prostrauerūt se in terrā: rogātes vt eo recederet eis secū abire. ¶ Dixit abbas euagrius fuisse quēdā fratrē q̇ nihil habuit de substantia sua nisi tm̄ euāgeliū ⁊ ipsum vendidit in pauperū nutrimētū dicens quoddā verbū: quo memorie dignū est cōmēdari. Ipsum verbū (inquit) vēdidi qḋ iubet: vēde oīa que habes ⁊ da pauperib⁹. ¶ Abbas Theodorus cognomento firme habebat tres codices bonos: ⁊ cū venisset ad abbatē Macharius₃ dixit ei. Q₂ habeo tres codices ⁊ proficio ex lectione eo₂. sed ⁊ patres petūt eos ad legendū. vt ⁊ ipsi proficiāt. dic ergo mihi quid debeo facere. Respondit senex dicēs. Boni sunt qdē actus: sed maius est oīb⁹ nihil possidere. Quod cū audisset: abijt ⁊ vēdidit memoratos codices. ⁊ dedit indigentibus preciū eo₂. ¶ Narrauit quidā patrū. de abbate Iohanne persa q₂ ex multis virtutibus suis ad profundā simplicitatē atq₃ innocētiā venerit. Hic autē habitabat in arabia vicina egypti: ⁊ mutuauit aliqn̄ a fratre quodā solidum vnu₃ ⁊ emit linu₃ vt operaretur: ⁊ venit alius frater rogās eū ⁊ dicēs. Dona mihi abba aliquātulū lini vt faciā mihi vestimētum quo vtar. Et dedit ei cū gaudio. Similr̄ alter veniēs rogauit eum vt daret ei aliquantulum lini: vt faceret sibi tegumentū: ⁊ dedit ei: ⁊ multis alijs petētibus: dabat similr̄ cū gaudio. Postea vero venit dominus solidi quem mutuo acceperat volens accipere quod mutuauerat ⁊ dixit ei senex. Ego affero tibi eum: et cu₃ nō haberet vnde redderet abijt ad abbatē. Iacobum dispensatorē: vt rogaret eum vt daret ei solidum et dum iret inuenit in terra iacentē solidū ⁊ nō tetigit eum et fecit orationē et reuersus est in cellā suā: et venit iterū frater ille et cepit ei molest⁹ esse pro solido: et dixit ei. ego reddā tibi. Et abijt iterum senex et inuenit solidum in terra vbi erat prius rursus facta oratione reuersus est in cellam suam. et ecce frater iterum cepit molestus esse ei: et dixit senex. Adhuc semel expecta me et affero tibi solidum tuū: et surgens venit ad illū locum ⁊ inuenit ipsum solidum ibi: ⁊ facta oratione tulit eū et venit ad abbatē Iacobū et dixit ei. Abba cū venirē ad te: inueni hunc solidū in via ostēde q̄ charitatē ⁊ p̄dica illum: ne q̄s p̄didisset eū ⁊ predicauit abbas ⁊ nemo est inuēt⁹ qui p̄didisset solidū illū. Tūc ergo dixit senex abbati Iacobo. Si ergo eū nemo perdidit da eū illi fratri: q₂ ipsi debeo solidū: ⁊ cū venirē ad te: vt tu mihi solidum prestares: ⁊ redderē debitu₃: inueni eū in via ⁊ miratus ē abbas Iacob⁹ quō cōpulsus pro debito inuenisset: ⁊ nō statim tulisset eū: ⁊ reddidit solidū illi fratri: ⁊ hoc mirabile erat de ipso: q₂ si veniebat quis mutuū petere aliqḋ ab eo nō p̄ seipsu₃ dabat s₃ dicebat fratri mutuū postulāti vade tole tibi ipsi qḋ op⁹ habes ⁊ quādo referebat ei: qḋ mutuu₃ accepisset: dicebat ei. Repone illud iterum in locum vnde tulisti. Si autem nihil referebat ille qui mutuum acceperat: senex nihil dicebat ei. ¶ Narrauerunt quidam patrum quia venerat aliquando frater aliquis in conuentum cellarum coram abbate. Isaac vestitus modico cucullo ⁊ dixit ei abbas. Isaac. hic monachorum est habitatio: tu autem secularis es. et non poteris hic esse. Dicebat aūt fratrib⁹ abbas. Isaac. Patres nostri ⁊ abbas pambo vetustis ⁊ de multis partib⁹ vtebāt resarcitis vestib⁹: nunc autē p̄ciosis vestib⁹: vtimini Discedite hinc: desertastis eni locu₃ hunc. Quando autē profecturi erāt ad mensem dicebat eis. Iā vobis nulla mādata dabo qm̄ nō obseruatis. ¶ Dixit abbas Cassianus. Q₂ sincletius aliqs nomine: cum renūciasset seculo: ⁊ facultates suas pauperib⁹ diuidēs aliqua sibi retinuisset propriū vsum nolēs perfecte ex omnibus renūciantiū humilitatē ⁊ cōmunis monasterio₂ vite supare regulā ad quē sancte memorie pater Basilius hoc dixit. Et senator esse desijsti: ⁊ monachum te non fecisti. ¶ Dixit quidā frater abbati pistāmodi. Quid faciā: q₂ durū mihi est vēdere qḋ manib⁹ meis laboro. Et r̄ndēs senex dixit: Quia abbas sysoys ⁊ ceteri vēdebāt opus manuum suarū. Hoc em̄ nō ledit sed quādo vendis semel dic p̄ciū speciēq₃ quā tradis: ⁊ si vis relaxare modicū p̄cij in te est: sic enim requiē inuenies. Iterum dixit ei frater. Si habeo quod sufficiat necessitatibus meis Aliunde: videtur tibi: vt non cogitem de labore manuum. Respondens senex dixit. Quantum vis habeas tamen non negligas operari: ⁊ quantū potes fac tantū nō cōturberis animo. ¶ Frater interrogauit abbatē Serapionē dicēs. Dic mihi vnū verbū Dixit ei senex. Quid tibi habeo dicere. Tu tulisti ea q̄ erā viduarū ⁊ orphano₂ ⁊ posuisti in fenestra. viderat enim eā codicibus plenā. Interrogata est: beate memorie sincletice si p̄fectū bonū esset nihil habere. At illa dicit: ⁊ valde bonū est his q̇ possunt: etenim hi q̇ tolerare possunt tribulationē quidē carnis habēt: s₃ anime requiem possidēt qm̄ sicut fortia vestimenta dum calcātur ⁊ pedibus sepius reuersantur lauant atq₃ candidātur. ita fortis aīa p̄ voluntaria₃ paupertatē amplius confirmatur. ¶ Dixit abbas hiperitius Thesaurus monachi est voluntaria paupertas. Thesauriza ergo tibi frater in celo: quia ad

requiescendu3 ibi sine fine sunt secula. ¶ Erat qui-
dam sanctorū phylagrius nomine. Hic habitabat
in hierosolymis ⁊ laborabat operando vt pane tan
tū non ageret ⁊:dū staret in platea volēs vendere
qđ manibus suis fuerat opatus:cōtigit vt caderet
cuidā saccellus cū solidis mille ⁊ inueniēs eū senex
stetit in eodē loco dicēs. Necesse est modo eū q̄ per
didit huc venire:⁊ ecce veniebat qui pdiderat plo-
rans ⁊ tulit eū seorsum:⁊ dedit illi saccellū suū. Quē
ille rogabat:vt acciperet aliquā partē ex eo: sed se-
nex nullatenus acquieuit. Tūc ille cepit clamare et
dicere. Venite ⁊ videte hominē dei:⁊ quid fecit. Se
nex aūt occulte fugiens exiuit de ciuitate ne agno-
sceretur de eo qđ fecerat ⁊ honoraret eū. Interro-
gatus est senex qdam a fratre quid faceret vt saluꝰ
esset. Ille aūt expolians se vestimēto suo cinxit lum
bos suos atq3 extēdens manus suas dixit. Sic d3
nudus esse monachus ab omni materia seculari:et
crucifigere se aduersus tētationē atq3 certamina
mundi. ¶ Quidā frater rogauit senē quēdam vt.
acciperet pecunias suis necessitatibus profuturas
Ille autē nolebat:vt pote qui ope manuum suarū
eēt sibi sufficiēs. Sed dum ille psisteret obsecrādo
vt salutem pro indigētium necessitate susciperet.
Rn̄dit senex ⁊ dixit ei Duplex mihi opprobrium est
quia cum non indigeam accipio ⁊ aliena tribuens
vanam gloriā colligo. Venerunt aliquando quidā
grecorum:vt darēt elemosynam in ciuitate ostracē
⁊ assumpserūt sibi iconomos ecclesie:vt ostēderent
eis q̄ necessitatē maiorē haberēt. Illi aūt duxerunt
eos ad quēda3 leprosum ⁊ dederūt ei. Ille aūt nole
bat accipere dicēs. Ecce modicas palmas habeo
quas operor ⁊ facio plectas ⁊ ex eis mīduco panē
iterū duxerūt eos ad cellā vnius vidue q̄ erat cū fi-
lijs suis. Et cū pulsarēt ad ostiū occurrit filia eius
ad ostiū nuda. Mater aūt eius abierat ad quoddā
opus. Erat eīn cādidatrix. Et dabāt filie eius vesti
mētu3 ⁊ nūmos. Illa aūt nolebat accipere dicēs ve
nisse matrē suā ⁊ dixisse sibi cōfide:qꝛ voluit deus ⁊
inueni opus qđ faciā hodie:vnde sumamꝰ victū no-
strū. Et cū venisset mater eius rogabāt eā vt acci-
peret ⁊ noluit dicēs. Ego habeo curatorē meū deū
⁊ vos eū vultis tollere a me hodie. Illi aūt cognoscē
tes fidē eiꝰ glorificauerūt deū. ¶ Venit quidā vir
magnus ignotus portans aurū in scithi ⁊ rogabat
presbyterū heremi:vt aurū illud erogaret fratribꝰ
Dixit aūt presbyter. Non opus habēt fratres. Et
cū nimis vehemēs esset ⁊ nō acqesceret:posuit spor
tam cū solidis in ingressu ecclesie:⁊ dixit presbyter:
qui opus h3 tollat illud sibi:⁊ nemo tetigit quidam
etiā nec aspexerūt. Et dixit ei senex. Suscepit deus
oblationē tuā:vade ⁊ da illud pauperibus ⁊ valde
edificatꝰ discessit. ¶ Obtulit quidā frater seni pecu
niā dicēs ei. Habe hāc pecuniā ⁊ ad expēsas tuas:
qꝛ senuisti ⁊ infirmꝰ es. Erat eīn leprosus. Hic aūt
rīdens dixit tu post sexaginta ānos venisti auferre
a me nutritorē meū. Ecce tātū tēpus habēs in infir-
mitate mea nihil indigui deo tribuēte ⁊ pascēte me

et non acquieuit accipere. ¶ Narrauerūt senes de
quodā ortulano qꝛ laboraret:⁊ omnē laborē suum
expēderet in elemosynā ⁊ tm̄ sibi retineret quantu3
ad victū eius sufficeret. Postea vero sathanas im-
misit in cor eius dicens. Collige tibi aliquātulam
pecuniā ne cum senueris aut egrotaueris opus ha
beas ad expēsas. Et colligit ⁊ impleuit lagena3 de
nūmis. Cōtigit aūt eum infirmari ⁊ putrescere pe
dem eius:⁊ expēdit qđ collectū fuerat in medicos ⁊
nihil ei prodesse potuit. Postea vero venit quida3
de expertis medicis ⁊ dixit ei. Nisi incideris pedē
tuū putrefiet. Et cōstituerūt vt inciderēt ei pedem
Illa aūt nocte rediēs in semetipsum:⁊ penitētiam
agēs de his que gessit ingemuit ⁊ fleuit dicēs. Me
mor esto dn̄e operū meoꝝ priorū q̄ faciebā cū labo-
rarē in orto meo ex quo pauperibus ministrabam.
Et cū hoc dixisset stetit angelus dn̄i ⁊ dixit ei. Vbi
sunt nūmi quos collegisti:⁊ vbi est spes tua de qua
tractasti. Tūc intelligēs dixit. Peccaui dn̄e ignosce
mihi:⁊ ammodo vlterius hoc nō faciā. Tūc angelus
dn̄i tetigit pedem eius ⁊ sanatus est statimq3 exur-
gens abijt in agrū operari. Venit ergo medicꝰ fm
tēpus cōstitutū cū ferramētis vt secaret pedē eius
et dicūt ei. Exijt mane operari in agrū. Tūc admi-
rans medicus perexit in agrū vbi operabatur frater
ille:⁊ vidēs eū operari terrā glorificabat deum qui
reddiderat ei talē sanitatē. ¶ Frater interrogauit
senē quēdam dicēs. Vis teneā mihi duos solidos
ppter infirmitatē corporis. Vidēs aūt senex cogi-
tationē eius qꝛ vellet tenere dixit ei etiā. Et vadēs
frater in cellā suā cōterebat in cogitationibus suis
dicēs. Putas verū mihi dixit senex an nō. Et sur-
gēs iterū venit ad senē agēs penitētiam ⁊ rogans
eū dicēs ppter deū dic mihi veritatē qꝛ affligor co-
gitationibꝰ meis:ppter duos solidos:⁊ dixit ei se-
nex. Quia vidi te voluntatē hr̄e retinēdi eos:dixi ti
bi vt teneres veruntamē nō est bonū tenere plus q̄
opus ē corpori. Si ergo duos solidos retinueris:
in ipsis inuenietur spes tua:⁊ si cōtigerit vt perea3.
deus iā nō cogitat de nobis. Cogitationē ergo no-
strā iactemꝰ in dn̄o:qm̄ ipsi cura est de nobis.

¶ Explicit liber de eo q̄ monachus.
nihil debeat possidere.

¶ Incipit liber de patientia siue fortitudine.



Sanctus abbas Anthonius cu3
sederet aliquādo in heremo:ani
mus eius tediū:⁊ cōfusionē co-
gitationū incurrit ⁊ dicebat ad
dn̄m. Dn̄e volo saluus fieri:sed
non pmittunt me cogitationes
mee. Quid facio in hac tribula-
tione aut quō saluꝰ ero. Et mo
dicū assurgēs cepit foras exire ⁊ vidit quendā tāq̄
seipsum sedentē atq3 operantē deinde surgentē ab
operibus ⁊ orantē:et iterū surgentē et plectam de

palmis faciantē:inde rursus ad orationē surgentes
Erat aūt angelus dn̄i missus ad correptionē ꝛ cau
telā dandā Anthonio ꝛ audiuit vocē angeli dicētis
Sic fac ꝛ saluus eris. Ille aūt hoc audito magnum
sumpsit gaudiū atqꝫ fiduciā:ꝛ ita faciēs:salutē quā
querebat inuenit. ¶ Frater interrogauit abbatem
Agathonē dicēs mandatū mihi venit ꝛ est mihi pu
gna grauis in loco in quo est ipsum mandatū. Vo-
lo ergo propter ipsuꝫ mādatū pgere illuc:ꝛ paueſco
bellū. Dixit abbas Ammonas. Quia quattuorde-
cim ānos fecerat in scithi deprecās deū die ac nocte
vt daret ei virtutē superādi irā. Dixit abbas bisa-
rion. Quia.xl.noctes māserit inter spinas stās ꝛ nō
dormierit. Frater quidā sedēs singularis turbaba-
tur ꝛ pgens ad abbatē theodorū de firme dixit ei.
Quia turbaret. Senex aūt dixit ei. Vade humilia
mentē tuā ꝛ subde te ꝛ habita cū alijs. Abijt aūt in
mōteꝫ ꝛ māsit cū alijs:ꝛ reuersus post ea ad senem
dixit ei. Nec cū alijs hominibus habitās quietem
inuenio ꝛ dixit ei senex. Si solitari⁹ nō qͥescis necꝫ
cū alijs cur voluisti te monachū facere. Nōne vt su-
stineas tribulationes. Dic aūt mihi quot ānos ha
bes in isto habitu. Et dixit ei. Octo. Et dixit ei se-
nex. Crede mihi. Ego habeo in isto habitu septua-
ginta annos:ꝛ nec vna die potui requiē inuenire:et
in octo ānis vis requiem habere. ¶ Interrogauit
aūt eum iterū frater quidā dicēs. Si fiat subito so
nitus ruine alicuius sit ne timor tibi abba. Et dixit
ei senex. Si celū terre adhereat. Theodorus nō for-
midat. Poposcerat eīm precibus a dn̄o:vt auferret
ab eo formido ppterea interrogauit eū frater. Di-
cebāt de abbate Theodoro ꝛ beato Lucio de nōno
Alexādrie q: fecerūt quinquaginta ānos seducētes
animos suos ꝛ dicētes trāsacta hyeme ista: migra-
bimus hinc:ꝛ iterū qn̄ fiebat estas dicebant. Quia
transacto estiuo:discedimus hinc:ꝛ sic faciebāt toto
tēpore cōuersationis sue:semp reminiscēdo patres.
¶ Dicebat abbas Pastor de abbate Johāne bre
ui statura:q: rogauerat deū:vt tolleret ab eo om̄s
passiones ꝛ fieret securus:ꝛ veniēs dixerit cuidam
Video me quietū ꝛ nullā habentē pugnā. Et dixit
ei senex. Vade et roga deum:vt iubeat in te moueri
pugnā qm̄ pugnādo profecit aīa. Et cū redisset pu
gna vlterius nō orauit:vt auferretur ab eo sꝫ dice-
bat. Dn̄e da mihi tolerantiā sustinēdi has pugnas
¶ Venit abbas Macharius maior ad abbatē An-
thoniū in montē. Et cum pulsasset ad ostiū exiuit
ad eū ꝛ dixit ei. Tu quis es. Et ait illi. Ego suꝫ ma-
charius. Et claudēs ostium intrauit ꝛ dimisit eum
foris. Et cū vidisset postea patientiā ei⁹ aperuit ei:
et cū gaudēs ei dicebat:multū tēpus est ex quo vi-
dere te desiderabā audiēs de te. Et exhibēs ei ho-
spitalitatē:refecit eū. Erat eīm de multo labore fati
gatus. Vespere aūt facto īfudit sibi abbas Antho-
nius modicas palmas. Et dixit ei abbas macha-
rius. Da mihi vt ꝛ ego infundā qᵒ operer. Ille autē
dixit. Non habeo plus ꝛ faciēs fasciculū maiorem
infudit eum:ꝛ sedentes sero ꝛ colloquentes de vti
litate animarum faciebant flectam ꝛ ipsa flecta de-
scendebat per fenestrā in speluncā ꝛ ingrediēs ma-
ne sanctus Anthonius vidit collectionē flectarum
abbatis Macharij:ꝛ admiratus est. Et osculans
manus eius dicebat multa virtus de istis manibus
egreditur. ¶ Descendit aliquando ipse Machari⁹
de scithi ad locum qui dicitur therenuthin:ꝛ intra-
uit dormire in monumentū vbi erant antiquitus se
pulta corpora paganorum:ꝛ traxit vnū corpus sub
caput suum tanqꝫ puluinacium de scirpo:demones
autem videntes fiduciam eius torquebantur:ꝛ vo-
lentes terrere eū vocabant quandam mulierem di-
centes. Nonna veni nobiscum ad balneum: ꝛ alter
demon de subipso tanqꝫ ex mortuis illis respondit
dicens. Peregrinum quēdam habeo super me:nō
possum venire:senex aūt nō expauit:sꝫ confidēs tū-
debat corp⁹ illud dicēs. Surge ꝛ vade si potes. Qd̄
cū audissent demōes clamauerūt magna voce dicē-
tes. Vicisti nos:ꝛ fugerūt confusi. ¶ Dicebat abbas
Mathois. Volo aliqd̄ leue op⁹:ꝛ cōtinuo cogito qꝫ
graue ꝛ qꝫ cito finit. Narrauerūt de abbate Myle-
to q: cū habitaret aliqn̄ cū duob⁹ discipulis suis in
finibus psaꝝ exierūt duo filij impatoris bm̄ cōsuetu
dinē in venatione ꝛ miserūt rethia p longū:p milia
ria quadraginta:vt quodcūqꝫ intra rethia inuenire
tur occiderēt. Inuētus aūt est senex cū duob⁹ disci
pulis suis iuxta rethia:et cū vidissent eū pilosum et
terribilē aspectu:admirati sunt et dixerūt ei. Hō es
an spūs aliquis. Dic nobis:et dixit eis. Homo suꝫ
peccator:et exiui flere pctā mea et adoro filiū dei vi
ui. Illi aūt dixerūt ei:nō est alius deus nisi sol:ignis
et aqua:ipsos adora et sacrifica eis. Et ille rn̄dens
ait. Iste res creature sunt:et erratis:sꝫ obsecro vos
cōuertimini et agnoscite deū verū:qui et ista crea-
uit et cetera oīa. Illi aūt deridētes dixerūt. Con-
dēnatuꝫ et crucifixū dicis esse veꝝ deū. Et ille rn̄dit
Etiā ipsuꝫ qui crucifixit petm̄:et qͥ occidit mortem
hunc dico esse veꝝ deū. Illi autē tā ipsi qꝫ fratribus
qͥ cū eo erāt inferebāt tormēta et cogebant eos sa-
crificare. Et duos quidē fratres post plurima tormē
ta decapitauerūt:senē autē diebus multis torque-
bant. Postea vero statuerunt eum in quodam lo-
co:et sagittabant in eum quasi in lignum vn⁹ a dor
so:et alius a pectore. Et dixit eis senex. Quoniam
facti estis ad consensum in vnum:vt effundatis san
guinem innocentem crastina in momēto hac hora qꝫ
modo est:sine filijs remanebit mater vestra et pri-
uabitur aspectu vestro:et proprijs sagittis sangui-
nem vestrum inuicem effundatis. Illi aūt subsannā
tes verba eius exierūt in crastinum:vt venarentur.
Et contigit vt euaderet de rhetibus eoꝝ vnus cer-
uus et ascenderunt equos et currebant vt cōprehē
derent ceruum. Qui cū iactassent sagittas post ipsꝫ
inuicem se peremerunt et mortui sunt iuxta verbuꝫ
quod pdixerat senex. ¶ Dixit abbas pastor: q: si-
gnum monachi in temptationibus apparet. Dixit
iterū qui supra:q: isidorus psbyter in scithi allocu-
tus sit aliqū plebē fratrū dicēs. Fratres:nūquid n

ad laborandum venimus in hunc locū: ꝛ nunc video qꝛ nullus hic labor est. Ego igitur collecta plebe mea vado vbi est labor: ꝛ ibi inueniam requiē. ¶ Dicit sancta sincletice. Si in monasterio cum alijs cōuersaris nō mutes locū: lederis enī omnino si facias hoc eteni si gallina dereliquerit oua sua fota sine pullis ea exire faciet: ita monachus vel virgo frigescit: et mortificatur in fide de loco ad locū trāseundo ¶ Dixit iterum aliud qꝛ dyabolus cū per stimulos paupertatis nō nouerit diuitias adhibet ad seducēdum eum per cōtumelias ꝛ opprobria nō preualet laudes ꝛ gloriam adhibet. Si autē sanitatē corporis immittit. ꝛ eū delectationibus seducere nō pōt per molestias que contra votū eueniunt animā conatur euertere. Infirmitates enī quasdā graues immittēdo aduersus eū qui tētandus est adhibet ꝛ per eas pusillanimes faciēs monachos: cōturbat charitatē eorum quā habēt ad deum. Sed quāuis cōcidatur corpus ꝛ febrefebribus validis inflametur in super etiā si intollerabili siti affligatur: siquidem peccator qui hec sustines: recordare futuri seculi penas ꝛ eternum ignē: ꝛ indicibilia tormenta ꝛ ita nō deficies ad ea que in presenti condingūt: insuper ꝛ gaude: qꝛ visitauit te deus et ideo famosissimū illud dictū in lingua habeto: castigās castigauit me dominus ꝛ morti nō tradidit me. Si ferrum es: per adhibitum tibi ignē amittis eruginē Quod si iustus es ꝛ hec pateris de magno ad maiora promoueris. Aurum es: sed per ignem probatior eris. datus est tibi angelus sathane stimulus carnis tue: exulta: videns cui similis factus es. Pauli enim apostoli simile donum accipere meruisti. Si febribus si rigore frigoris castigaris: memor esto quod scriptura dicit. Transiuimus per ignē ꝛ aquā residuum est quod sequitur vt introducamur in refrigerium. Obtenuisti primum expecta secundum: agēs que virtutum sunt: clama verbis prophete dicentis: pauper ꝛ inops ꝛ dolens ego sum. Perfectus enim eris: per huiusmodi tribulationem trituratus. Ait enim. In tribulatione dilatasti me. In his ergo maxime exercitijs animas nostras probemus ante oculos enim habemus aduersarium nostrum. ¶ Dixit iterū: si infirmitas molesta nobis fuerit. nō cōtristemur tanquam qui pro infirmitate ac vulnere corporis nō possumus stare ad orādū: aut ad psallēdum. Hec enī nobis oīa pro destruēdis corporis desiderijs necessaria sunt: quoniam ieiunia ꝛ labores propter turpes delectatiōes nobis constituta sunt. Si ergo egritudo ista retundit superflua de his obseruādis oratio est. Sicut enī magno ꝛ forti medicamine egritudo ita egritudine corporis vitia reciduntur. Hec est magna virtus quoniam in infirmitatibus tolerātia fuerit ꝛ per gratiarumactionē mittitur ad deum. Si amittamus oculos: nō feramus grauiter: extollentie enī instrumētū amisimus: sed interioribus oculis gloriā dn̄i speculemur. Surdi si fuerimus non curemus qꝛ auditū vanū amisimus. Manus nostre ex aliqua passione debilitate sunt. sed interiores paratas habemus. Aduersus temptationes inimici: infirmitas totum corpus nostrum tenet sed interiori homini nostro sanitas crescit. ¶ Dixit iterum qui supra. Qui in seculo isto aliqua crimina cōmiserūt etiā nolētes mittuntur in carcerem et nos pro peccatis nostris redigamus nosmetipsos in custodiā: vt voluntaria mentis nostre vindicta futuras a nobis penas amoueat. Si ieiunas nō tibi inuenias occasionē dicendi: qꝛ exacerbatus egritudinem incurristi: quoniam et qui nō ieiunant: similes egritudines incurrūt. Inchoasti aliquid boni non reuoceris per impedimenta inimici quoniam ipse inimicus patientia tua destruitur. Etenim qui nauigare ceperint primo pendētes vela prosperum ventum inueniūt. postea autem si contrarius eis ventus occurrerit non mox incursu cōtrarij venti aut exonerāt. aut deserūt nauē: sed paulum sustinētes: aut pugnātes aduersus procellā iterum rectum cursum inueniunt. Ita ergo ꝛ nos contrarium spiritum incurrētes: crucem pro velo erigamus et sine periculo seculi istius nauigium explicabimus. ¶ Dicebant de (beate memorie) virgine Sara: qꝛ supra alueum fluminis sexaginta annos habitauerit: et nunquam inclinata fuit vt flumē ipsum aspiceret. ¶ Dixit abbas Ipericius: hymni spirituales sint in ore tuo ꝛ meditatio assidua subleuet pondus temptationum superuenientium tibi. Huius enim rei exemplum manifestum est. Nam sarcina alicuius oneris viator pregrauatus: flando et respirando oneris ꝛ vie paulatim laborem imminuit. ¶ Dixit iterum qui supra oportet aduersus temptationes armari. quoniam modis omnibus perueniunt: sic enī superueniētibus probati apparebimus. ¶ Dixit quidā senex. Si venerit homini temptatio: vndique ei multiplicātur temptationes vt pusillanimis fiat: ꝛ murmuret. Et narrauit senex ita. Frater quidam erat in cella: ꝛ venit super eū tēptatio ꝛ si quis eum videbat: nec eum salutare volebat: neque in cellā recipere. Et si opus habebat panem ei nemo mutuauit: ꝛ si de messe veniebat nemo eum sicut erat cōsuetudo vt reficeret inuitabat. Venit autē semel in messe per cauma ꝛ nec panes habuit in cella sua: ꝛ in oībus his gratias agebat deo: vidēs autē deus patiētiam eius abstulit bellum temptationis ab eo. Et ecce quidam statim ostium eius pulsauit: trahēs camelū onustum pane ab egypto. Quod cum vidisset frater ille cepit flere dicēs. Domine nō sum dignus vel modice tribulari. Et cum trāsisset tribulatio eius tenebant eū fratres in cellis suis: ꝛ in ecclesia ꝛ repausabant eū. ¶ Dicebat senex propterea nō promouemur qꝛ nescimus mēsuras nostras. Neque patiētiā habemus in opere quod cepimus: sed sine aliquo labore virtutē volumus possidere. ¶ Quidam frater interrogauit senem dicēs. Quid facio qꝛ cogitatio mea nō dimittit me: vel vna hora sedere in cella mea ꝛ dixit ei senex. Fili reuertere ꝛ sede in cella tua ꝛ labora manibus tuis: ꝛ ora deū incessanter: ꝛ iacta cogitatū tuū in domino et ne quis te seducat exire inde: ꝛ dicebat. Quia erat quidā adolescēs secularis habens patrē ꝛ desiderabat fieri monachus ꝛ dū multū supplicaret patri suo vt

dimitteret eũ cõuerti nõ ei acquiescebat. Post mo
dũ aũt rogatus a fidelibus amicis: pater vix acq̃e
uit. Et egressus frater ille adolescens introiuit mo
nasteriũ. Et factus monachus cepit oẽ opus mo-
nasterij ꝑfecte agere. ⁊ ieiunare quottidie. Cepit ẽt
⁊ biduanas abstinere sꝫ ⁊ aũt ⁊ semel ĩ ebdomada, re
ficere videbat autẽ abbas suꝰ ⁊ mirabaꝫ ⁊ benedice
bat dñm in abstinẽtia ⁊ labore ipsius. Contigit er-
go post aliqđ tempus ⁊ cepit frater ille supplicare
abbati suo dicens. Rogo te abba: vt dimittas me:
⁊ vadã in heremuꝫ: Dixit ei abbas Fili. Noli hoc
cogitare: quia nõ põt sufferre talẽ laborẽ ⁊ ignoras
temptationes dyaboli ⁊ versutias eius: ⁊ si cõtige
rit tibi temptatio: nõ inuenis ibi qui te cõsoleꝫ a ꝑ
turbatione inimici: que tibi illata fuerit. Ille autẽ
cepit amplius instare et rogare vt eum permitte-
ret abire. Videns autẽ abbas eius: q̃ꝛ eum retinere
non posset: facta oratione dimisit eũ. Postmodũ
autem dicit abbati suo. Rogo te abba: vt cõcedas
qui ostendat mihi viam ⁊ iter quo pergere debeam
Et ordinauit cum eo duos monachos monasterij:
⁊ abierunt cũ eo. Ambulãtibus aũt eis per heremũ
vna die ⁊ altera defecerunt pre estu ⁊ ꝓijcientes se in
terraꝫ iacebant ⁊ soporati modico somnio dormie
runt: ecce aquila venit percutiens eos alis suis pre
cessit procul ⁊ sedit in terram ⁊ euigilantes viderũt
aquilam ⁊ dixerũt ei. Ecce angelus tuus surge seq̃
re euꝫ. Et surgens ⁊ vale dicẽs fratribus sequebaꝫ
aquilã: ⁊ venit vsq̃ dũ staret. Que mox surgens vo-
lauit vsq̃ ad vnum stadium: et iterum recedit. Si
militer frater sequebatur eaꝫ: ⁊ iterũ volauit ⁊ sedit
non longe: ⁊ factũ est hoc per horas tres: post mo-
dum autem dum sequeretur eam diuertit se aquila
in dexteram partem sequẽtis se. ⁊ non comparuit.
Frater ergo ille nihilominꝰ seq̃baꝫ ⁊ respiciẽs vidit
tres arbores palmarum ⁊ fontẽ aque ⁊ speluncam
modicã ⁊ dicit ecce locꝰ quẽ mihi ꝓparauit dñs. ⁊ in-
gressus speluncaꝫ cepit in ea sedere sumens cibum
dactilorũ et de fonte aque bibens. ⁊ stetit ibidẽ sex
annos: neminẽ videns: et ecce vna die venit ad euꝫ
dyabolus in similitudine abbatis cuiusdã senioris
habens vultũ terribilẽ. Videns aũt eum frater ille
timuit et procidens in orationẽ surrexit: et dixit ei
dyabolus. Oremus iterum frater et surgẽtibꝰ eis
dixit dyabolus Quãtũ temporis habes hic Et fra
ter respondit. Habeo annos sex Dixit ei demõ Ec
ce vicinũ meũ nesciebam: et non potui cognoscere
nisi ante dies quattuor: q̃ hic habitares et cogita-
ui mecum dicens. Vadam ad hominem dei istum:
et conferam cum eo quod potest saluti esse anime
mee. Et hoc dico frater: quia nihil proficimus sedẽ
tes in cellis nostris quia corpus et sanguineꝫ chri-
sti non percipimus: et timeo ne efficiamur externi
ab eo si nos ab hoc mysterio elongauerimus. Sed
dico tibi frater. Ecce hic per tria miliaria sunt mo-
nasteria habentia presbyteros: eamꝰ illuc omni do
minico die: aut post duas ebdomadas ⁊ accipiamꝰ
corpus et sanguinẽ christi et reuertamur ad cellas

nostras. Placuit autem fratri illi suasio diabolica
et veniẽte dominico die: ecce diabolus venit ⁊ dixit
ei. Veni eamus: q̃ꝛ hora est et exeuntes perrexerũt
ad predictum monasteriuꝫ in quo presbyter erat et
ingressi ecclesiam miserũt se in orationem surgens
autem ab oratione frater ille respiciẽs non inuenit
eum quem adduxerat secum ⁊ dixit. Ubi putas per
rexit: an ad cõmunẽ necessitatẽ ambulauit. Et cum
diu sustineret ⁊ non inueniret exiẽs foras require-
bat eum: ⁊ cum nõ reperisset: dixit ad fratres loci il-
lius interrogãs eos. Ubi est abbas ille senex q̃ me-
cum ecclesiam ingressus est: ⁊ dicunt ei. Nos nemi
nem alium vidimus nisi te tantum. Tunc cognouit
frater ille q̃ꝛ demon fuisset ⁊ dixit. Videte cum qua
arguitia diabolus me eiecit de cella mea. Sed tamẽ
nõ multum inde anxior: quia ad bonum opus veni
Percipiã ergo corpus ⁊ sanguinẽ christi ⁊ sic reuer
tar ad cellã meã ⁊ post factas missas in ecclesia volẽ
ti reuerti fratre illo ad cellã suã tenuit eũ abbas mo
nasterij ipsis dicẽs. Nisi reficias nobiscum non te
dimittemus reuerti: ⁊ cũ ꝑcepisset cibũ ⁊ reuertere
tur ad cellam suã: ecce iterum diabolus venit in si-
militudinem cuiusdam iuuenis secularis ⁊ cepit eũ
respicere a summo capitis vsq̃ ad pedes ⁊ dicere.
¶ Ipse est iste an nõ est hic. Et cepit eum conside-
rare. ⁊ dixit ei frater. Quid me sic respicis? At ille ait
Puto nõ me cognoscis. Nam post tm̃ tẽpus quo-
modo habes me cognoscere. Ego enĩ sum vicinus
pr̃is tui. Filius illiꝰ. Quid aũt. Nõne est dictus pa
ter tuus sic: ⁊ mater tua tale nomẽ nõ habuit: ⁊ so-
ror tua sic nõ est dicta: ⁊ tu sic nõ vocaris ⁊ mãcipia
illa ⁊ illa sic nõ sunt dicta. Mater ꝟo tua et soror aũ
tres ãnos mortue sũt: pater ꝟo tuꝰ mõ defunctꝰ est
et te fecit heredẽ dicẽs. Cui habeo dimittere substã
tiã meã: nisi filio meo viro scõ q̃ reliq̃t seculũ ⁊ abijt
post deũ. Ipsi ergo dimittã oĩa bona mea. Modo
vadãt aliq̃ qui eũ requirãt: vt veniẽs distrahat oẽm
substantiã meã: ⁊ eroget eã pauperibus pro aĩa sua
et mea. Et preterũt multi requirẽtes te ⁊ minime
inuenerũt: ego aũt veniẽs ex occasione ꝑ causa qua
dam huc cognoui te. Unde non facias moras: sꝫ ve
ni ⁊ vnde omnia: ⁊ fac ꝫm volũtatẽ patris tui. Respõ
dens frater ille dixit. Non necesse habeo reuerti ad
seculum. Et dixit ei dyabolus. Si non veneris ⁊ pe
rierit substantia illa: in conspectu dei tu exinde red
des rationem. Quid enim tibi mali dico vt venias
et eroges ea pauperibus et egenis quemadmoduꝫ
bonus dispensator vt non a meretricibus et male
viuentibus extricetur quod pauperibus dimissum
est. Aut quid onerosum est vt venias et facias ele-
mosynam ꝫm voluntatẽ patris tui pro anima tua
et sua: ⁊ reuertaris in cellam tuã: quid multa? Sua-
dens fratrem deposuit in seculũ ⁊ veniẽs cũ eo ad
ciuitatẽ reliquit eũ. Voluit aũt frater ille igredi do
mũ pr̃is sui tãq̃ iã defuncti: ⁊ ecce ipse pater eiꝰ vi-
uus egrediebaꝫ ⁊ videns eum non cognouit et ait
ad eum. Qui es tu? Ille vero turbatus nihil potuit
rñdere et cepit eũ iterato pater eꝰ interrogare v[illegible]

esset. Tūc confusus dixit ei. Ego sum filius tuus. Et
ait ei. Ut qd reuersus es. Erubescebat aūt ei dicere
qđ verū erat sed dixit. Charitas tua fecit me reuerti
q: desiderabam te videre. Et remāsit ibi. Post ali
quātū aūt tpis incurrit in fornicationē: τ multis sup
plicijs afflictus a patre suo: infelix ipse non egit pe
nitētiā: ſʒ remāsit in seculo. Ideoq3 dico fratres: q:
monachus nūq̄ quolibet modo suasus ab aliquo
egredi de cella sua debet. ¶ Venerūt quidā in here
mū ad quēdā senē magnū τ dixerūt ei: quomodo cō
tēt9 es hic abbat sustines laborē hunc τ dixit. Tot9
labor tēporis mei quē hic sustineo nō est idone9 cō
parari ad vnū diē tormētorū q̄ peccatorib9 i futuro
seculo pparātur. ¶ Dicebat senex: q: antiqui nō ci
to migrabant de loco ad locum: nisi forte p tribus
reb9. i. si quis erat qui cōtristaret aduersus aliū τ sa
tisfaciēs ei p omnia nō potuisset eū placare aut ite
rū si cōtigisset vt a plurib9 laudaret: aut aut si in tē
ptationē fornicationis icidisset. ¶ Frater qdā dixit
abbati arsenio: qd facio abba q: affligit me cogita
tio mea dicēs. Non potes ieiunare q: τ hec merces
ē. Vidēs aūt senex diabolica semina eē dicit ei. Vade
māducat bibe τ dormi tantūmodo de cella nō exeas
q: pseuerātia celle pducit monachū in ordinē suū q̄
cū fecisset tres dies extediat9 ē: τ inueniens paucas
palmas scidit eas iterū in crastinū cepit plectā face
re ex eis qui cū esuriret dixit itra se. Esse alie pauce
sunt palmule: explico eas τ māduco. Et cū expēdis
set eas iterū dixit. Lego parū τ sic māduco. Et cū le
gisset dixit: dico aliquātos psalmos τ iā secur9 mādu
co τ ita paulatī pficiebat deo cooperāte donec veni
ret ad ordinē suū: τ cū accepisset fiduciā aduersus co
gitatiōes malas vincebat eas. ¶ Interrogat9 senex
quare frater sedēs in cella tediū pateret dixit. Q: ad
huc nō vidisti neq3 resurrectionē neq3 tormēta. Nā
si hec vidisses etiā si ita esset cella tua plena vermib9
τ vsq3 ad collū tuum mergereris in ipsis sustineres
vtiq3 τ nō extediares. Quēdā senē rogabāt fratres
vt quiesceret a graui labore. Ille aūt rūdit eis. Cre
dite mihi o filij quia abraā penitebit cū viderit sma
gna et pclara dona dei cur nō amplius fuerit in labo
ribus decertatus. ¶ Frater iterogauit senē dicēs.
Tribulationes mee nutāt τ tribulor. Et ille dixit ei.
Tu sede in cella tua: τ cogitationes iterū veniūt. Si
cut enim si asina ligata sit: τ pull9 ei9 nō stringatur:
licet currat huc atq3 illuc: semp tamē ad matrē suā
reuertitur vbicūq3 illa fuerit: ita erūt cogitationes
ei9 q̄ ppter deū tolerabiliter in cella sua resederit: q:
τ si ad modicum nutāt: ſʒ iterum reuertuntur ad eū.
¶ Senex quidā sedebat in heremo q̄ lōge habebat
aquā a cella sua vltra duodecim miliaria. Ubi dum
semel iret haurire aquā defecit τ dixit. Quid necesse
est vt hūc laborē patiar. Venio τ habito circa aquā
hanc. Et cū hoc dixisset vidit quēdam sequentem se
numerantē vestigia sua. Interrogauit aūt eum se
nex dicēs. Quis es tu? Et ille dixit. Angelus domi
ni sum: τ missus sum numerare vestigia tua τ dare ti
bi mercedē. Quod cū audisset senex: forti animo fa
ctus est τ prōptior: τ adhuc longius posuit cellā suā
ab aqua illa. ¶ Dicebāt patres. Si tibi contigerit
tēptatio in loco quo habitas non deseras locum in
tpe tēptationis q: si deserueris quocūq3 perrexeris:
ante te inuenies qđ fugiebas: ſʒ patiens esto donec
tēptatio trāseat: ne discessio tua alijs scandalū fiat
ne forte alijs qui circa locū ipm habitant tribulatio
nē ingerat discessio tua. ¶ Frater quidā erat in cō
gregatione inquiet9: τ frequēter mouebatur ad irā.
Dixit ergo ad semetipsū. Vado ego et solus alicu
bi habito τ cū nō habuero cū quo dicāt vel audiam
ero iquietus: τ quiescet a me passio ire. Egrediens
ergo manebat in spelūca sol9. Una aūt die implens
sibi fiscellā aque posuit illam in terra: cōtigit aūt
vt subito versaretur. Ille vero impleuit scdo. τ iterū
versata est: deinde tertio implens posuit eā. τ iterū
versata est. Qui cōmot9 furore tenuit vasculū illud τ
τ fregit. In se aūt reuersus cognouit q: ab eodē de
mone iracundie sit illusus. τ dixit. Ecce solus sum τ
vicit me passio hec. Reuertar ergo in cōgregationē:
q: vbiq3 labore τ patiētia opus est: τ maxime adiuto
rio dei. ¶ Frater interrogauit senē dicēs. Quid fa
cio pater: q: nihil operor monachale. ſʒ in negligētia
quadā sum māducans τ bibēs τ dormiēs: insup τ i co
gitationibus turpib9: τ multa pturbatione trāsiēs
ad ope ad op9 τ a cogitatiōe i cogitationem. Dixit
autē ei senex. Tu sede i cella tua: τ fac qđ potes sine
pturbatione: ita est enī parū illud qđmodo facis si
cut quando abbas Anthoni9 magna τ plurima in
heremo faciebat. Credo enim in deo: q: quicūq3 se
det in cella ppter nomē ei9 τ custodit conscietiā suā
inuenietur τ ipse in Anthonij loco. ¶ Interrogat9
senex: quomodo oporteat vigiliter monachū nō scā
dalizari. quando videt aliquos ad seculū reuertētes
respondit. Intueri dʒ monachus canes qui venātur
lepores. τ sicut vn9 ex eis vidēs leporē insequitur. ce
teri autē tātū modo canes vidētes currētē. aliquan
do cū ipso currūt. postea vero lassātes post se reuer
tūtur. sol9 aūt ille qui videt leporem sequitur. donec
comprehendat. nec impeditur ab intentione cursus
sui per illos qui post se reuertuntur sed neq3 de pci
pitijs neq3 de siluis neq3 de vepribus curans. sed et
spinas aliquotiens incurrens graditur τ pungitur:
τ no requiescit donec comprehendat. ita τ monach9
vel q̄ dominū nostrum iesum christum querit: cruci
indesinēter intendit: τ que occurrant scandala omnia
preterit donec ad crucifixū perueniat. ¶ Dicit senex.
Sicut arbor non potest fructificare si sepius trāsfe
ratur. sic nec monachus frequēter migrās de loco ad
locū pōt fructificare. ¶ Frater quidā dū sollicitare
tur a cogitationib9 suis vt exiret a monasterio indi
cauit hoc ipsū abbati. Abbas autē dixit. Vade in cel
la tua τ da parietibus celle tue in pignore corp9 tuū
vt non exeas inde: cogitationē autē tuā dimitte di
cens. Cogitet q̄ vult tantū ne eijcias de cella corpus
tuū. ¶ Dixit senex. Cella monachi est caminus ille
babylonis: vbi tres pueri dei filiū inuenerūt: sed et
columna nubis ex qua deus locutus est Moysi.

¶ Frater quidã nouẽ annis mansit impugnat⁹ a co
gitationibus suis: vt exiret de cõgregatione fratrũ:
ꝛ quotidie tollebat pelliculam suã in qua iacere soli
tus erat vt exiret ꝛ quando fiebat vespere: dicebat
ad semetipsum. Crastina die hinc discedã ꝛ mane di
cebat in cogitatione sua: extorquebo mihi hic stare
ꝛ hodie propter dominum. Qui cũ implesset nouem
annos de die in diẽ ita faciẽs abstulit ab eo domin⁹
omnẽ tẽptationẽ eius. ¶ Frater quidã incidẽs in
tẽptationẽ tribulãdo ꝑdidit regulam monachalẽ: ꝛ
cũ vellet iterũ obseruationi regulari dare principia
a tribulatione impediebatur ꝛ dicebat in semetipso
Quando habeo me iterũ inuenire sicut aliquando
eram ꝛ deficiẽs animo nõ ꝑualebat vel inchoare op⁹
monachi veniens autẽ ad quendam senem narrauit
ei que agebantur circa ipsum. Senex autẽ audiens
ea de quib⁹ affligebatur adhibuit ei tale exẽplũ di
cẽs. Homo quidã habuit possessionẽ ꝛ de negligẽtia
ei⁹ in sentes redacta est ꝛ repleta ẽ tribulis ꝛ spinis
Uisum est autẽ ei postea vt excoleret eã dixitq3 filio
suo. Uade ꝛ purga agrum possessionis illius: ꝛ venit
filius eius vt purgaret. Qui cũ respexisset vidit mul
titudinẽ tribulorũ ꝛ spinarũ increuisse: ꝛ deficiẽs
animo dixit in semetipso. Quãdo habeo hec omnia
eradicare ꝛ purgare. ꝛ proijciens se in terrã cepit dor
mire. Hoc autẽ fecit multis dieb⁹. Post hec venit
pater ei⁹ volẽs videre qđ fecerat: ꝛ inuenit eũ nihil
operatũ ꝛ dixit ei. Quare vsq3 modo nihil fecisti: ꝛ
dixit iuuenis ille patri suo. Mox vt veniebam opera
ri pater: cũ vidissem hanc multitudinẽ tribulorũ ꝛ spi
narũ: reuocabar ab assumptiõe laboris: ꝛ pre tribu
latione proijciebam me in terram ꝛ dormiebam. Tũc
dixit pater suus. Fili ad mẽsurã latitudinis quã ia
cẽs in terra occupas ꝑ singulos dies operare: ꝛ ita
paulatim proficiet opus tuũ ꝛ tu pusillanimis non
efficieris. Qđ cũ audisset iuuenis fecit: sic ꝛ in paruo
tẽpore purgata ẽ ꝛ exculta possessio: ꝛ tu itaq3 frater
paulatim operare ꝛ nõ deficies ꝛ de⁹ ꝑ gratiã suã
restituet te iterũ in priorem ordinẽ tuũ. Hoc audito
frater ille abijt ꝛ cũ omni patientia sedens: faciebat
sicut edoctus fuerat a sene ꝛ sic inueniẽs requiẽ pro
mouebatur ꝑ dominũ christũ. ¶ Senex quidã erat
qui frequẽter egrotabat: contigit autẽ eũ vno anno
nõ egrotare. Qui grauiter affligebatur ꝛ plorabat
dicẽs. Dereliquit me de⁹ ꝛ nõ visitauit me. ¶ Di
xit quidã senex q2 frater aliquãdo stimulabat a co
gitationib⁹ suis ꝑ annos nouẽ. ita vt metu ipso de
speraret ꝺ salute sua. et adiudicãs semetipsum dixit.
Perdidi iã animã meã: et iã q2 perijt vadã ad seculũ
qui cũ abiret facta est ei in via vox dicens. Tempta
tiones quas nouẽ annis sustinuisti: corone tue erũt
reuertere ergo in locum tuum et subleuabo te a co
gitationibus malis. Unde agnoscitur quia non est
bonum desperare se aliquẽ pro his que in cogitatio
ne eueniunt. He etenim cogitationes magis coro
nam nobis prouidã si bene eas exegerimus. ¶ Se
nex quidã erat i thebayda sedẽs in spelūca: et ha
buit quendã discipulum probatum. Cõsuetudo au
tẽ erat vt senex vespere doceret discipulum et cõmo
neret eũ: que erãt anime profutura. post admonitio
nẽ vero faciebant orationẽ: et dimittebat eũ dormi
re. Cõtigit autẽ laycos quosdã sciẽtes multã absti
nẽtiã senis venire ad eũ: et cũ cõsolat⁹ eos fuisset re
cesserũt. Post quorũ decessum sedit iterũ senex vespe
re post missas ꝺm consuetudinẽ admonens illũ fra
trẽ: et instruẽs eũ: et cũ loqueretur: grauat⁹ est som
no. Frater autẽ sustinebat donec excitaretur senex: ꝛ
faceret ei iuxta cõsuetudinẽ orationẽ. Cum ergo nõ
euigilãte illo sene diu sederet discipul⁹ cõpulsus ẽ co
gitationũ suarum molestijs vt recederet ꝛ dormiret.
Qui extorquens sibi restitit cogitationi et resedit.
Iterum autẽ cõpellabatur somno et non abijt. Si
militer factum est vsq3 septies: restitit animo suo.
Post hec iã media nocte transacta euigilauit senex
ꝛ inuenit eũ assidẽtem sibi ꝛ dixit ei. Usq3 modo nõ
discessisti: ꝛ ille ait non. quia nõ dimiseras me pater
ꝛ dixit ei senex: ꝛ quare me non excitasti: ꝛ ille respõ
dit nõ te presumpsi pulsare: ne te cõtribularẽ. Sur
gẽtes autẽ ceperũt facere matutinos: ꝛ post matuti
norũ finẽ dimisit senex discipulum. Qui cũ sederet
solus fact⁹ est in excessus mẽtis ꝛ ecce quidã ostẽde
bat locum gloriosum ꝛ sedẽ in eo: ꝛ super sedẽ septẽ
coronas. Interrogabat autẽ illũ qui ei hec ostende
bat dicens. Cuius sunt he corone. Et ille dixit.
Discipuli tui ꝛ locum quidẽ et sedẽ pro conuersatio
ne sua donauit ei deus: has autẽ septẽ coronas nocte
ista promeruit. Hec audiens senex miratus est et tre
mefactus vocauit discipulum. et dixit ei. Dic mihi
quid feceris nocte hac. Et ille dixit ignosce mihi
pater q2 nihil feci. Senex autẽ existimãs q2 humiliã
do se nõ cõfiteretur: dixit ei. Crede nõ quiesco nisi di
xeris mihi qđ fecisti. vel qđ cogitasti nocte hac. Fra
ter autẽ nihil sibi cõsci⁹ qđ egisset nõ inueniebat qđ
diceret. dicebat ei. Ignosce mihi pater: q2 nihil fe
ci nisi tantũ hoc: q cõpulsus sum motu cogitationum
mearũ vt discederẽ ꝛ dormirẽ septies: sed q2 a te dimis
sus secundum consuetudinem non fueram: non recessi.
Audiens hoc senex statim intellexit quia quotiẽs co
gitationi sue restitit: totiens coronabatur a deo. Et
fratri quidem nihil horum dixit causa vtilitatis eius
sed alijs narrauit hec spiritalibus patribus: vt di
scamus quia pro paruis cogitationibus deus no
bis coronam tribuit. Bonum ergo est. vt extorque
at sibiipsi homo in omni re propter deum. Etenim
sicut scriptum est: regnum celorũ vim patitur: et vio
lenti diripiunt illud. ¶ Egrotauit aliquando se
nex quidẽ qui solitarius habitabat. ꝛ q2 nõ habebat
q ei seruiret: surgebat ꝛ quodcunq3 inuenisset in cella
sua manducabat: ꝛ cum ꝑ aliquot dies ita faceret: ne
mo veniebat ad visitationẽ eius. Transactis ꝟo tri
ginta diebus ꝛ nullo veniente ad eum misit domin⁹
angelum suum qui ministraret ei. Et cũ sic fieret ꝑ
septẽ dies recordati sunt fratres ꝛ dixerunt: eamus
ꝛ videamus ne forte infirmetur ille senex. Cum er
go venissent et pulsassent discessit angelus ab eo
Senex de intro clamauit: discedite hinc fratres

Illi aũt leuãtes a cardine ostium intrauerunt:⁊ in-
terrogauerũt eum quare clamauerit:⁊ ille dixit:q:
triginta dies habui laborãs in infirmitate ⁊ nemo
visitauit me:⁊ ecce iam septẽ dies sunt q dñs ange
lũ suum misit vt ministraret mihi qui cum venisset
recessit a me. Et hec dicens dormiuit in pace. Fra-
tres aũt mirati sunt. ⁊ glorificarũt deuz: dicẽtes: q:
non derelinquet dominus sperantes in se. ¶ Di-
xit quidã senex: si te occupauerit infirmitas corpo
ris: noli pusillanimis fieri: q: si te dñs de⁹ vult cor-
pore debilẽ fieri. qs es q̃ sic moleste suscipias. Nõ-
ne ipse p te cogitat de omnibus. Nunquid sine ip
so viuis. Patienter ergo fer. ⁊ roga eũ vt donet ti
bi que expediant hoc est vt qd voluntas ipsius est
facias ⁊ sede cum patientia manducans qd habes
in charitate. ¶ Narrauit quidã patrum dicens q:
cum essent in oxirinco: venerunt ibi pauperes vespe
sabbati: vt acciperẽt agapen ⁊ dormientib⁹ eis erat
ibi quidã habens tãtũmodo mattã cuius medieta
tẽ sibi subtermittebat: ⁊ medietate cooperiebatur
Erat aũt ibi validum frigus ⁊ cũ exisset ad vrinam
audiui eũ murmurantem ⁊ gementem pre frigore:
⁊ cõsolabatur seipsum dicẽs. Gratias tibi ago do-
mine. quãti sunt modo in custodia diuites: qui etiã
in ferro sedent atq pedes habent in ligno constri-
ctos qui vrinã suã bibere faciunt: ego aũt velut im-
perator sum: extẽdens pedes meos: ⁊ vbi volo am-
bulo: hec illo dicente ego stabã audiẽs verba eius.
Ingrediẽs aũt narraui ea fratribus: ⁊ audientes
multi edificati sunt. ¶ Frater interrogauit senem
dicens. Si fuero in aliquo loco ⁊ nata mihi fuerit
tribulatio ⁊ nõ habuero cui mecõmittã. ⁊ iudicem
illi passionem animi mei: quid faciã. Dixit ei senex.
crede i deũ q: ipse mittet angelũ ⁊ grãz suã: ⁊ ipse ti
bi est cõsolatio si in charitate rogaueris eum. Et
addidit dicẽs. Audiui enĩ q: in sithi tale aliqd factũ
est. erat ibi quidã qui sustinebat tẽptationes: ⁊ nõ
habẽs fiduciã in aliquo cui confiteretur: parabat a
sero melotã suam vt discederet: ⁊ ecce noctu appa-
ruit ei gratia dei in specie virginis: ⁊ rogabat eum
dicẽs. Nunq̃ vadas sed sede hic mecum: nihil enĩ ex
his male fit que audisti. Qui credens verbis eius
sedit: ⁊ statim sanatum est cor eius.

¶ Finit liber de patientia siue fortitudine.

¶ Incipit liber q p ostẽtationẽ nihil fieri debẽat.



Aduiuit aliquãdo abbas antho
nius de quodaz iuuene mona-
cho q: signũ quoddã hmõi fece
rit i via cũ vidisset quosdã senes
iter agentes: ⁊ laborãtes in am
bulãdo: iussit onagris vt venirẽt
⁊ portatẽt eos donec venirent
ad se. Illi aũt senes indicãtes
hoc abbati Anthonio dixit abbas anthoni⁹ videt
mihi monachus iste similis esse naui onerate om-
nibus bonis: de qua incertum est vtrum peruenire
possit ad portum. Et post aliquantum temporis
subito cepit abbas Anthonius flere et trahere sibi
capillos ⁊ lugere. Qd cũ vidissent discipuli ei⁹ dicũt
ei. Quid ploras abba: ⁊ respõdit senex. Magna co-
lumna ecclesie cecidit modo. Dicebat aũt de mona
cho illo iuuene: ⁊ adiecit. Venite ⁊ ambulate ad euz
⁊ videte qd factum est. Perrexerunt igit discipuli
eius ⁊ inuenerũt monachum illum sup mattam se-
dentem ⁊ flẽtẽ peccatũ qd fecerat. Vidẽs aũt disci
pulos senis dicit eis. Dicite seni. vt obsecret deũ de
cem tãtum dierũ dare mihi inducias: ⁊ spero me sa
tisfacturũ sibi. Qui tñ infra quinq dies mortu⁹ est.
¶ Laudatus est qdã a monachis frater apd abba-
tem Anthoniũ. Ille aũt cum venisset ad eum tem-
ptauit si portaret iniuriã. Et cũ cognouisset q: non
posset ferre dicit ei. Similis es domui q̃ a facie qui
dam ornata est de retro vero a latronibus expolia-
ta. ¶ Dicebãt de abbate arsenio ⁊ de abbate Theo
doro de firme: q̃ sup oia humanã gloriã odio habe-
rent. Abbas ergo Arsenius nõ cito occurebat alicui
abbas vero Theodorus occurrebat quidam: sed ve-
lut gladius. ¶ Eulogius quidã nomine discipulus
fuit Iohãnis archiepi. q̃ eulogius presbyter erat et
abstinẽs atq ieiunans biduanas leuãdo: aliqñ etiã
⁊ vsq ab hebdomadã trahebat ieiuniũ. panẽ tãtum
modo comedẽs ⁊ sal: ⁊ p hoc laudabatur ab hoib⁹
Qui venit ad abbatẽ Ioseph: in loco q̃ vocatur pa
neso credens se aliquã duriorẽ cõtinẽtiam inuenire
apud eum: et suscipiẽs eum senex cũ gaudio: qd ha
buit fecit ei pro charitate parari dixerũt autem di-
scipuli Eulogij. Non comedit presbyter nisi panem
et sal. Abbas aũt Ioseph cautus mãducabat. Qui
cum fecissent tres dies nõ audierũt eos aut psallen
tes aut orãtes. Occultum enĩ erat opus eorũ: ⁊ exie
runt nihil edificati. Deo aũt dispensante facta est
caligo: ⁊ errãtes in via reuersi sunt ad senẽ ⁊ priusq̃
pulsarent ostiũ audierũt eos psallẽtes. Et cum an-
te ostium expectassent diu audita voce psallentium
postea pulsauerũt. Et suscepit eos iterũ senex gau-
dens. Hi aũt q̃ cum Eulogio erãt ppter cauma tu
lerunt sariscula: ⁊ dederũt ei vt biberet: erat autem
pmixta de mari ⁊ flumine ⁊ nõ potuit bibere: qui cũ
hec in aio suo cogitaret: cepit rogare senẽ vt dice-
ret institutũ ei⁹ dicẽs. Quid est hoc abba q a princi
pio nõ psallebatis: sed nũc cepistis postq̃ nos sum⁹
egressi: ⁊ q: aquã volui biberet inueni eã salsam. Di
xit ei senex. Frater aliquis motus est: ⁊ p errorẽ mi
scuit aquã marinã. Eulogi⁹ vo rogauit senẽ: volẽs
agnoscere veritatẽ: ⁊ dixit ei senex. Paruus iste ca-
lix pro vino est qd charitas puidet: hec aũt aqua est
quã fratres assidue bibunt. Et in his verbis docuit
eum habere discretionẽ cogitationũ ⁊ abscidit ab
eo oẽm humanitus mouẽtiã mẽtis ei⁹: ⁊ factus est
cõis: mãducãs de cetero oia q̃ apposita sunt ei. Di
dicit etiã ipe in secreto opari et dixit seni. p certo in
charitate sunt opera tua. ¶ Dixit abbas zenon di
scipulus abbatis Siluani. Nũq̃ maneas i loco no-
minato: neq sedeas cũ hoie habẽte magnũ nomen
neq mittas fundamẽtũ vt edifices tibi cellã aliquã

do. ¶ Venit aliqñ frater quidã ad abbatez Theo-
dorum de firme: ⁊ fecit tres dies rogãs eũ vt audi-
ret ab eo sermonem. Ille autem non respondit ei:
egressus est tristis. Dixit ergo discipul⁹ suus. Ab
ba quare ei nõ est locutus? Ecce egressus est tristis
Et dixit ei senex. Crede mihi: ꝓptera non dicebã ei
sermonẽ. q: negociator est: ⁊ in alienis verbis vult
gloriari. ¶ Ali⁹ frater interrogauit eũdem senem:
videlz abbatẽ Theodorz: ⁊ cepit loqui ⁊ exquirere
de reb⁹: q̃ needuz fuerat operatus. Et dixit ei senex:
Adhuc tibi nec nauẽ inuenisti: nec vasa tua in ea po
suisti: nec nauigare cepisti: ⁊ iam in illã ciuitatez vbi
disponebas ꝑuenisti? Cũ ergo pri⁹ operatus fueris
rem de qua loqueris: tũc ex ipsa re loquere. ¶ Di
xit abbas Cassianus. Quod venit frater quidã ad
abbatẽ Serapionẽ: ⁊ hortabaẽ eũ senex: vt ꝓ̃morẽ
orationẽ faceret. Ille aũt dicens se peccãtorem: ⁊ ipso
habitu monachi indignuz: nõ acquiescebat: Voluit
aũt etiam pedes eius lauare: ⁊ hisdẽ verbis iterum
vsus nullatenus acquieuit. Fecit aũt illuz gustare
⁊ cepit senex in charitate monere eũ dicẽs. Fili si
vis ꝓficere ꝑmane in cella tua: ⁊ attẽde tibiipsi: et
operi manuũ tuarum: nõ eñ tãtum procedere ex-
pedit: quãtũ sedere. Ille autẽ hec audiens exacer-
bat⁹ est: ⁊ vultũ mutauit: ita vt nec latere posset senẽ
Dixit ergo ei abbas Serapion. Vsq3 mõ dicebas
peccatorẽ sum ⁊ accusabas teipsum tãq̃ indignũ iaz
viuere: ⁊ nunc quia te cũ charitate admonui: ita exa
cerbari debuisti. Si eñ vis reuera humilis eẽ: que
tibi ab alio imponunẽ. Disce portare viriliter: et
nõ odiosa v̾ba effundere tibiipsi in malũ. Hec audi
ens frater penitẽtiaz gessit corã sene: ⁊ multũ ꝓfici
ens discessit. ¶ Audiuit aliqñ iudex prouincie de
abbate Moyse: ⁊ prexit in scithi vt videret eũ. Et
nũciauerunt quidã seni de aduentu iudicis: ⁊ surre
xit vt fugeret in paludẽ. Et occurrit ei ille iudex cũ
suis: ⁊ interrogauit eũ dicens. Dic nobis senex vbi
est cella abbatis Moysi ⁊ dixit eis q̇d vultis eũ q̃re
re. Homo fatuus est ⁊ hereticus et veniens iudex
ad ecclesiam dixit clericis. Ego audiẽs de abbate
Moyse. veni vt viderem eum ⁊ ecce occurrit nobis
senex ꝑgens in egyptum: ⁊ interrogauimus euz vbi
esset cella abbatis Moysi: ⁊ dixit nobis Quid euz
queritis: factuus est ⁊ hereticus. Audiẽtes aũt cle-
rici cõtristati sunt dicẽtes. Qualis erat senex ille:
qui hec de fatuo homine locutus est ad vos. At illi
dixerunt. Senex vestimento vetustissimo vtẽs: lon-
gus: ⁊ niger. Et illi dixerũt. Ipse ẽ abbas Moy-
ses: ⁊ quia noluit videri a vobis: ideo vobis hoc de
se dixit. Et multũ edificatus iudex discessit. ¶ Fra
ter interrogauit abbatẽ Matoen dicẽs. Si habite-
ra manere in aliquo loco: quomõ vis vt agam ibi?
Dixit ei senex. Si habitaueris in loco: ne velis tibi
illic nomẽ facere de aliqua redicẽdo: aut nõ venio
in cõuentu fratruz aut nõ mãducabo hoc vel illud
Hec eñ nomẽ vanum tibi faciunt: postea importuni
tatẽ patieris: qm̃ hoies vbi hec audierint ibi currẽt
¶ Abbas nesteron maior ambulabat in heremo

cum aliquo fratre: ⁊ vidẽtes draconẽ: fugerũt. Et di
xit frater: ⁊ tu times pater. Et respõdit senex non
timeo fili: sed expedit q: draconẽ videns fugi quoni
am nõ habui effugere spiritũ vane glorie. ¶ Venit
aliqñ iudex prouincie videre abbatẽ Pastorem: ⁊
nõ acquiescebat senex. Iudex aũt tenuit filium so-
roris eius velut malefactorẽ ⁊ redegit eũ in carcerez
dicẽs. Si venerit senex rogauerit ꝓ eo dimittam
eum: ⁊ venit mater pueri ad fratrẽ suum abbatem
Pastorẽ: ⁊ cepit plorare ad ostium eius. Ille aũt
omnino non dedit ei responsum. Illa autem com-
pulsa dolore. increpabat eum dicẽs. Et si viscera
ferrea habes: ⁊ nulla te compassio mouet flectat te
saltẽ miseratio sanguinis tui. Ille v̾o mãdauit ei.
Pastor filios nõ genuit: ideo nõ dolet audiẽs aũt
hec iudex promisit dicẽs. Vel v̾bo iubeat: ⁊ ego eũ
dimittam. Senex aũt remãdauit dicens. Examina
causam ꝫm legẽ: ⁊ si dignus est morte: moriatur: si
aũt nõ est fac quomõ vis. Dixit iterũ abbas Pa-
stor doce cor tuũ seruare qõ doceat alios lĩgua tua
Dixit iterũ. Quia homines ad loquendum perfecti
videri volũt ⁊ in operãdo id quod loquũtur mino-
res sunt. ¶ Venit aliquãdo abbas Adelfius q̇ fuit
ep̃s Nykopoleos ad abbatem sysoy in montem.
Discessurus v̾o erat: ⁊ fecit eũ gustare a mane. erat
autem ieiunium: et cum ponerent mensam ecce fra-
tres pulsauerunt. Dixit autem senex discipulo suo
Da ei modicas pultes q: de labore sunt fatigati.
Et dixit ei abbas Adelfius. Dimitte interim ne di
cant abbas sysoys a mane comedit. et intẽdit eum
senex ⁊ dixit fratri. vade tu ⁊ da eis. Cũ ergo vidis-
sent pultes: dixerunt ne peregrinos aliquos habe-
tis? putas ⁊ senex vobiscum comedit? Et dixit fra-
ter. Etiã Ceperunt ergo contristari ⁊ dicere. Igno
scat vobis deus q: senem ista hora permisistis mã-
ducare. An nescitis: q: plurimos dies laboratus nõ
est. Audiens hec ep̃s cepit coram sene penitentiam
agere dicens. Ignosce mihi abba. q: ego quidez hu
manum aliquid cogitaui: tu autem qõ dei est fecisti
et dixit ei abbas sysoys nisi deus glorificauerit ho
minem: gloria hominum nunq̃ stat. ¶ Interroga-
bat abbas Ammonas de loco qui dicitur Raythu
abbatez Sysoy dicens. Quãdo lego scripturas tũc
vult cogitatio mea ornare sermonem: vt parat⁹ sim
ad interrogata respondere. ⁊ dixit ei senex. Non est
opus: sed magis de puritate mentis prouide tibi
securitatem et dicendi sermonem. ¶ Venit aliquã
do iudex ꝓuincie videre abbatẽ symeonẽ: ⁊ ille tulit
loꝝ quo cingebaẽ: ⁊ ascẽdit in arborẽ palme: vt pur
garet eam: illi autem venientes: dixerunt ei. Vbi est
senex: q̇ hic in solitudine habitat. Et ille respondit.
Non est hic solitarius aliquis ⁊ cum hoc dixisset iu
dex discessit. ¶ Alia iterum vice alter iudex venit vi
dere eum: ⁊ precedentes clerici dixerunt. Abbas pa
ratus esto: q: iudex audiens de te venit vt bñdicaẽ
a te: et ille dixit. etiam ego preparabo me ⁊ coope-
riens se sacco et tollens in manu sua panez et caseũ
sedit in egressu celle sue et cepit mãducare. venit ex

go iudex cum officio ſuo:et videntes eum ſpreuerūt
eum dicētes. Hic eſt monachus ſolitari⁹ de quo ta
lia audiebamus. Et ſtatim diſceſſerūt ⁊ reuerſi ſunt
ad ſe. ¶ Dixit ſancta ſyncletice. Sicut theſaurus
manifeſtus cito expēdit̄:ita ⁊ virtus quelibet cū in-
notuerit vł publicata fuerit:exterminabitur. Sicut
ergo cera exſoluitur a facie ignis:ita ⁊ aīa laudibus
inanit̄ ⁊ amittit virtutis rigorē ſeu fulgorē. ¶ Di-
xit iterum. Sicut impoſſibile eſt vno eodēq; tempo
re ⁊ herbā eſſe et ſemē:ita impoſſibile eſt vt ſecularē
gloriā habētes celeſtem faciāt fructū. Aliquādo in
celis feſtiuitate celebrata: edebāt fratres in eccleſia
erat aūt ibi frater quidā q̄ dixit miniſtris:ego non
māduco coctum aliqđ:ſed tātum ſal.⁊ vocauit mini
ſter aliū fratrē corā multitudine dicens. Ille frater
nō comedit coctum affer ei ſal. Tunc ſurrexit quidā
ſenū ⁊ dixit ei. Expedierat tibi hodie in cella tua po
tius comedere carnes:ꝙ audiri hanc vocē corā tan
tis fratrib⁹. ¶ Frater quidā abſtinēs a cibis:⁊ nō
māducās panē venit ad quēdā ſenē. Oportune au-
tem illic etiā alij ſuperuenerant peregrini:⁊ fecit ſenex
modicū pulmētum ꝓpter eos:⁊ cū ſediſſent mādu-
care frater ille abſtinēs poſuit ſibi ſollicite infuſum
et māducabat. Et cū ſurrexiſſent a mēſa tulit eum
ſenex ſecrete:⁊ dixit ei. Frater ſi venis ad aliquem
nō oſtēdas illi cōuerſationē tuā. Si aūt cōuerſatio
nem tuā tenere vis:ſede in cella tua et nuſꝙ̄ exeas.
Ille autem acquieſcens verbis ſenis:factus eſt cōis
vite in eo quocūq; apud fratres inueniſſet. ¶ Di-
xit quidā ſenex:humana ꝓuidētia oēm pinguedinē
hoīs āputat:⁊ reddit eū ſiccū. Dixit ſenex. Aut fu-
giēs fuge hoīes:aut irridēs mūdū ⁊ hoīes q̄ in mū
do ſunt ſtultū temetipſum in pluribus facito.

¶ Finit liber de eo ꝙ per oſtenta
tionem nihil fieri debeat.

¶ Incipit liber de eo ꝙ nō opꝫ iudicare quēq;.



Ontigit aliquī fratri in cōgrega-
tione abbatis Helye tēptatio:⁊
expulſus inde abijt in montē ad
abbatē Anthoniū:et cū māſiſſet
aliquāto tēpore apud eum remi
ſit eū in cōgregationē vnde exie
rat. Illi aūt vidētes eū iterū ex-
pulerūt. Qui ſimiliter perexit ad
abbatē Anthoniū dicēs. Noluerunt me ſuſcipere
pater miſit ergo ſenex ad eos dicēs. Nauis naufra
gium ꝑtulit in pelago:⁊ ꝑdidit onus qđ portabat:
cum laborare vacua nauis ꝑducta eſt ad terrā. Uos
ergo liberatā nauim in terra vultis ſubmergere? Il
li autē cognoſcētes:ꝙ abbas Anthonius eū remi-
ſiſſet:ſtatim receperūt eū. Quidā frater peccauerat
et iuſſit eū preſbyter exire de eccleſia. Surrexit aūt
abbas Byſarion:⁊ exiuit cū eo dicēs:⁊ ego pecca-
tor ſum. ¶ Uenit abbas Iſaac de thebaida in con
gregatione fratrū:⁊ vidit quēdā culpabilē de fratri
bus ⁊ adiudicauit eū. Cum aūt exiſſet ad heremum
venit āglus dn̄i et ſtetit ante oſtiū celle ei⁹ dicēs:nō
te dimitto intrare. Ille autē rogauit dicēs. Que eſt
cauſa? Et reſpondit angelus dn̄i dicēs. Deus me
miſit vt dicerem tibi vbi iubes:vt mittā fratrē illū
culpabilem:quē adduxiſti. Et ſtatim abbas Iſaac
penitētiā egit dicēs:peccaui ignoſce mihi:et dixit ei
angelus. Surge ignoſcit tibi deus. Sed cuſtodi de
cetero ne adiudices quēq; priuſꝙ̄ deus adiudicet eū
¶ Frater quidā aliquī in ſcithi inuētus eſt culpabilis
et fecerunt ſeniores cōuentum ⁊ miſerunt ad abba-
tem Moyſen vt veniret. Ille aūt noluit venire. Mi
ſit aūt ad eum preſbyter dicens. Ueni quia plebs fra-
trum te expectat:⁊ ille ſurgēs venit. Tollens autem
ſecum ſportā vetuſtiſſimā:impleuit eā harena ⁊ por
tauit. Illi aūt exierūt obuiā ei dicentes. Quid hoc
eſt pater. Dixit aūt eis. Peccata mea ſunt poſt me
currentia:et non video ea:⁊ veni ego hodie aliena
iudicare peccata. Illi aūt audiētes nihil locuti ſunt
fratri.ſed ignorauerūt ei. Interrogauit abbas Io
ſeph abbatē paſtorē dicēs: dic mihi ab quō mona-
chus fiam. Et dixit ei ſenex. Si vis requiē inuenire
in hoc ſeculo ⁊ in futuro:in omni cauſa dic q̇s ſum
ego ⁊ ne iudices quēq;. ¶ Frater quidā interroga
uit eum iterū dicēs. Si videro culpā fratris mei:bo
num eſt celare eū. Et dixit ei ſenex quacūq; hora te-
gimus culpā fratris nr̄i:teget etiā deus noſtram ⁊
quacūq; hora prodiderimus culpas fratrū:⁊ de⁹ ſi-
militer noſtras ꝓdet. ¶ Offendit aliquī frater in cō
gregatione. Erat aūt in ipſis locis ſolitarius qui-
dā:q iā longo tpe foras nō exibat. Veniēs aūt ab-
bas de cōgregatione illa ad eū indicauit ei de fra-
tre illo qui offenderat ⁊ ille dixit. Expellite eū. Ex-
pulſus aūt frater de cōgregatione:miſit ſe in foſſa
tum ⁊ flebat ibi. Cōtigit aūt vt alij fratres euntes ad
abbatē paſtorē.audirēt eū in foſſato plorātem:qui
deſcēdētes ad eū inuenerūt eū in magno dolore cō
ſtitutum:⁊ rogauerūt eū vt iret ad ſenē illū ſolita-
rium:⁊ nō acquieuit dicēs:in loco hoc moriar ego.
Venientes aūt fratres ad abbatem paſtorē narraue
runt ei de eo ⁊ rogauit eos vt irēt ad eū dicētes. Ab
bas paſtor vocat te ad ſe:qđ cū dixiſſent:perrexit
ad eū ⁊ vidēs eū ſenex afflictū ſurrexit et oſculatus
eſt eum ⁊ gaudens ei:rogabat vt ſumeret cibū. Mi
ſit aūt abbas paſtor vnū de fratribus ſuis ad illum
ſolitariū dicēs. Audiēs de te multi anni ſunt ꝙ te vi
dere deſidero ⁊ ꝑ pigritia nr̄a amborū nō potuim⁹
nos inuicē videre. Modo eī deo volēte:⁊ occaſio
ne facta:fatiga te vſq; huc vt nos mutuo videre poſ
ſumus:erat eīm nō egrediēs de cella ſua:q̇ cū audiſ-
ſet dicebat. Niſi deus inſpiraſſet ſeni illi de me:non
miſiſſet ad me:⁊ ſurgēs venit ad eū:⁊ ſalutātes ſe in
uicem cū gaudio ſederūt. Dixit aūt ei abbas paſtor
duo hoīes erāt in loco vno:⁊ ambo habebāt mor-
tuos ſuos. Reliquit aūt vn⁹ mortuū ſuū:⁊ abijt plo
rare mortuū alteri⁹. Audiēs aūt ſenex cōpūctus in
ſermone eius recordat⁹ eſt qđ fecerat:⁊ dixit ei. Pa
ſtor ſurſum in celo ego autē deorſum in terra. ¶ Fra

ter quidam interrogauit abbatem pastorem dicens Quid facio q: pusillanimis fio dum sedeo in cella? Dixit ei senex. Nullum spernas neq; condenes:et nulli obloquaris:et deus prestabit tibi requiem et erit sessio tua sine perturbatione. ¶ Factus est aliquando conuentus in scithia:et loquebatur fratres de quodam fratre culpabili. Abbas aut pyor tacebat. Postea autem surgens egressus est:et tolles saccu impleuit illum harena:et portauit in humeris suis:et mittens in sportella modicu quid de eade harena:portabat etia in ante. Interrogatus aut a patribus qd h esset respondit. Saccus iste q multa harena h3.mea peccata sunt.et qm multa sunt posui ea supra dorsum meu ne doleam p ipsis et plorem. Ista aut harena modica peccata sunt istius fratris.et sunt ante faciem mea:et in ipsis exerceor:iudicas fratre meu. Quod no op3 ita fieri:sed magis mea peccata ante me esse et de ipsis cogitare:et rogare deu vt ignoscat mihi. Audietes aut patres dixerut. Uere hec est via salutis. ¶ Dixit senex. Non iudices fornicatorem si tu castus es:qm siliter legem preuaricaris. Et eni q dixit no fornicaberis:dixit:no iudices. ¶ Ad quenda solitarium venit presbyter cuiusda basilice:vt cosecraret et oblatione ad comicandum. Ueniens aut quidam ad illum solitariu:accusauit apud ipsum eundem presbyterum. Qui cu ex cosuetudine iterum venisset ad eu vt cosecraret oblatione scadalisatus ille solitarius no aperuit ei. Presbyter hoc viso discessit. Et ecce vox facta est ad solarium dicens. Tulerunt sibi homines iudiciu meu. Et factus est velut i excessu mentis:et videbat quasi puteu aureu:et aqua bona3 valde.videbat aut et queda leprosu3 haurietem et refundentem in vas et cupiebat bibere et no bibebat:propterea qd leprosus esset ille q hauriebat. et ecce iterum vox facta est ad eu dices. Cur no bibis ex aqua hac Qua cam h3 qui implet. Haurit eni solumodo et refundit in vas:et no inquinatur ab eo aqua. In se autem reuersus solitarius:et cosideras virtute visionis:vocauit presbyterum et fecit eu sicut et prius sanctificare sibi oblatione. ¶ Fuerunt duo fratres magne vite in cogregatione et meruerunt singuli videre gratia dei in alterutro. Factum est aut: vt aliqn vnus ex eis egrederetur in sexta feria extra cogregationem:et videret queda maducate mane dixit ei. Hac hora maducas in sexta feria. Die autem sequenti facta est celebratio missarum sm cosuetudinem. Intuens aut frater eius vidit gratia que ei data fuerat discessisse ab eo:et cotristatus est. Qui cum venisset in cella dixit ei. Quid fecisti frater:q: no video sicut pridem gratia dei in te. Ille aut respodes dixit ego neq; in actu neq; in cogitationibus mihi cosci9 sum alicuius mali. Dixit ei frater eius. Ne aliquod verbu aut sermone ociosu locutus es.et recordat9 dixit. Etia. Hesterna eni die vidi queda manducate et dixit ei. Hac hora manducas in sexta feria.hoc est peccatum meu: sed labora mecum duas hebdomadas:et rogemus deum vt mihi indulgeat:et fecerunt ita:et post duas hebdomadas vidit frater gratiam dei iterum veniete sup fratre illum et cosolati sunt: de q solus bonus sit gratias referentes.

¶ Explicit liber de eo q no op3 iudicare quenq;.

¶ Incipit liber de discretione.



Dixit abbas Anthonius. Quia sunt quida conterentes corpa sua in abstinetia et q: no habet discretione:longe facti sunt a deo. Fratres quida venerunt ad abbate3 Anthoniu:et nuciauerut ei fantasias quas viderent vt cognosceret ab eo vtrum vera essent an a demonibus illuderetur. Habebat aute asinum secum et mortuus est eis in via. Cum ergo venissent ad senem:preuenit eos dices. Quomodo mortu9 est asinus ille in via. Dicunt ei.vnde scis pater. Et ille dixit. Demones mihi ostederunt. Dicunt ei et nos propterea venimus interrogare te:q: vidimus fantasias:et plerinq; fiunt in veritate:ne forte errem9. Et satisfecit eis senex sumpto exeplo de asino:ostedes q: a demonibus fiunt ista. Supuenit aut quida venatione facies in silua agrestium aialium:et viderat abbatem Anthoniu gaudete cum fratrib9 et displicuerat ei. Voles aute senex ostedere q: op3 aliqn codescedere fratrib9 dixit ei. Pone sagitta in arcu tuo et trahe et fecit sic. Et dixit ei. Iteru trahe:et traxit Et rursus dixit. Trahe adhuc. Dixit ei venator. Si supra modu traxero:frangit arcus. Dixit ei abbas. Anthoni9. Ita est et in opere dei:si plus a mesura tedim9 fratres cito deficiut. Expedit ergo in vna et eadem relaxare rigore eor. Hec audies venator copunctus est:et multum pficies in sermone senis discessit et fratres cofirmati reuersi sunt ad locu suu. ¶ Frater qda dixit abbati Anthonio. Ora p me.et. rndit ei senex. Nec ego tui misereor:nec deus nisi tu p te ipso sollicitus fueris et poposceris a deo. Dixit iterum abbas Anthoni9. Quia no pmittit de9 bella excitari in generatioe hac:qm scit q: isirmi sunt:et portare no possunt. ¶ Dixit aliqn abbas euagri9 abbati arsenio. Quo nos ex tata eruditioe et scientia nullas virtutes habemus. Hi aut rustici in egypto couersantes tatas virtutes possidet. Respodit ei abbas arseni9. Nos q: mudane eruditiois disciplinis intenti sumus nihil habem9. Hi aut rustici egypti ex pprijs laborib9 acqsierut virtutes. ¶ Dicebat (beate memorie)beatus arseni9. Peregrin9 monachus in aliena puincia habitas nullis reb9 se medium faciat:et quiet9 erit. ¶ Interrogauit abbas marcus abbate arsenium dices. Bonu est no hre aliqua in cella cosolatione. Uidi eni queda fratre habete paruum olus in cella et eradicabat illud. Et dixit abbas arseni9. Bonu qde est:sed sm exercitatione hominis cuiusq; agedu est. Et eni si no habuerit virtute h9oi tollerare iteru plaaturus e ea. ¶ Narrauit abbas petr9 q fuit discipul9 abbat3 Loth dices. Era aliqn i cella abbat3 agathois et venit qda frater ad eu dices. Volo habitare cu fratrib9:et dic mihi quo habite cu eis. Dixit ei abbas. Sicut in prim-

die qñ ingressus fueris ad eos:ita custodi peregri-
natione͂ tuā oībus diebus vite tue nec assumas fi-
duciā. Dixit ei abbas macharius. Quid eñi fiducia
facit? Dixit ei senex. Sic est sicut estus grādis qui
qñ exarserit oēs fugiūt a facie eiꝰ:q2 eiꝰ etiā arbo-
rum fructꝰ corrūpit. Dixit eis abbas macharius.
Sic mala est fiducia. Rñdit abbas agathon. Nō est
peior altera passio ꝙ fiducia:genitrix eñi est omniū
passionū. Conuenit ergo operario monacho nō su-
mere fiduciā vel si solus in cella sit. Dicebat abbas
daniel. Quia cū morituꝛꝰ esset abbas arsenius dele
gauit nobis dicēs. Videte ne velitis ꝑ me agapem
facere:qm̄ si feci ego pro meipso:id inuenio. ¶ Di
cebāt de abbate agathone q2 abierūt quidā ad eū
audiētes:q2 magne discretionis vir esset:⁊ volētes
eū ꝓbare si irasceret dicūt ei. Tu es abbas agathon
Audiuimus de te q2 fornicator es ⁊ superbꝰ. Et ille
rñdit. Etiā sic est. Et dicūt ei. Tu es agathon ver-
bosus ⁊ detractor. Et rñdit:ego sum. Dicūt ei iterū
Tu es agathon hereticus Et rñdit. Non sum here
ticus. Et interrogauerunt eū dicētes. Dic nobis
cur tātas dicētibus nobis iniurias tu patiēter tuli
sti. Hūc aūt sermonē q2 diximus hereticus es non
sustinuisti. Et rñdens dixit eis. Illa ꝑma mihi ascri
bo. Vtilitas eñi aie mee est ꝙ aūt dixistis hereticū
me esse nō acquieui q2 separatio est a deo ⁊ nō opto
separari a deo. Illi aūt audiētes admirati sunt di-
scretionē eiꝰ:⁊ edificati discesserūt. ¶ Interrogatꝰ
idem abbas agathon:an esset maior labor corporis
an custodia interioris hominis dixit. Nō similis
est arbori:corporalis igit labor velut folia arboris
custodit:interioris aūt custodia hoīs fructꝰ est:qm̄
ergo s̄m ꝙ scriptū est oīs arbor nō faciēs fructū bo
nū excidet ⁊ in ignē mittet:opꝫ ꝓpter fructū nr̄m
oēm in nobis sollicitudinē eē hoc est mētis hr̄e cu-

¶ De abbate Paulo. Capi.xxxix.




Enique abbas Paulus probatissimus
patrũ cũ in heremo vastissima ꝯsisteret
q̃ prophyrio nũcupat: tñ palmarũ fru-
ctibus ⁊ horto modico sustẽtabat nec po
terat aliõ vñ sustẽtaret opis exercere:
eo ꝙ ab hoibus vel habitabili terra ampliusq̃ septẽ
mãsionibus aberat in deserto. Hic ergo ne momẽtũ
tpis penitus ociosus staret colligebat palmarũ folia:
⁊ quotidianũ pẽsũ velut exinde sustẽtãdus: ipse a se
metipso exigebat iugiter cũque ope totius anni spelũca
eius fuisset ipleta: ⁊ nõ haberet q̃ hoc distraheret: neque
ipse ociosus posset manere totũ qd sollicita cura la
borauerat annis singulis igne supposito ꝯcremabat
in tñ ꝓbãs sine ope manuũ: nec i loco posse mona-
chũ ꝑdurare nec ad ꝑfectiõis culmẽ aliqñ cõscẽdere.

¶ De fratre blasphemo qui intolerabili estu
libidinis vrebatur. Capi.xl.



Qui aliũ fratrẽ qui ꝓbatissimo cuidã
seni: vicio carnis semetipsũ grauissime
cõfessus ẽ ipugnari intolerabili nãque
estu libidinis vrebat tũc senex velut spi
ritalis medicus interiorẽ cãm ⁊ originẽ mor
bi huius ꝑtinus ꝓuidẽs: grauiterque suspirãs ait nũq̃
filii tã nequã spiritui tradi te dñs ꝑmisisset: nisi aliqd
blasphemasses in eum. Quod frater audiẽs: statim pro
cidit ad pedes eius in terrã summaque admiratiõe per
culsus ꝯfessus ẽ se in filium dei cogitatiõe ipsa blas-
phemasse. Unde ꝑspicuũ est: eũ q in deũ blasphemus
existit: tanq̃ qui irroget illi iniuriã: ꝑfectionis inte-
gritate priuari ⁊ scĩficationẽ castimonie nõ mereri.

¶ Collatio bona de discretione que est cu
stos ⁊ mater virtutum. Capi.xlj.



Uodã aũt tpe ꝯuenerũt plurimi senio
rũ ad beatũ anthoniũ cõmorãtem in
thebaide ꝑtibus ꝑfectionis inq̃sitio-
ne ⁊ collocatiõis grã cũque a vespertinis
horis vsque ad lucẽ fuisset ꝓtracta colla
tio questio discretionis maximã noctis spaciũ con-
sumpsit. Nam diutissime inter eos q̃rebat q̃ nã vir
tus vel obseruatio monachum a dyaboli laqis custo
dire posset illesum: vel certe ad deũ recto tramite fir
moque gressu ꝑduceret. cũque ꝓ captu mẽtis sue vnusq̃sque sniaz ꝓferret in mediũ ⁊ alij quidẽ hoc ieiunioꝝ vi
giliarũque studio collocarẽt alij in nuditate ⁊ ꝯtẽptu
reꝝ alij remotiorẽ vitã ⁊ heremi secreta cẽserẽt: ⁊ nõ
nulli imprimis sectãde charitatis. id ẽ humanitatis
officia definirẽt q: ipa pie erga fratres ⁊ peregrinos
studio susceptiõis ipẽditur. Cũque in huc modũ pia
ꝯtẽtione decertarẽt. essetque iã noctis maximũ tpe ꝯ
sumptũ. rñdẽs demũ .b. Anthonius vniuersis dixit. oĩa
quidẽ hec q̃ dixistis necessaria sunt ⁊ vtilia sitiẽtibus
deũ sꝫ his principalẽ retribuere grãz nequaq̃ nos i
numerabiles multoꝝ fratrũ casus ⁊ experimẽta per
mittũt. Nã sepe vidimus fratres has obseruatiões te
nẽtes repẽtino casu deceptos: eo ꝙ in bono qd cepe
rãt discretionẽ minime tenuerũt nec enĩ alia cã la-
psus eoꝝ dephẽdit nisi ꝙ minus a senioribus istituti ne
q̃q̃ potuerũt rõnẽ discretiõis huius adipisci q̃ viã regiã
docet monachũ sp icedere. ⁊ nec excessu cõtinẽti mo
diũ trãsire ꝑmittit nec deflectere ad vitia ꝑmittit. in
oĩbus ergo que agimus discretio anteponẽda ẽ ma
nifestissime enĩ declarat nullã sine discretiõis grã ꝑfe
cte posse vel ꝑfici vel stare virtute. Et hec dicẽte An-
thonio vniuersoꝝ snia diffinitũ ẽ discretionẽ eẽ q̃ firmo
gradu itrepidũ monachũ ꝑducat ad deũ: ⁊ ꝓdictas
virtutes iugiter cõseruet illesas: Omniũ nãque virtu
tum genitrix ⁊ custos atque moderatrix discretio est.


¶ De Herone sene idiscreto monacho. Ca.xlij.



Et vt hec exẽplis certioribus appro
bemus referã vobis de quodã sene
Herone noie: q discretionẽ mini-
me retinẽs oẽs pristinos labores
ꝑdidit ⁊ isuꝑ miserabilit vitã fini
uit. Ante paucos etenĩ dies illusio
ne dyaboli a summis ad ima deie
ctus ẽ. Hic itaque .L. annis in heremo cõmoratus singu
larẽ vite districtionẽ tenuit: ⁊ solitudinis secreta miro
furore vltra oẽs sectatus est. Hic igit post tãtos la-
bores ab insidiatore delusus grauissimo lapsu cor-
ruẽs cũctos in heremo cõstitutos luctuoso dolore ꝑ
cussit: qui minime cecidisset si bonũ discretionis tene
re voluisset. Tanto siquidẽ rigore animi sui immuta
bilem ieiunij continẽtiam semꝑ exercuit: ⁊ solitudi-
nis ac cellule secreta iugiter sectatus est: vt nec die
sancti pasche rigorem abstinentie solueret. Cumque
omnes heremite pro tãta solẽnitate ad ecclesiã pari
ter conuenissent solus ille nõ affuit ne ꝯtulunaꝯque
perceptione leguminis parui a suo proposito vide
retur relaxasse qua ꝓsumptiõe deceptus angelũ sa
thane velut angelum lucis suscipiẽs cũ summa vene
ratiõe eiusque ꝓceptis obediẽs semetipsum in puteũ
ꝓfundissimũ ꝓcipitẽ iactauit magnũ. s. virtutis sue
meritũ ꝓbaturus cũ inde exisset illesus de quo pu

teo cū grandi fratrū labore semiuiuus extract⁹ vitā
tertia die finiuit: ꝛ qđ his deteri⁹.ē ita: i deceptiōis
sue obstinatiōe ꝑmāsit: vt ei nullaten⁹ potuisset per
suaderi: ꝗ demonū calliditate fuisset delusus.

¶ De duobus monachis q̄ euntes per deser-
tū decreuerunt non sumere cibum nisi deus il-
lis transmitteret. Capitulum.xliij.




Uid dicā de illis duob⁹ fratribus
qui habitātes vltra illā heremū
vbi quondā fuerat.b.Anth.cōmo
rat⁹ mir⁹ cauta discretiōe ꝑmoti
eūtes ꝑ extentā solitudinis vasti-
tatē: nullā escā penitus sumere de
creuerāt: nisi quā ꝑ seips͡z illis dñs
prestitisset. Cūq̧ errātes eos per
deserta ꝛ deficiētes iā͡z fame: ꝯspexissent a lōge ma
zices: q̄ gēs cūctis natiōib⁹ inmanior atq̧ crudelior
est: nō eos ad effusionē sanguinis desideriū ꝑde sed
sola ferocitas mētis instigat. Uisis ergo eis: cōtra
naturā ferocitatis sue cū panib⁹ illis occurrerūt tūc
vn⁹ ex illis fratrib⁹ subueniēte discretiōe velut a deo
porrectos sibi panes cū grāꝝ actione suscepit: repu
tans escā sibi diuit⁹ ministrari: nec sine dei iussu fa-
ctū esse dicēs: vt illi q̄ semꝑ hoīu͡z sanguine gaude-
rent tunc deficientibus eis vite substātiā largirētur
Alius ꝟo recusans cibum: velut ab hoīe sibi oblatū
inedie labore cōsumpt⁹ mortuus est: quoꝝ sc͡z ꝙuis
initia ex reprehensibili persuasione descenderint vnus
tamē subueniente discretione: id quod incauta cōce
perat emendasse cognoscitur alius autem stulta pre
sumptione perdurans mortem quam dominus ab
eo auertere voluit: ipse sibi asciuit.

¶ De monacho q̄ decept⁹ a dyabolo voluit fi-
lium suum immolare. Capi.xliiij.



Uid etiam de illo monacho com
memorē: cuius nomen: quia ad
huc superest: sileo: qui dum lōgo
tempore demonē in āgeli suscepit
claritate reuelatiōibus eius sepe
deceptus credidit eum internun
cium esse iusticie. Nā per oēs no
ctes in cellula ei⁹: lumē absq̧ vlli⁹
lucerne officio prebebat: dyabolus ad extremu͡z ꝟo
iussit eum: vt filiū suum qui cū eo pariter in eodem
monasterio cōmanebat deuotus deo offerret victi-
mam: vt sc͡z hoc sacrificio abrae patriarche meri-
tis coeq̄ret cuius verbis ille intm̄ est seduct⁹ vt hoc
cōfesti͡z opere perfecisset nisi puer de cella manibus
eius elapsus concitus aufugisset.

¶ De monacho cui ostendebat dyabolus ex
ercitū christianoꝝ ꝛ iudeoꝝ. Cap.xlv.



Uit ꝛ alius monachus qui nimia͡z sem
per tenuit abstinentiam. Quiq̧ per an
nos multos singulariter in cella reclu
sus perpaucis imitabilem exhibuit ab
stinentiam. Hic ad extremū ita est dya
bolicis reuelationibus delusus vt post annuos la-
bores atq̧ virtutes quibus alios monachos excel-
lerat: ad iudaismum ꝛ circūcisionem carnis miserabi
liter sit lapsus. Post multa nāq̧ tempora: dyabol⁹
velut nuncius veritatis ostēdebat illi per vana som
nia ꝛ per quasdam inanes reuelationes christianoꝝ
atq̧ monachorum exercitum: tenebrosum ac tetru͡z
omniq̧ macie tepidum atq̧ deformē ꝛ ecōtra osten
debat illi iudeoꝝ plebem summa leticia tripudiāte͡z
ingentiq̧ lumine coruscātē. Ac proinde cōmonebat
eum: vt si mallet beatitudinis illorū particeps effici
circuncisionē quoq̧ suscipere festinaret. Ex quibus
profectu (vt constat) memoratis viris tam lugubri-
ter nemo fuisset illusus. si rationē discretiōis aliq̄
laborassent. Quam obrem in quātis perniciosum sit
discretionis gratiam non habere multorum casus ꝛ
experimenta declarant.

¶ Confessio proprij delicti potenter demonis
instigationē repellit. Capi.xlvj.



Bbas Serapiō solebat frequē
ter iunioribus fratribus instru-
ctionis grā de seipso narrare di
cens. Cū adhuc essem puerulus
et cū abbate Theona cōmanerē
hec mihi cōsuetudo erat inimi-
co innuente vt postꝙ͂ refecissem
cū sene hora nona: vnū paxima-
cium quotidie in sinu meo latēter abscōderem: quē
sero ignorāte sene occulte comedebā. Quod furtu͡z
licet quotidie ꝑficerē: expleta tn̄ cōcupiscētia frau-
dulenta ad memetipsum reuertens sup admisso fur
to acrius cruciabar ꝙ sup esum illius fueram locum
datus. Cu͡z istud molestissimum opus singulis die
bus explere nō sine cordis mei dolore cōpellerer: et
clādestinū furtum patefacere seni cōfunderer: cōti-
git per dei ꝓuidentiam quosdam fratres edificatio
nis obtētu cellulā senis auidissimos expetisse. Cūq̧
refectiōe trāsacta. cōfabulatio spiritalis interesse
cepisset respōdensq̧ senex ꝓpositis interrogationi
bus eoꝝ de castrimargie vitio ꝛ occultaru͡z cogita-
tionum exponeret ad vltimū intulit dicens. Nihil
sic noxiū est monachis: ꝛ letificat demones ꝙ si ce-
lent cogitationes suas spiritales patres. Tūc ego
cōpūctus corde existimaui seni secreta pectoris mei
patefacta ꝛ in oculto primū gemit⁹ excitās: deinde
cordis mei cōpūctiōe crescēte in apertos singultus
lachrymasq̧ ꝓrumpēs: cepi amarissime flere: ꝛ con-
tinuo eieci de sinu meo paximaciū qđ vitiosa cōsue-
tudine clāculo parauerā comedendum: cūq̧ in me-
dium ꝓferens: quomodo quotidie inuoluens eum
occulte ederem prostratus in pauimento: cu͡z venie
postulatione confessus sum: ꝛ vbertim profusis la-
chrymis orationibus eoꝝ veniam apud deū postu
labam. Tunc senex dixit: confide fili: quia liberauit
te a captiuitate ista confessio tua: victorem nāq̧ ad
uersarium tuum hodie triumphasti validius eum

tua cõfessiõe elides: q̄ ipse fueras ab eo tua tacitur nitate deiect⁹. Et idcirco post hãc publicationẽ tuã iste malignus spirit⁹ nõ ohabitur tibi: nec inte lati bulũ sibi teterrimus serpẽs hacten⁹ vsurpabit: q: detenebris cordis tui: p hanc cõfessionẽ ꝓiectus es Necdũ senex hec verba compleuerat: ⁊ ecce statĩ ve lut lãpas ignis accẽsa de meo sinu ꝓcedẽs: tãto fe tore cellã repleuit: vt vix in ea residere possem⁹. Re sumẽsq; senex: dixit: Ecce ꝓbauit tibi dñs veritatẽ sermonũ meoꝝ: vt passionis illius intẽtorẽ de cor de tuo cõfessione salubri fugatũ: oculoꝝ fide ꝑcipe res: patefactũq; hostem nequaq̄ locũ in te vlterius habiturũ: aperta eius expulsione cognosceres. Ita q̄ ẽm sentẽtiã senis: ita est in me virtute cõfessiõis dñatio dyabolica extincta: vt nũq̄ mihi vlteri⁹. nec memoriam concupiscentie huius temptauerit inimi cus ingerere.

¶ De monachis a sarracenis interfectis. Capitulum. xlvij.



In palestine partibus iuxta vicũ thecue: qui amos prophetã me ruit procreare solitudo vastissi ma est vsq; arabiã ac mare mor tuũ quo ingressa deficiunt fluẽ ta iordanis ⁊ cinis sodomoꝝ amplissima extensione porrecta pertingẽs. In hac solitudine summe sanctitatis mo nachi diutissime cõmorãtes repẽte sunt a discurrẽti bus interempti sarracenis. Quoꝝ corpora tam a po pulo regionis illius q̄ ab vniuersa arabum plebe tã ta veneratione sunt ꝑcepta: vt innumeri populi con currentes ex vtraq; parte grauissimũ sibi certamen pro reliquijs eoꝝ indixerint pie inter se ꝑ sancta ra pine deuotione decertantes qui nã iustius mereret eoꝝ sepulturã ac reliquias possidere. Illi. s. de vici na commoratione ipsorum alijs de originis propin quitate gloriantibus.

¶ De abbate Daniale. Capi. xlviij.




Inter ceteros heremitas abbatẽ quo q; vidimus danielem: equales ceteris in omnibus virtutibus sed peculiari⁹ gratia humilitatis preditum. Qui me rito puritatis ac mansuetudinis sue a sancto Paphnũcio eiusdẽ solitudinis p̄sbytero ad dyaconij officium est ꝓlectus. In tantũ eñ isdẽ. b. Paphnũcius virtutib⁹ ipsi⁹ aggaudebat: vt quem vite meritis et gr̄a parẽ sibi nouerat: coequare sibi ẽt sacerdotij ordine festinaret. Deniq; optãs sibimet successorẽ dignissimũ puidere supstes: p̄sbyterij ho nore eũ puexit. Qui tñ prioris ɔsuetudinẽ humilita tis nõ omittẽs: nihil vnq̄ sibi illo p̄nte de sublimio ris ordinis adiectiõe donauit. sed semꝑ abbate Pa phnũcio offerẽte spiritales hostias: ille velut dyaco n⁹ in prioris ministerij ꝑmãsit officio. In quo tamẽ b. Paphnundum cum talis vir esset ac tantus vt in multis etiã p̄scientiã gratie possideret: hec spes de substitutionis electione frustrata est. Nã nõ lõ ge post hunc ipsum quẽ sibi parauerat successorem ante se deum premisit.

¶ De abbate Sereno. Capi. xlix.



Summe sanctitatis ⁊ cõtinẽtie vi rum nominisq; sui speculũ abba tem vidim⁹ Serenũ: quẽ singula ri veneratione pre ceteris admi rati sumus. Cui supra oẽs virtu tes q̄ nõ solũ in actu eius vel mo ribus: sed etiã in ipso vultu ꝑ dei gratiã refulgebãt: ita est peculiari beneficio dono castitatis infusus: vt nec seipsũ quidẽ naturalibus inquietari vel in sopore sentiret. Ad quã tñ carnis puritatẽ quomodo puenerit: q: supra cõditionẽ hu mane nature videt necessariũ ẽe reoꝝ explicare. Hic igitur. b. serenus pro interna cordis atq; corpis ca stitate nocturnis diurnisq; precibus ieiunijs quoq; ac vigilijs infatigabiliter insistẽs: cũ se vidisset ora tionũ suarũ obtinuisse vota: cunctosq; estus in cor de suo cõcupiscẽtie extinctos: velut suauissimo gu stu puritatis accensus: in maiorem suã sitim zelo ca stitatis exarsit: et intẽtioribus cepit ieiunijs atq; obsecratiõib⁹ insudare: vt mortificatio passiõis hui⁹ q̄ interiori homini solo dono dei fuerat attributa ad exterioris etiã puritatẽ catenus pueniret: vt ne ipse quidẽ vel illo simplici ac naturali motu (q̄ etiã in paruulis atq; lactentibus excitatur) vlteri⁹ pul saretur. Cũq; petitione cepte supplicatõe iugi ac la chrymis indefessus insisteret adueniẽs ad eũ ange lus in visione nocturna eiq; velut aperiens iterum quẽdã ignitã carnis strumã de eius visceribꝰ euulsit atq; piecit suisq; locis vt fuerãt oĩa intestina resti tuens dixit ad eũ. Ecce inquit incentiua carnis tue abscissa sunt: ⁊ obtinuisse te noueris hodierno die ꝑ petuã corpis puritatẽ fideliter postulasti. Hec de gratia dei q̄ memorato viro peculiariter attributa est breuiter dixisse sufficiat. ¶ Ceterum cũ ad eum die quadragesima venissemus: ac de diuersis q̄stio nibus eum flagitaremus: ad extremũ de impugna tione demonum eũ requirebamus. Tunc ille (vt sem per erat placidissimo vultu) respõdens dixit. Non eñ demones habere potestatem quẽq; hoĩm leden di: exẽplum beat⁹ iob manifesta ratione demõstrat vbi non amplius eum temptare audet inimicus q̄ diuina ei dispensatione conceditur.

¶ De eo q̄ nõ eandẽ vim habeãt nũc demones cõ tra monachos quomodo anteriori tpe. Cap. l.



Satis tamẽ nobis experiẽtia nostra et senioꝝ nostroꝝ relatione cõpertũ est nõ eãdem vim demones nunc habere cõtra monachos: quã anteriori tpe in ter anachoritarũ principia in quibus adhuc raritas monachoꝝ in heremo


cōmanebat. Tāta nāq tunc erat demonum feritas. vt vix paucissimi tolerare habitationem solitudinis possent. Siquidē in ipsis cenobijs i qbus cōmorabātur. x. vel. xj. ita eoꝝ atrocitas grassabaꝭ: et frequēter ac visibiles sentiebātur aggressus vt nō auderēt oēs pariter noctibus obdormire: sed vicissim alijs deguītātibus somnū: alij vigilias celebrantes psalmis et orōnibus seu lectionibus inherebāt. Cūq illos ad soporē nature necessitas inuitasset expergefactis alijs: ad eoꝝ q dormituri erāt custodiā sui vigilie tradebātur. vnde dubitari nō pōt vnū e duobus nūc esse: aut eni virtute crucis (etiā deserta penetrāte: et eius gr̄a vbiqꝫ chorusāte) retusa est neqtia demonū: aut negligētia nr̄a illos ab impugnatione pristina reddidit lentiores: dū dedignanꝭ aduersum nos illa in cōtētiōe cōfligere qua tunc 𝔷 illos pbatissimos xp̄i milites seuiebāt: ceterū corpaliter traditos sathane vel ifirmitatibus magnis etiā viros sanctos nouimus p leuissimis qbuſqꝫ delictis cū in illis nec tenuissimū quidē peccatū aut maculā in illo iudicij die patiꝭ iuenire diuina clemētia: vt eos tāq aurū pbatū ad illā ppetuitatē gloriosum: nulla indigētes penali purgatiōe trāsmittat iuxta illud. Vir iust⁹ pbaꝭ in fornace humiliatiōis. et illud. Quē eni diligit dn̄s corrigit: flagellat aūt oēm filium quem recipit. Quod nostris quoqꝫ tp̄ibus satis euidens cōtigit et apta pbatio in abbate paulo vel moyse q habitauit locum huius solitudinis q calamus nuncupatur. Nā paulus cōmoratus est in heremo qui adiacet panephysi ciuitati. quā solitudinē iam olim factam aque salsissime inundatione cognouimus q quotiens flauerit spiritus aquilonis de stagnis impulse ac supfuse ad iacentibus terris: ita oēm illius superficiem cōtegit regionis aqua vt antiquos ibidem vicos (qui olim hac ipsa de causa omni sunt habitatore deserti) faciat velut insulas apparere.

De abbate paulo. Capi. lj.



Hic igiꝭ abbas paulus in tāta cordis puritate i quiete solitudinis filētioqꝫ pfecerat vt nō dicā vultum feminem: sed ne vestimēta quidem sexus illius cōspectui suo pateretur offerri. Nā cū quadā die pergeret ad cuiusdā senioris cellā casu mulier ei obuiauit quā cū vidisset tāta fuga ad suū rursum monasteriū ꝑtermisso quod arripuerat itinere cucurrit: quanta nullus a facie leonis vel immanissimi draconis aufugeret. Quod lꝫ zelo castitatis: et puritatis ardore sit factū tamē quia nō ꝯm sciētiā psumptum est sed obseruātia discipline excessus est mod⁹: ne elatio cū inuaderet: tali cōfestim correptione percussus est: vt totū corpus eius paralyseos valitudine soluereꝭ. nullūqꝫ in eo mēbrū penit⁹ suū officiū pualeret explere. Siquidem nō solū pedes ac man⁹ sed etiam lingue motum ipseqꝫ aures ita audit⁹ ppri amiserūt sensus vt in eo nihil ampli⁹ ex homine q immobilis statue figura remaneret et ad hoc redact⁹ ē vt infirmitati. eius nullo mō virorū diligētia deseruire sufficeret nisi sola ei muliebris sedulitas ministraret. Nam portatus ad monasteriuꝫ sanctarum virginum cibus ac potus feminco ei ingerebaꝭ obsequio: et plēdisqꝫ omnibus nature necessitatibus: eadeꝫ illi diligētia per ānos ferme quattuor. i. vsqꝫ ad vite sue terminū seruiebat: qui cū tāta esset mēbrorum omnium debilitate cōstrictus vt nulli eius artus viuacē motū retētarēt: tāta ex eo virtutū gratia pcedebat: vt cū de oleo quod corpore suo tetigerat vngerētur in firmi: statim a cunctis valitudinibus curarētur: ita vt sup hac eius valitudine euidēter clarēsceret: et debilitatem mēbrorū eius amore dn̄i cōtributā: et sanitatum gratiā pro testimonio et manifestatiōe meritorum spiritussancti virtute pstaret.

De abbate moyse. Capi. liij.



Secundus vero quem diximus Moyses in hac heremo cōmoratus cū et ipse singularis et incōpabilis vir esset ob reprehēsionem vni⁹ sermonis quē cōtra abbatē macharīū duri⁹ protulit: tā diro demoni est confestiꝫ trad itus vt humanas egestiones ori suo ingereret Quo flagellū purgatiōis diuinā ei intulisse dispositionē: ne vel momētanei peccati macula in eo resideret: velocitate curationis ei⁹ demōstratum est Nā cōtinuo abbate machario in oratione pstrato. dictu citius malign⁹ spiritus ab eo fugat⁹ discessit. Ex quo magnifeste perpēdiꝭ: nō debere eos abhominari vel despici: quos videmus diuersis tēptationibus vel malignis spiritib⁹ tradi: quia duo hec credere immobiliter nos oportet: primo q sine dei permissū nullus omnino tēptatur. secūdo q oia que a deo nobis inferūtur velut a piissimo patre ac clemētissimo medico pro nostris vtilitatibus irrogentur.

De monacho qui i solitudine noctu vidit multitudinem demonum. Capi. liiij.



Quidam autem frater cum per solitudines iter ageret aduesperāte die speluncaꝫ quandā reperiēs ibidē substitit. Vbi dū psalmos ex more cantaret tempus medie noctis excessit. Cūqꝫ finita vigilia: refecturus lassum corp⁹ paululum resediꝭ sset: repente cepit innumerabiles cateruas demonum vndiqꝫ confluentium intueri: que infinita constipatione procedētes alie pribant principem suum: alie sequebanꝭ. Qui pnceps eoꝝ et magnitudine procerior cūctis et aspectu terribilior videbatur. Cūqꝫ in quodā solio sublimissimo consedisset vniuscuiusqꝫ actus diligēti examinatione cepit discutere illosqꝫ qui nec dum se circumuenire emulos suos potuisse dicebāt velut iner-

tes a conspectu suo cum iniuria iubebat expelli:spa
cium tāti temporis et opus inaniter expensum cuз
fremitu furoris eius exprobrās. Illos vero qui nun-
ciabāt consignatos sibi homines decepisse summis
laudibus cū exultatione ac fauore cunctoꝝ vt fortis-
simos pugnatores ad exemplum cunctoꝝ gloriosis-
simo s corā omnibus emittebat. Inter quos cum
quidam nequissimus spiritus:vtpote magnuз triū
phum nunciaturus letior aduenisset nomen mona
chi optime cogniti designauit asserens se post quinq
annos quibus eum iugiter occideret:vix eadem no
cte in ruinam fornicationis mersisse. Super cuius re
latione cū immane cunctoꝝ gaudium fuisset extol-
tum summis a principe eorum laudibus eleuatus:
magnisq preconijs coronatus abscessit. Aurora ita
q superueniēte cū ois multitudo demonū ab ocu-
lis eius euanuisset dubitās frater ille de assertione
spiritus immūdi memor etiā euāgelice sententie qd
in veritate nō stetit:et q nō est veritas in eo:et cū lo
quitur mendacium ex proprijs loquitur:pelusium pe
tijt vbi illum fratrem nouerat cōmorari quē mali-
gnus spiritus asseruit esse deceptum. Erat etiā ibi
et alius frater illi notissimus quē interrogās de eo
dem fratre:reperit qd eadeз nocte qua teterrimus
ille demon ruinam eius suo principi nunciarat mo-
nasterio pristino derelicto:vicū petisset et in fornica
tionem miserabiliter cecidisset. Hec autē audiēs fra
ter suspirās et flens reuersus est in locum suum.

¶ De duobus philosophis qui ad sanctuз Antho
nium perrexerunt. Capi. liiij.

Quodam autem tempore quidam duo
philosophi audientes famam beati
Anthonij perrexerunt ad euз. Qui cū
inter se quasdā questiones habuissent
despicientes philosophi sanctum An-
thonium velut imperitum et sine litteris virum re-
uersi sunt ab eo. Volentes autem cum si nihil am-
plius potuissent ledere vel de cellula eius magicis
prestigijs et circūuentione demonū perturbare im-
miserunt ei nequissimos demones ad impugnatio-
nem hac inuidia et liuore percussi:eo q multi hoim
ad illum velut dei famulū quotidie cōuenirēt. Cūq
illo nunc quidem imprimente pectori suo:et fronti
signaculum crucis nunc vero orationi suppliciter in
cubāte nec appropinquare quidem dirissimi demo-
nes eidem auderent reuertebātur ad eos qui illos
direxerant sine effectu. Tunc illi alios rursum quasi
potentiores miserūt. cūq et illi fatigati reuertissent
iterum alios nihilominus potentiores ac vehemen
tiores aduersus militem xpi destinauerunt q nihil
penitus preualuerunt Anthonio viriliter reluctan-
te eo. Itaq nihil profecerunt tales tantiq coꝝ insi
die tota magica arte et nigromātia quesite vt p hec
euidentissime comprobarēt magnam virtutē inesse
professioni christianorum:quibus ille tam sene vm-
bre nihil Anthonium non solum ledere: sed nec pun

cto quidem de habitaculo suo valuerunt perturba-
re. Pro hac ergo admiratione stupefacti philoso-
phi cōfestim ad sanctum Anthonium venerunt, im-
pugnationuз suarum magnitudinem et causas atq
insidias liuoris sui ei patefecerunt:christianos se fie
ri protinus poposcerunt:cūq diem ab illis prodite
impugnationis requireret indicauerunt. Asseruit
autem se beatus Anthonius amarissimis cogitatio
num stimulis tunc fuisse pulsatum. Eundem beatū
Anthonium ita nōnunq in oratione nouimus per-
stitisse vt eundem in excessu mentis frequenter orā
tem cum solis ortus cecidisset infundi audierimus
eum in furore spiritus sic proclamātem quid me im
pedis sol qui ad hoc oriris:vt me ab huius veri lu-
minis abstrahas claritate.

¶ Finit tertia pars principalis huius opis
videlicet liber de regulari cōuersatiōe egyptio
rum monachoꝝ et eoꝝ q degunt apud Pale-
stinam vel Mesopothamiam.

¶ Incipit plogus sancti Pascasij ad exhor-
tationē sanctoꝝ tā grecoꝝ q egyptioruз.



Domino venerabili patri Marti
no presbytero et abbati Pasca-
sius. Vitas patrū sanctoꝝ greco
rum vt cetera facundia studiose
conscriptas iussus a te sanctissime
pater in latinū trāsferre sermo-
neз insolito si licuisset ope renuis
sem. Neq enim vnq qd scribi
vel legi pōt excudi ingenio aut cōsciētia cordis phi
bente. Scire enī me q nihil sciā nō audeo dicere ne
verbū hoc sapiētissimo socrati surripiā. Sed q: tua
pater necesse est iussione vtar nō gloriabor ingenio
sed fidē quā tibi debeo etiā ope iniuncto prestabo.
Verū:q: e oquētiū viroꝝ libri sunt plurimi: sermōe
latino cōscripti:quoꝝ lectionis exptū me esse:te ēt
astruente testificor::si qd de illis aut hic insertū for-
te repereris:vt minus elegāter expressuз ne mee cul
pe deputes exoro:q: sicut in dato mihi codice rep-
peri ea scripta sic trāstuli:licet nec ea studiose posse
me pferre pfiteor. Unde restat:vt qd te iubēte cepi
te orāte perficiā. q tū si scribēda decreueris vt tuo
polire sermone digneris exposco. Neq enī mihi li-
quebit qdā placuisse tibi:nō et aliqua displicuisse co
gnouerim.

¶ Incipit liber exhortationum. Et primo contra
castrimargiā ad deuitādum gule desiderium.



Quidā frater quēadmodū i cella
ppria degere deberet: abbatem
Sisoy requisiuit:cui rńdit abbas.
Sisoys comede(inqt) panē tuū
et salē:et nō sit tibi necessitas ali
qd excoquēdi:aut longius euagā
di. Alteri quoq idē requirenti re-

ſpondit Daniel ꝓpheta cū dixit. Panē deſideriorꝫ non comedi. ¶ Dixit vnus ſenex ad alterū ſenē habentē charitatē: ⁊ ſuſcipientē tā monachos multos ꝙ ſeculares: lucerna quidē multis lucet: roſtrū tamē proprīū incēdit. ¶ Dixit vnus ex patribus q̄ inuenitur homo multū comedēs ⁊ adhuc eſuriēs continet ſe ne ſatiet: alter aūt comedit paruꝫ ⁊ ſatiatur. Qui aūt multū comedit ⁊ adhuc eſuriēs cōtinet ſe maiorem mercedē habet: ꝙ ille qui parū comedit et ſatiatur. ¶ Dixit quidā ſenex. Ne qđ deſideraueris aliqū māduces. Comede aūt qđ trāſmiſſuꝫ tibi fuerit a dño: ⁊ gratias ei age. ¶ Quidā frater impugnabatur a ſpiritu blaſphemie: ⁊ erubeſcebat dicere et quoſcunqꝫ audiſſet magnos ſenes pergebat ad eos vt illis declararet ⁊ mox vt perueniebat: verecūdebatur dicere. Cū aūt frequenter ad abbatē Pimenium veniret: vidit eū ſenex habentē cogitatiōes et dixit ei. Ecce frequenter venis ad me habēs cogitationes: ⁊ ſic iterū remeas triſtis tecū illas portās dic ergo mihi fili: quid eſt quod habes. At ille dixit. In blaſphemia impugnat me dyabolus: ⁊ erubeſcebam dicere. Et mox vt aperuit cauſaꝫ: leuior impugnatio ei⁹ apparuit. Et dixit ei ſenex ne cōtriſteris fili. Quādo em̄ hec cogitatio aduenit: dic: Ego hac cauſa opus nō habeo: blaſphemia tua ſuꝑ te ſit ſathana. Hāc em̄ cauſaꝫ aīa nō vult. Quācunqꝫ enim cauſam aīa noluerit nō diu ꝑmanebit. Et ita frater ille diſceſſit. ¶ Dixit abbas Moyſes ꝑ has quattuor res pollutionis paſſio gignitur: ꝑ abundātiaꝫ eſce ⁊ potus ⁊ ſatietatē ſomni: per ociū et iocum: et ornatis veſtibus incedēdo. Itē dixit: corporee multe ſunt paſſiones. Et dixit ei frater: ⁊ q̄ ſunt abba? At ille rn̄dit: q̄ paulus apoſtolus dicit fornicatio: et immūdicia vel oīs cupiditas: nec nominet̄ in vobis ſicut decet ſanctos: viſus quoqꝫ ⁊ fiducia frequenter ad prelium veniunt.

¶ De abbate Machario.



Abbas Macharius referebat ꝙ cū maneret in illa ſolitudine vbi ſolus reſidebat inferius aūt fuit altera ſolitudo: q̄ plena erat multis fratribus: ſero per viam circunſpiciens vidit demonem venientem in figura hominis veſtitum linea tunica perforata: et per ſingula foramina vaſa parua pēdebāt et dixit ei ſenex: Quo vadis maligne. Et reſpondit ei. Vado commouere fratres qui ſunt inferius. Ait ſenex. Et propter quid tot vaſcula tecum fers. At ille dixit. Guſtum fero fratribus: et ideo tāta fero vt ſi vnum non placuerit porrigo aliud: ꝙ ſi et illud diſplicuerit oſtendam aliud et ſic fieri non poteſt: niſi vnum ex illis aliquod placeat eis: ⁊ hec dicēs diſceſſit. Permanſit autē ſenex in eodem loco: iteruꝫ per viam circunſpiciens: vſquequo demon rediret ⁊ cognoſceret que indicaret: ⁊ cū rediret dixit ei ſaluus ſis. At ille reſpondit. Quid mihi iſtud verbum: quia omnes mihi contrarij facti ſunt: et nullus conſilijs meis acquieſcit: dixit ei ſenex: ergo neminem ibi habes amicum. At ille reſpondit. Vnuꝫ habeo amicum: ipſe mihi conſentit: ⁊ quotiens viderit me huc atqꝫ illuc cito conuertitur ad me velut ventus. Cūqꝫ nomē eius ab eo requiſiſſet dixit. Quia Theopiſtus dicitur: ⁊ mox euanuit. Exurgens itaqꝫ confeſtim abbas Macharius deſcendit ad inferiorem heremum. Queꝫ cum vidiſſent fratres a longe egreſſi ſunt obuiam ei: ⁊ vnuſquiſqꝫ ſperans ꝙ apud ſe maneret: preparabat ſe. At ille requirens cellam theopiſti ad eum profectus eſt. Cumqꝫ eum gaudio ille ſuſcepiſſet ⁊ eſſent vterqꝫ ſoli. Dixit ei abbas Macharius. Quēadmodum tecum eſt frater. At ille reſpōdit. Interim orationib⁹ tuis bene ēſt. Et ſenex ait Non te impugnant cogitationes? At ille ait Interea bene ſum. Erubeſcebat enim dicere. Et dicit ei ſenex. Ecce quot annis ſum in ſolitudine ⁊ ab omnibus honoror: ⁊ in hac etate cum ſim ſenex moleſte mihi ſunt cogitationes. Reſpondit Theopiſtus et ait. Crede abba: q̄m̄ ⁊ mihi. Tunc ſenex ſingulas cogitatiōes quaſi ſe impugnātes fingebat vſqꝫ quo cōfiteretur illi totum Theopiſtus. Poſt hec dixit ſenex. Quēadmodū ieiunas. At ille dixit. Vſqꝫ ad nonam. Dixit ei ſenex. Ieiuna vſqꝫ ad veſperam: ⁊ de euāgelio vel de alijs ſcripturis ſine ceſſatione ſemꝑ aliquid meditare ⁊ quotiens tibi aliqua cogitatio ſuꝑuenerit: nūq̄ deorſuꝫ aſpicias ſed ſurſum oculos cordis intēde: ⁊ mox dñs adiutor tibi erit ⁊ ita diſceſſit ad propriā ſolitudinē. Et dū inſiſteret orōni circūſpiciens viā iterū vidit demonē euntē: ⁊ req̄rit eū. Quo vadis? At ille ſimili modo fratres cōmouere rn̄dit: cū aūt reuerteretur interrogauit eū ſenex. Quēadmoduꝫ nunc ſe habent fratres? At ille dixit. Male: q̄m̄ oēs agreſtes effecti ſunt: ⁊ ꝙ ḋ oibus peius eſt vnū quē habui amicū obedientē mihi: ⁊ ipſe neſcio vnde cōuerſus oibus aſperior eſt: ⁊ iuraui me nō calcaturū illū locū niſi poſt multū tēpus. Et hec dicēs diſceſſit. ¶ Interrogauit quidā frater cogitationes ſuas abbatē Pimeniū. Et rn̄dit ſenex: monachus ſi ventrē ⁊ luxuriā ⁊ linguā renuerit: ⁊ vagationē nō fuerit ſectat⁹: cōfido q̄ nō morief̄: ſꝫ viuet in ꝑpetuū. ¶ Duo fratres ad abbatē Heliā venerūt impugnati a cogitationibus. Et vidēs eos ſenex ꝙ corpulēti eſſent: tanq̄ ad diſcipulū ſuū ſubridens dixit. Vere frater ego erubeſco pro te: q̄ ſic in ſagina nutriſti corpus tuū quia eſca vermiū ſumus cum profitearis te eſſe monachū. Pallor em̄ cū humilitate ⁊ macies decus eſt monachi. Item dixit: q̄ monachus edens multum ⁊ operans multum non confidat: qui aūt parum edit etiam ſi parum operetur confidat: ⁊ agat viriliter.

¶ Cōtra phylargiā ⁊ de ꝑfecta abrenūciatiōe.



Quidā iuuenis volebat abrenunciare mūdo: ⁊ frequēter cuꝫ egreſſuꝫ de domo ſua reuocabāt cogitatiōes inuoluentes plurimis negocijs. Erat eniꝫ diues valde. Vno die egreſſo eo:

hostes immundi circūdederūt eū ⁊ multum puluerē excitauerunt ante illum. Ille vero confestim expolians se ⁊ iactans vestimenta sua: currebat nudus ad monasterium. Declarauit autem deus vni seni dicens. Surge ⁊ suscipe athletam meum. Surgens ergo senex obuiauit illi nudo: ⁊ cognoscens causā admiratus est: ⁊ dedit illi habitum monachalē. Quando autē aliqui veniebant ad senē requirere de cogitationibus varijs instruebat eos de abrenunciatione mūdana ⁊ dicebat. Illum fratrem requirite qui nec indumēta sui corporis seruauit: quia ego ad mensuram renunciationis ipsius needū perueni. ¶ Dicebat autē. Paulus abbas galatha: si aliquas res voluerit monachus in cella sua hr̄e p̄ter eas sine q̇bus nō pōt viuere: frequēter cogit̄ e cella egredi: et ita a demonibus preuaricat̄ ac decipit̄. Hic aūt ipse Paulus in vna quadragesima cū sextario lentis: et paruo vasculo aq̄ ꝑdurauit: ⁊ vnā mattulā faciēs eādem texebat ⁊ retexebat: ne tm̄modo foras exiret. ¶ Quidā frater req̄siuit senē dicēs. Fac abba charitatē ⁊ dic mihi sermonē: q̇d debeā in iuuētute congregare vt habeā illō in senectute. Rn̄dit senex. Aut xp̄m adipiscere ⁊ cogita de te: aut certe pecunias ne mendices ergo tuū est eligere aut dn̄m deū aut mammona. Frequēter abbas agathō suū discipulū ꝯmonebat dicēs. Ne aliqn̄ tale aliq̇d tibi acq̇ras qđ fratri te petēti dare pigeat: ⁊ ꝑ hoc iuenIaris mādata dei transgrediens. Qui petit da ei: ⁊ volēti a te mutuari: ne ꝯuertaris.

¶ Nihil dolendum monacho si quid perdiderit vel amiserit.

Abbas Macharius dū esset in egypto ⁊ egressus fuisset de cella sua regressus inuenit quēdā latronem furātē id qđ in cella sua haberet stetit ergo ⁊ ipse tāq̄ peregrinus: ⁊ caricauit animal cū illo: ⁊ cū magna patiētia deduxit eū dicēs: nil intulim⁹ in hūc mundū: dn̄s dedit: sicut illi placuit ita factū est: bn̄dict⁹ dn̄s in oībus. ¶ Quidā frater vicin⁹ cuiusdā magni senis: occulte igrediebat̄ cellā ei⁹: ⁊ q̇cq̇d habebat senex furabat̄. Iste aūt ip̄i⁹ opabat̄ dicēs. Puto frater ille necessarius est. Habebat ergo senex grandē tribulationes ex penuria panis: cū aūt moritur⁹ esset: ⁊ circūdedissent eū alij fratres ille cū vidisset illū fratrē: q̇ solebat illi furari: dixit ei. Accede huc ad me frater: ⁊ apprehēdens man⁹ eius osculat⁹ est eas dicēs. Gratias ago manib⁹ ist⁹ fratris: q̄ ꝓpter eū arbitror me iturū i regnū celoꝝ. Ille āt cōpunct⁹ ⁊ agēs pn̄iam fact⁹ ē tp̄e strēnu⁹ monach⁹ ex actib⁹ senis q̄s vidit.

¶ Quod tolerātia paupertatis in reqēs ducit.

Dicebat vnus ex senibus. Nihil inuenimus scriptū de Lazaro illo paupere ꝙ aliquā virtutē fecisset nisi hoc tm̄ quia nunq̄ aduersus diuites murmurauit: quis illi nullam misericordiam faceret: sed cū gratiarūactione portauit laborē paupertatis sue: ideoq̄ in sinum abrae susceptus est. ¶ Item dixit: quia non opꝫ quenq̄ cogitare: nisi de timore dei. Nam ⁊ si coact⁹ fuerit de corporali necessitate esse sollicitus nunq̄ cogitet de ea ante tempus.

¶ De reprimenda auaricia.

Abbas Siluanus dum modicum discessisset a cella: discipulus suus zacharias cū alijs fratribus sepē orti amouit ⁊ fecit hortum maiorem quod postq̄ regressus senex agnouit tulit melotem suum vt discederet. At illi projiciētes se ad pedes eius propter quid hoc faceret vt indicaret postulabant. Tunc senex ait. Non ingredior (inquit) in cellam hanc nisi sepes fuerit in locum suum reuocata: quo mox facto ita regressus est. ¶ Quidam frater requisiuit senem dicens. Si mihi debeat paucos nummos frater iubes vt repetam eos? Cui senex. Semel tantummodo illi dic cum humilitate. At ille dixit. Quod si semel dixero ⁊ nihil mihi dederit quid faciam? Tunc senex ait. Ulterius ei nihil dicas. At ille iterum ait. Et quid faciam qr non possum vincere cogitationem meam nisi fuero illi importunus. Dicit ei senex. Dimitte cogitationes tuas tantummodo fratrem tuum ne contristeris: quia monachus es. ¶ Abbas agathon volentibus emere opera manuum suarum: cum requie vendebat. Precium autem erat cribri centum sportelli vero ducenti quinquaginta: ⁊ volentibus comparare dicebat precium ⁊ quicquid illi dedissent suscipiebat tacens. nec aliquando numerans. Dicebat enim. Quid mihi prodest concertare cū illis: vt illi peccēt forsitan iurantes: ⁊ quādo superfuerint nummi rerogem illos fratribus. Sed quia deus non vult huiuscemodi elemosynam a me neq̄ illi placet vt aliquem permittam in sacrificio peccare. Et dum illi frater diceret: ⁊ panis in cellam vnde venturus est? Dixit ei. Quid enim panis hominum in cella.

¶ Contra iram et de origine ire.

Dixit quidam ex sanctis patrib⁹ Ira ꝑ hos quattuor actus exurgit per cupiditatem auaricie dādi et accipiēdi res q̄ alienas rapiendi: et si quis propriam sententiam amans defendit: et si quis se vult honoribus esse dignum: et si quis doctorē se esse vult pl⁹ omnibus sapientem se esse sperans. Ira etiam per hec quattuor humanos sensus obscurat: si odio habuerit homo proximum suum: ac si pro nihilo habuerit: aut si inuiderit illi aut si detractauerit de eo. Ad hoc sanctum Iohannem euangelistam ostendā auctorem. Qui odit (inquit) fratrem suum in tenebris est et nescit quo eat: et manet in morte. Passionis autē huius retributio quattuor modos habet. Primum ex corde secundum ex facie: tertiū ex

lingua: quartus ex facto. Si quis ergo potuerit ita portare malum vt nō ingrediat in corde nō queniet vsq3 ad faciē. Si aūt venerit in faciem custodiat linguā suā ne loquat illud. Quod si locutus fuerit: vel hoc custodiat ne redeat in facto: sed mox abscidat a corde. Tres em̄ gradus sunt hoim in passione ire. Nam q̄ nulli voluntarie nocet: τ resistētibus nō iniuriatur τ parcit proximo suo: hic fm xp̄i naturas est. Qui aūt nec aliū ledit: neq3 se ledi vult: hic fm adam est. Qui vo alijs nocet: aut iniuriat: aut calūnias ingerit: aut vsuras exigit: hic fm diabolū est. ¶ Quidā fratres veniētes ad abbatē Anthoniū postulabāt ab eo audire sermonē p quē saluarētur. Quibus ille ait. Scripturas audistis: q̄ vobis a xp̄o sufficiāt scitis. At illi vt ipse quoq3 aliqd eis dicere dignaret instabāt. Tunc dicit eis. Euāgeliū dicit. Si qs te percusserit in maxillā dextrā prebe illi τ alterā. At illi se facere hoc nō posse dixerūt. Respōdit senex. Prebere alterā nō potestis? vel in illā iterū si voluerit ferire sustinete: Sed cum neq3 hoc se posse facere testarent: dixit eis senex. Ergo si hoc nō potest is ne reddatis p eo qd accepistis. Et cū idē vbū qd superius dixerāt: repeterēt: dixit abbas Anthonius discipulo suo vade fac illi escas vt comedant: vides enim q3 valde infirmi sunt. Et ait ad illos. Si vnum non potestis et alterum non vultis: quid ad me requiritis Ut video necessaria est vobis oratio per quam infirmitas vestra sanetur.

¶ De retribuendo bonum pro malo.




Quidā ex fratribus ab alio passus iniuriā venit ad abbatē Sisoy: τ cōtumelie genus exponēs addebat. Cupio me vidicare. Senex rogabat eū vt relinqueret deo: vindictā. At ille iterū nō desistā) inquit) nisi fortiter me vindicauero cui beatus Sisoy ait. Quia semel hoc in aio posuisti: saltē oremus. Et exurgens senex his verbis cepit orare. Deus iā nō es nobis necessarius: vt p nobis sollicitus sis: q3 nosipsi sicut iste frater dicit τ volumus τ possumus vindicare: qd cū ille frater audisset ante pedes senis pstratus veniam pcabatur pmittēs sem illo cui irascebatur nūq3 deinceps esse certaturum. Quidā frater cū ab altero iniuriaret venit τ annūciauit seni: cui senex rn̄dit. Satisfac cogitationi tue qm̄ frater non vult tibi iniuriari s3 pctā tua submittūt illū. Nā in omni tēptatione q̄ tibi ptigerit per oia ne arguas eū nisi tantūmodo dic: q3 ppter peccata mea ptigūt mihi hec. ¶ Dicebat frequēter abbas Pimenius. Malicia nūq3 exuperat maliciā: sed si qs malefecerit tibi: tu illi bonū redde: vt per bonitatē vincas maliciam ¶ Quidam frater erat q̄ quāto plus ei aliquis inturiabat aut incitabat: tātomagis ad eū recurrebat dicēs. Isti sunt qui nobis occasionē pbēt ad pfectionem nostrā qui aūt beatificant nos decipiunt nos τ semitā pedum nostrorum subuertunt. Alius erat senex si quis detraxisset ei ille festinabat si vicinus erat p seipsum bene remunerare illum q̄ si longius manebat trāsmittebat ei munera.

¶ De non retribuendo inimicis.




Quidā frater īterrogauit abbatē Sisoy dicēs. Si latrone aut barbari super me irruerint occidere me volentes τ ego si preualuero iubesne occidā? Cui ille rn̄dit. ne facias istud: ne nominieris homicida sed totū deo contrade τ qcquid tibi cōtigerit aduersi profitere hoc tibi pter peccata tua venire. Si quid vero boni fueris cōsecutus: diuine dispensationi totū debes ascribere. Erat heremita quidā magnus in mōte q̄ dicit athabeos: et venerunt sup eum latrones. Cum aūt ille vocē dedisset de vicinis locis fratres alij cōfluentes cōprehēderūt eos. Quos trāsmissos in ciuitatē iudex misit in carcerē. Fratres vo illi cōtristati sunt nimis: q3 ppter eos latrones traditi essent ad penā: et veniētes ad abbatē Pimenionem narrauerūt ei factū. Qui scripsit ad heremitā dicēs Reminiscere primā pditionē vnde facta est: τ tūc videbis scdam pditionē. Nisi em̄ pditus fuisses ab interioribus tuis scdas publicationē nūq3 ppetrasses Cūq3 ille talē audisset sermonē cōpunctus est: et cū esset in illa regione nominatus τ p multū tēpus de cella sua nō exiēs exurgēs tamē in ciuitatē et expellens latrones de carcere liberauit eos publice.

¶ De perfecta patientia:



Quidā vidēs laboriose portātem in lecto mortuū dixit ei. Mortuos portas si vis melius facere viuos porta: q3 pacifici filij dei vocabunt. ¶ Interrogātibus quibusdā fratribus abbatē moysen sermones ille hortatus est discipulum suum zachariā vt eis aliquid diceret. Tunc ille pallium suū deposuit sub pedibus τ cōculcauit illud et dixit. Nisi qs sic fuerit cōculcatus monachus eē nō potest. Abbati Ammoni pphetauit beatus Anthonius dicēs. Multū habes in timore dei pficere Et educens eū de cella ostendit ei lapidē et dixit ei Uade τ iniuriare lapidi huic et inde sinenter cede illum. Qd cū fecisset interrogauit eū sanctus Anthonius si ei aliqd lapis respōdisset: at ille dixit. Non Cui abbas Anthonius ait. Ita τ tu ad hāc mēsuram peruenturus es: vt nullā tibi fieri arbitreris iniuriam.

¶ Qd opus p pace ꝯuis bona sint opa dimittere.



Abbas Motois edificauit sibi monasterium in loco q̄ dicitur eracleona: Et dū ibi a multis molestaret in alterū locū transgressus est. Et similiter ibi cōstruxit mo

naſterium ſed per inuidiã diaboli quidã frater ibi in
uentus eſt:q̇ ſemꝑ irã cũ eo habebat ꝓpter hec ſur-
rexit inde ⁊ ad ꝓpriũ reuerſus eſt vicũ:⁊ fecit ibi mo
naſteriũ et recluſit ſemetipſum. Poſt tempus autẽ
aliquãtulum cõgregati ſunt ſenes de illo loco vnde
egreſſus eſt:deducẽtes ſecũ illũ fratrẽ cũ quo habue
rat litem quatenus rogarẽt eũ et reducerent in mo
naſteriũ ſuũ. Poſtq̃ autẽ in vicina loca venerũt tã
melotes ſuos q̃ illũ fratrẽ ibidẽ derelinquerũt ipſi
qꝫ ꝓfecti ſunt ad ſenẽ. Et pulſantibus illis aperta
feneſtra.reſpexit ⁊ cognouit eos. Poſt orationem
factã dixit eis abbas Motoys vbi ſunt melotes ve
ſtri? At illi reſpõderũt. Ecce in vicino ſunt vna cum
fratre qui tecum irã habebat. Poſtq̃ hec ſenex au
diuit et nomẽ illius et aduẽtum cognouit pre gau-
dio oſtium ꝑ qḋ ingreſſus fuerat ſecuri cõfregit et
egreſſus cucurrit ad locũ vbi erat ille frater:⁊ prior
ipſe cepit agere penitẽtiã apud eum ⁊ amplectẽs eũ
introduxit in cellã ſuã:et ꝑ tres dies cõuiuatus eſt
cum eis:qui nũq̃ habebat cõſuetudinẽ vt ieiunium
ſolueret et ſurrexit ꝓfectuſqꝫ eſt cũ illis. ❡ Quidã
frater requiſiuit abbatem Helyam dicens. Si con-
triſtauero aliquem quẽadmodũ vis rogem. Reſpõ
dit ſenex. Ex ꝓfundo cordis tui cum dolore age pe-
nitentiam apud deum:⁊ videns deus propoſitum
tuum ſatiſfaciet ei.

❡ Contra ſpiritum triſticie qui
deſperationem facit.



Abbas Arſenius dixit. Non coctũ la-
terculum ſi miſiſ in fundamentũ fue
rit ꝓpe fluuiũ neqꝫ vno die ſufferre po
terit. Si autẽ bene fuerit coctũ ꝑma-
net tanq̃ lapis ſic ⁊ homo nõ coctus
neqꝫ inflãmatus ſcḋm qḋ de Joſeph
dictũ eſt eloquiũ dñi inflãmauit eum mox in princi-
pio carnalis cogitationis diſſoluitur. ❡ Idem re-
quiſitus ab altero fratre dicẽte. Si peccauero etiã
in quocũqꝫ minuto peccato ⁊ cõſumit me cogitatio
mea et arguit me dicẽs:quare peccaſti quid faciam?
Reſpõdit ſenex.quacũqꝫ hora ceciderit homo in cul
pam:et dixerit ex corde:dñe deus peccaui indulge
mihi mox ceſſabit cogitationis vel triſticie illa con-
ſumptio. ❡ Dicebat autẽ abbas Pimenius de ab
bate Iſidoro q: ſolus ille ſe cognouiſſet. Nã quo-
tiens illi dicebat cogitatio ſua:q: magnus es tũc et
ipſe reſpõdebat ſibi. Nũquid talis qualis Antho-
nius aut certe abbas Piamon vel reliqui patres q̇
deo placuerũt. Quotiẽs ergo hec cogitabat requie
ſcebat. Quãdo vero inimicus cõturbãs eũ ſuggere
bat ei deſperationem ⁊ penã dicẽs:qm̃ poſt hec om
nia iturus es ad tormẽta:dixit ipſe:q: etſi ego in
tormenta mittar:tamen vos ſubtus me inuenio.
❡ Abbati Moyſi frequẽter apparuerunt ſpiritus
maligni dicentes. Viciſti nos ⁊ nihil tibi poſſumus
facere qm̃ quotiens per deſperationem humiliare
te volumus:exaltaris quotiẽs te exaltare ita te hu
miliãs vt nullus de nobis accedat ad te. ❡ Cũ qui
dam ad abbatem Siſoym frequẽter talem ſermonẽ
requireret:quid faciã pater qm̃ cecidi. Ille reſpõdit
Surge ⁊ ſurrexit. Et iterũ ſe cecidiſſe profeſſus eſt
Ait ſenex. Et iterum ſurge. Cum aũt frater frequẽ-
ter ſe cecidiſſe narraret:eodem modo ſenex vtebat
ſermone et clamans: Non ceſſes ſurgendo fili. Cui
frater. Vſqꝫ quo poſſum ſurgere pater explana. Ait
ſenex quouſqꝫ aut in bono oꝑe aut in malo deprehẽ
ſus occũbas. In quo enĩ oꝑe deprehẽſus fuerit ho
mo iudicabit. Itẽ dixit. Qui laborat ⁊ arbitratus ſe
fuerit aliquid facere recipit hic mercedẽ ſuam.

❡ Contra ſpiritum vane glorie.



Quidam frater requiſiuit abbatẽ
Pimenium ſi melius eſſet remo
tius an cũ alijs manere.reſpõdit
ſenex homo ſi ſemetipm̃ reprehẽ
derit vbiqꝫ põt ꝑſiſtere ſi autẽ ſe
magnificet nuſq̃ ſtat ſicut ſcriptũ
eſt. Qui ſe exiſtimat aliq̇d eſſe cũ
nihil ſit:ipſe ſe ſeducit. Quicquid
enĩ boni fecerit homo ne exaltet in corde q: mox per-
det illud. ❡ Abbas Macharius ſi quis illum cum
timore velut ſanctum virũ voluiſſet audire:ſuſcept⁹
nullum penitus a ſene percipiebat reſpõſum. Si q̇s
vero velut cõtẽnens eum talibus verbis cõpelleret
abba machari qñ eras camelarius ⁊ nitrum furaba
ris:nunq̇d nõ vapulabas a magiſtris deprehenſus
in furto.libenter ei quicq̇d requiſiſſet cũ gaudio re-
ſpondebat. ❡ Abbas neſteron dum cum alijs am-
bularet fratribus in deſerto viderunt draconem fu-
gerunt. Dixit ei vnus ex eis:et tu times abba: Cui
ſenex. Nõ timeo fili:ſed oportuit me fugere:q: niſi
fugiſſem cogitationem vane glorie non vitaſſem.
❡ Venit aliquãdo ad abbatem zenonẽ in ſyria ali-
quis frater egyptius ⁊ cepit cogitationes ꝓprias
accuſare preſente ſene. Ille aũt audiens hoc admi-
ratus dixit. Egyptij quas habẽt virtutes celãt.⁊ vi
tia que nõ habẽt manifeſtãt. Syri aũt ⁊ greci virtu
tes quas non habẽt predicãt:⁊ vitia que habẽt ab-
ſcondũt. ❡ Quidam ſenex cum veniſſet ad alium ſe
nem dixit. Ego mortuus ſũ huic ſeculo. Cui ille al
ter. Ne confidas in te:donec egrediaris de corpore
hoc. Nam ⁊ ſi dicis q: mortuus ſũ:diabolus tamẽ
necdum mortuus eſt cuius innumerabiles ſunt ma
le artes. ❡ Abbas Siſoys cum ſedens preſente fra
tre altero factus eſſet in extaſi:⁊ altero audiente ne
ſciens ſuſpiraſſe cepit penitere ac dicere: indulge
mihi frater exporco:necdum enim me cognoſco eſſe
monachum:quia audiente altero ſuſpiraui. Quo-
tiens autem in oratione ſenex idem ſtans manus
ſuas erexit ad celum cito deponebat manus: pro-
pterea ſi alter preſens eſſet:ne hoc ipſum illi plau-
dere conſtaret. ❡ Quidam ſenex habitabat in infe
rioribus ꝑtibus egypti et ſedebat quieſcẽs. Vnus
autem ſecularis religioſus miniſtrabat ei. Cõtigit

autem vt filius secularis infirmaretur. Multis ergo precibus postulabat senem vt veniret ad domum suam et faceret orationem pro infante. Exurgens vero senex ambulabat cum eo. Ille autem precessit et ingressus in domum suam dixit. Venite in occursum anachorite. Quos cum senex vidisset a longe egressos cum lampadibus sensit quod ad se venirent et statim despolians se vestimenta sua: misit in fluuium et cepit lauare stans nudus. Ille autem qui ministrabat ei: videns hec erubuit. Et rogabat homines dicens reuertimini. Senex enim noster sensum perdidit: et veniens ad eum ait illi. Abba quid est hoc quod fecisti? Omnes enim qui te viderunt dixerunt quia demonium habet senex: cui ille. Et ego volebam hoc audire. ¶ Idem alia vice volebat eum aliquis videre ex iudicibus: et precesserunt clerici dicentes ei Abba prepara te quoniam iudex audiens opera tua veniet ad te benedici cupiens a te. Ille autem dixit. ita faciam ego preparabo me. Vestitus ergo lebetone suo et tollens panem et caseum in manibus: ascendit in portam et diuaricatis pedibus sedens cepit manducare. Veniens autem cum officio suo iudex: et videns eum dixit. Iste est anachorita de quo talia audiebamus. Et contemnens eum ita discessit.

¶ Contra spiritum superbie.



